Monumenta Germaniae historica inde ab anno Christi quingentesimo ...

Gesellschaft für Ältere Deutsche Geschichtskunde ...

Digitized by Google

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMUM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS II.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXVIII.

SCRIPTORES
RERVM MEROVINGICARVM.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS II.

FREDEGARII ET ALIORVM CHRONICA.
VITAE SANCTORVM.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCLXXXVIII.

ISSN 0343-7574
ISBN 3-7752-5048-4
Unveränderter Nachdruck 1984
Druck: Strauss & Cramer GmbH, 6945 Hirschberg 2
Einband: Karl Schaumann, Darmstadt
Printed in Germany

FREDEGARII

ET ALIORVM CHRONICA.

VITAE SANCTORVM.

EDIDIT

BRVNO KRVSCH.

INEST I TABVLA.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXVIII.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Tabula I. ad pag. 10.

Post Gregorii Turonensis opera tomo huius seriei primo edita nunc iam prodit tomus alter, qui totus Brunonis Krusch acumini et diligentiae indefessae debetur. Complectitur reliquos aetatis Merovingicae rerum scriptores, exceptis iis qui in Auctorum antiquissimorum serie edendi restant, Fredegarii quae dicuntur chronicas et Librum historiae Francorum, qui Gesta regum Francorum appellari solebat, prima nunc vice ad artis criticae regulas exactissime, quantum fieri poterat, elaborata. Quorum originem et, quae postea accesserunt, tam recognitiones quam continuationes cum iam pridem Kruschius laboriose perscrutatus esset editisque disputationibus illustrasset, perfectam hanc editionem omnibus quam maxime acceptam gratamque fore confidimus. Addita sunt et Historia, quae Daretis Frigii dicitur, de origine Francorum et Gesta Theoderici regis, parvae quidem frugis, sed quae rei litterariae studiosis utilitatem aliquam afferant. Tum vero, cum ingens Vitarum de eius aevi hominibus sanctitate morum conspicuis scriptarum congeries ad tomum tertium seponenda esset, in supplementum huius voluminis subiunctae sunt Vitae

Sanctorum generis regii, ubi, quantum codicum vetustissimorum examen ad veram earum speciem indagandam valeat, facile apparet, etsi, subsidiis, quibus uti possemus, deficientibus, dubia non pauca supersint. Nam auctor ipse quid scripserit, rarissime contingit ut perspicere valeamus. Invenies autem inter has Vitas et Gesta Dagoberti regis, quamquam inter sanctos minime receptus est; quae propter chartarum tam genuinarum quam fictarum, quibus auctor usus est, copiam magis, quam fieri solebat, attendenda esse, Kruschius nuper monstravit.

Dabam ***Berolini***, 24. *Nov. 1887.*

W. WATTENBACH.

CHRONICARUM
QUAE DICUNTUR
FREDEGARII SCHOLASTICI
LIBRI IV
CUM CONTINUATIONIBUS.

EDIDIT

BRUNO KRUSCH.

De chronicis quae Fredegarii Scholastici nomine circumferuntur disserenti mihi numquam satis dolendum est, quod scriptoris de historia scribenda optime meriti, quippe qui res per dimidium saeculum in Gallia terrisque vicinis gestas fere solus memoriae tradiderit, et nomen et conditionem prorsus ignoramus, de tempore quo scripserit atque de patria non satis instructi sumus. Fredegarii enim nomen codicibus nullis confirmatum saeculo demum sexto decimo vergente ab homine nescio quo inventum ne dicam fictum esse, Monod v. cl., qui hisce chronicis multum studii impendit, luculente exposuit[1]*. Itaque nulla ratione probatur, nisi quod trecentos fere annos ita nuncupatae chronicae prorsus nomine carerent, si ut adulterinum illud tolleretur, id quod agere noluimus. Sunt autem quae nobis persuadeant, non ab uno totum opus compositum esse, sed diversis temporibus diversos chronicis studium navasse.*

Quod ad annum pertinet, quo chronicae conditae sunt, Brosien[2] *ante a.* 663. *vel a.* 664. *id factum esse coniecit, alii aliud statuerunt. Re vera quamquam liber ultimus a.* 642.[3] *in c.* 90. *desinit, tamen c.* 88. *de Ottone baiulo, qui Grimoaldo maiori domus adversabatur, a.* 643. *interfecto, c.* 82. *de Chyntasindo Wisigothorum rege a.* 652. *defuncto agitur, atque c.* 48. *Samo Winidorum rex ab a.* 40. *Chlotharii (*623/4*)* 35 *annos regnasse, c.* 81. *Constans imperator tributa Saracenis ne daret recusasse*

1) *'Revue critique'* 1873, *p.* 253. *Anno* 1599. *Claude Fauchet, 'Antiquitez Gauloises et Françoises' ('Oeuvres de Fauchet. Paris'* 1610, *p.* 148*) chronicas hocce modo laudavit: 'recueil que l'on pense avoir été faict par Idace ou Frédégaire Scholastique', marginique adscripsit: 'Icy commence le recueil donné à Frédégaire Scolastique par faute de sçavoir le vray auteur'; at iam anno ante Scaligerus, De emendatione temporum p.* 168, *Fredegarii nomine usus est, quod eodem fere tempore Freherus novit; cf. Virorum Cll. ad Goldastum epp. ex bibl. Thülemarii p.* 54.
2) *'Untersuchung der Quellen zur Gesch. des fr. K. Dagobert I', p.* 13.
3) *Non a.* 641; *cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 465.

traditur, id quod a. 658. Theophane teste gestum est. Itaque illo demum anno vel potius paulo post capita nonnulla scripta esse, nemo est qui non videat. Quod ne de toto opere dicamus, rationes obstant haudquaquam parvi pendendae. Primum catalogus pontificum Romanorum libro primo adnexus in Theodoro desinit, qui cum annos, menses, dies nullos ut decessores habeat, scriptoris tempore etiam vivebat. Idem die 24. Nov. a. 642. consecratus, d. 14. Mai. a. 649. depositus est. Deinde qui catalogum excipit brevis chronicorum liber, imperatorem ultimum Eraglius an. 31. recenset, quem a. 641. mortuum esse satis constat. Itaque nullo modo dubitari potest, quin utrumque caput libri primi ante d. 14. Mai. a. 649. scriptum sit. Cum autem Heraclii successor neque Heracleonas neque Constantinus neque Constans laudatus sit, paulo post mortem ipsius neque vero ante d. 24. Nov. a. 642, quo Theodorus consecratus est, libri primi extremam partem conditam esse, manifestum est. Si iam totum chronicarum corpus, ut ii qui hac de re scripserunt, a. demum 663. vel 664. conditum esse contenderes, circa viginti annos in libris 2. 3. 4. scribendis Fredegarius consumpsisset necdum opus perfecisset. Quod cum libri tres priores una cum parte quarti, perpaucis locis exceptis, ex aliis libris excerpti sint, verisimile minime videtur esse. Huc accedit, quod a. 642, quo liber primus compositus est, cum fine chronicarum, quas eodem a. 642. desinere iam dixi, optime convenit[1]. Itaque facere non possum, quin hanc chronographiam a. 642. conscriptam, a. 658. vel paulo post rebus quibusdam exteris insertis auctam ampliatamque esse censeam.

Chronicarum libros accurate perscrutantem illud non fugiet, quod, dum regum, quibus Burgundia subdita erat, anni fere semper indicantur, lib. IV, cap. 87. 88. annus octavus decimusque Sigyberti regis Austrasiorum laudati sunt, qui cum a. 641. 643. a Christo nato conveniunt. Utrumque caput tertius Chlodovei regis Burgundionum annus (= 641. p. Chr., c. 83) praecedit, quartus eiusdem regis (= 642. p. Chr., c. 89) sequitur, ita ut res a. 643. gestae (c. 88) a. 642. antegrediantur. Quibus ex causis intellegitur, c. 87. 88. a reliquo opere prorsus distare, quae post chronicas confectas inserta esse, cum ordo temporum turbatus[2], tum locus, quem hic exscribendum esse duxi, probant: Igitur, inquit, post discessum Dagoberti regi, quo ordine eiusdem tinsauri inter filius devisi fuerant, nun obmittam, sed delucedato ordene uius volumine inseri procurabo (c. 84 ex.). Sequuntur c. 85—88, in quibus permulta de Austrasiis relata sunt, Burgundionum nulla ratione habita, ita ut thesaurorum, qui inter heredes Dagoberti divisi sunt, pars quae Chlodoveo Burgundionum regi cessit ne commemorata quidem sit. Itaque hanc Austrasiorum historiam ab homine quodam Austrasio conscriptam hisce Burgundionum chronicis insertam esse neque suo loco, cum et initium[3] (c. 85) et finis seriem temporum excedant, luce clarius videtur esse. Sermonem scriptoris Austrasii illi c. 81. 82, ubi Chyntasindi Constantisque historia (a. 652. 658) narrata est, valde similem esse, alio loco ostendi[4], quare Austrasius idem videtur esse qui circa a. 658. rebus Wisigothicis Byzantinisque Fredegarii chronicas auxit. De c. 48, in quo Samo Winidorum rex usque ad a. 658. regnasse fertur, cui tribuam, adhuc haesito. Nam, quotiens Fredegarius in rebus exteris cum annis regum Francorum componendis erraverit, expendenti mihi dubitandum est, utrum de Samone a. 40. Chlotharii memoriae tradita hoc ipso anno gesta

1) Consensum re vera non satis mirandum, si Fredegarius a. 663. vel 664. scripsisset, Monod v. cl. in 'Jahrbuch f. Schweizerische Gesch.' III, p. 146, ita explicavit, quasi liber primus a librario quodam postea adiectus esset, qui rationes quoque usque ad annum quo Fredegarius defecit duxisset. Sed genuinum probant Troiani Frigiique tabulae gentium ante Macedones inserti; cf. 'N. Archiv' VII, p. 464. 2) In reliquo libro res Francicae semper ex ordine narratae, sed in Byzantinis, Langobardicis, Wisigothicis ubique fere comprehensa sunt annis diversis gesta. 3) V. 'N. Archiv' VII, p. 432. 4) Ib. p. 433.

sint, an iis potius qui praecedunt. Quod cum verisimile sit, 35 quos regnavit anni ex anno forte superiore quodam computandi sunt, neque huius capitis scriptorem a. 658. vidisse, pro certo affirmari potest. Ceterum quod e pago Samonem originem traxisse retulit Senonago in Hannonia sito, scriptor Burgundio nullus agnoscitur.

Cum res per sexaginta fere annos gestae in libro quarto posteris traditae sint, scriptorem a. 642. libris scriptis usum esse, facile apparet. Qui ineunte chronica exscripti sunt annales Burgundici, Brosien teste[1], *a. 602/603. desierunt, postquam defectio solis ultima relata est. Neque qui iam restant 40 fere annos ab uno omnes descriptos esse credi potest. Vero sunt, quae alium scriptorem historiam ad a. 613. perduxisse nobis persuadeant, quam alii ad sua tempora continuaverunt. Primum enim ab a. 613. regum Burgundionum anni ita computantur, ut ii quoque, quos alibi regnaverunt, illis tribuantur, dum in priore parte eorum tantum ratio habetur, quos in Burgundia gubernanda degerunt. Deinde narratio cum usque ad a. 613. satis uber atque prolixa facta sit, ita ut c. 26. vel dies*[2], *quibus res gestae sint, scriptor non ignoraret, inde ab a. 613. tum tenuis ac ieiuna deprehenditur, ut a. 31. 32. 36—38. 40. Chlotharii regis de Francis prorsus nihil, reliquis autem annis perpauca tantum memoriae tradita sint. Hiatum quicumque chronicam condidit ipse iam supplebat, quippe qui c. 45. narratiunculam de Langobardis insereret, quae fide plane caret. Quin ergo prior chronicae pars a. 613. ab aequali neque ab illo qui posteriorem adiecit confectus sit, nullus dubito, sed quaeritur, utrum scriptor a. 642, postquam annales Burgundici a. 602/603. defecerunt, in historia componenda altero fonte ad a. 613. perducto usus sit, an is qui a. 613. scripserit ipsam Fredegarii chronographiam primus composuerit, quae ab altero ad a. 642. continuata, a tertio a. 658. aucta sit. Quae res quomodo se habeat, e cap. 24. libri primi intellegitur. Libro enim Generationis ab Hippolyto episcopo composito 'supputatio Eusebii Hieronimi' quaedam subiuncta est, ubi anni a mundo condito usque ad 15. a. Tiberii 5228 ex chronico Hieronymi, a. 430 usque ad Constantinum Rufum coss. (457. p. Chr.) ex paschali Victurii, denique* a Constantino et Rufo usque ad ann. primum regni Sygiberti regis Francorum, filio Theuderici regis, ann. 156 *computati sunt. Si a. 457, quo Constantinus Rufus coss. erant, 156 a. addideris, 613 efficiuntur. Eodem a. 613, ut in c. 39. libri quarti legitur, Theuderico rege Mettis defuncto, Brunichildis Sigibertum, eiusdem filium, in regnum adscivit, qui paulo post a Chlothario victore superatus atque interfectus est. Itaque cum Sigiberti regis primus annus idem ultimus sit, nemo est qui non intellegat, ipso a. 613.*[3] *hanc supputationem scriptam esse, id quod etiam ex extremis verbis cognoscitur:* item a passione Domini per paschale Victorii usque in tempore isto invenies veritatem. *Ad eundem primum Sigiberti regis annum summa subducta est:* Itaque fiunt simul ab Adam usque ad annum primum regni Sygiberthy regis anni 5815, *ubi pro 5814 male 5815 scriptum est. Hanc clausulam primi libri olim fuisse cum manifestum sit, quae iam sequuntur capita ab alio quodam scriptore addita esse, necesse est. Re vera c. 25, quod catalogum pontificum continet, c. 26. cum chronico usque ad Heraclium perducto vix alium ac Burgundionem illum qui a. 642. scripsit auctorem habent.*

Ergo ex libris et quarto et primo vetustior, ut ita dicam, Fredegarius enucleatus est, quem iam a. 613. chronicas collegisse suique temporis historiam adiecisse constat. Libro secundo, qui Hieronymi Idaciique chronicas continet, cum tertio comparato idem probatur. De Aetio enim in 'Scarpso Gregorii' c. 1. haec scripta sunt: Cum inisset certamen cum Chunis, que gessit, Ydatius suae storiae huius volumine narrat. *Sed quae in libro II, c. 53, de rebus ab Aetio cum Chunis*

1) *l. l. p.* 32. 2) in diem festi sancti Martini *et* nativitate Domini. 3) *Neque a.* 614, *id quod Monod v. cl., 'Jahrb. f. schweiz. Gesch.' p.* 144 *n., statuit.*

gestis narrata sunt, non Idacii, sed Franci illius sunt, qui eundem librum composuit. Item l. III, c. 2: De Francorum vero regibus beatus Hieronimus, qui iam olym fuerant, scripsit, *intelleguntur fabulae Francicae non ab Hieronymo, sed ab illo qui librum secundum composuit fictae. Vero quae sequitur narratiuncula fere ad verbum ex libro secundo petita est levitate tanta, ut in exitu:* Multis post temporibus cum ducibus externas dominationis semper negantes *verbum* transaegerunt *omissum sit, ex l. II, c. 6. supplendum. Ergo qui librum tertium scripsit, illius secundum esse non posse, apparet. Cum autem codex, quo Fredegarius in chronographia componenda usus est, Cheltenhamensi*[1] *illi simillimus et librum Generationis et Hieronymi et Idacii chronicas continuerit, librum secundum ab eodem, qui primum condidit, compositum esse intellegitur, scriptore scilicet a. 613. Tunc 'scarpsum Gregorii', exceptis rebus Burgundicis, quae ad annales pertinent, in priore libri quarti parte exscriptos, aut a scriptore a. 642. aut ab illo a. 658. compositum esse, necesse est. At cum ille in Burgundia, hic in Austrasia scripserit, id quod infra exponam, liber III. ab homine Burgundione excerptus priori tribuendus est.*

Ut libro primo postea quaedam addita sunt, ita secundum a scriptore a. 642. auctum esse, omnino verisimile est. Per quem sine dubio fabula Chlodovei et Alarici (c. 58) Idacio inserta est, quae primum sermone cum posteriore libri quarti parte convenit[2]*, deinde Gesta Theoderici regis, quae c. 57. et 59. continent, male interrumpit, tum loco ex historia Gregorii sumpto ad scriptorem libri tertii accedit. Etiam in iis quae c. 59. libri II. excipiunt Gregorii historia exscripta est. Quid si appendicem hanc postea ab eodem scriptore a. 642. libro secundo adiectam esse, coniciamus? Re vera in uno codice Claromontano post c. 59.* Explicit *legitur, quod librum vel Gestorum, si haec ab alio condita esse putas, vel Fredegarii secundum, si Theoderici Vitam ab ipso Franco descriptam esse opinaris, vel utrumque, id quod antepono, hoc loco desiisse testatur.*

Sunt itaque tres chronicarum, quibus Fredegarii nomen inscriptum est, auctores, quorum primus a. 613, libro Generationis, Hieronymi Idaciique chronicis atque priore ultimi libri parte collectis, opus condidit, quod secundus a. 642. 'Scarpso Gregorii' aliisque locis ampliavit et ad suum tempus perduxit, tertius a. 658. capitibus quibusdam auxit. Is etiam historiam 'in ordene debeto' relaturum se esse promisit[3]*, sed promissum non praestitit.*

Iam quaeritur, ad quotum libri quarti caput primus scriptor pervenerit. De a. 613, quo Theuderico defuncto Sigibertus rex creatus est, eoque cum Brunichilde interfecto, Chlotharius totam Galliam in ditionem suam redegit, in sex capitibus (39—44) agitur. Neque tamen haec omnia a vetustiore illo scriptore composita esse, vel ex ea re intellegitur, quod c. 42. ex. Chlotharius post a. 613. 16 annos monarchiam tenuisse dicitur, et c. 43. in. ann. 30. Chlotharii computatur, dum in priore chronicae parte eorum quos aliis in partibus reges Burgundionum regnaverunt annorum ratio nulla habetur. Sed capita quoque 40. et 41, quod ad sermonem pertinet, multo magis cum posteriore quam cum priore chronica conveniunt. In c. 40. Arnulfus et Pippinus primum laudati sunt, quorum dehinc usque ad a. 624/625. nulla mentio facta est, c. 41. Burgundaefarones *primum proferuntur, c. 42.* Neptricum *primum commemoratum est, quod demum c. 57. (a. 629) ita scriptum reperitur. Haec omnia prorsus nova obstant, quominus post c. 40. scriptorem a. 613. ab historia scribenda recessisse opinemur. Itaque c. 39. ex. chronicae finem imposuit, cum in regnum patris institutum esse Sigibertum scripsisset, cuius primo eodem ultimo anno opus confecit. Eum autem, qui historiam ad a. 642. perduxit, de rebus quae a. 613. gesta sunt, ut de Sigiberto Brunichildeque*

1) *De quo v. 'N. Archiv' VII, p. 466.* 2) *Lib. IV, c. 64. et lib. II, c. 58. gladii breves 'uxi' appellantur, quo vocabulo praeter Fredegarium nullus usus est.* 3) *C. 81. ex.*

interfectis Chlotharioque totius Franciae rege facto, e schedulis[1] *quibusdam melius instructum esse verisimile est, quam de illis quae annis insequentibus acciderunt. Ut et primum et secundum librum auxit, ita quarti priorem partem eundem supplesse et recognovisse, vel coniciendum est. Itaque non mirum est, quod c. 36. Columbani vita excerpta, in aliis capitibus alia post a. 613. scripta deprehenduntur, quae sententiam nostram certa temporum ratione nixam convellere minime possunt.*

De loco, ubi Fredegarii chronicae ortae sunt, qui hanc rem tractaverunt, inter se nimis dissentiunt, cum alii Aventicum[2]*, alii Genevam*[3]*, alii Cabillonem*[4] *statuerint. Nos quidem facere non possumus, quin Valesio assentiamur. Quod primum ad annales pertinet, qui scriptoris a. 613. chronicam ducunt, unde successor eiusdem Scarpso Gregorii nonnulla inseruit, in pago Ultraiurano scripti videntur esse, cum c. 13. 'Teudefredus dux Ultraiuranus mortuus esse et Wandalmarus successisse' dicatur, atque c. 18. 'lacum Duninsem valide ebulisse' memoriae traditum sit. Qua in urbe annalium scriptor degerit, affirmari vix poterit, sed, quin casu evenerit, dubito, ut Marius Aventicensis episcopus in chronico a. 573. eundem Theudofridum post Vaefarium defunctum ducem ordinatum esse retulerit. Denique, Langobardis in Burgundiam irruentibus, et annalium scriptor (lib. III, c. 68) et Marius a. 574. eiusdem mentionem fecerunt, ita ut vel conici possit, in eadem urbe Aventicensi, ubi Marius scripsit, annales illos compositos esse. Certe qui fonte illo usus est, scriptor a. 613. Aventicensis erat. Nam postquam capitolium a Vespasiano aedificatum esse ex Hieronymo retulit:* Aventicum, *inquit*[5], civitatem aedificare praecepit. A Tito filio suo postea expletur et nobelissima in Gallia Cisalpina atficetur, *et paulo post:* Titus universam Gallileam circuivit et Aventeco civitate, quem pater inciperat, explevit et gloriosae, eo quod eam diligebat, ornabit, *denique c. 40. Hieronymum his verbis auxit:* Alamanni vastatum Aventicum praevencione Wibili cuinomento et plurima parte Galliarum. *Nemo est qui non videat, Fredegarium illum Aventico urbi, cuius nomen Germanicum Wifflisburg non ignoravit, nimis studuisse. Sed non deerant qui contenderent, Aventicum destructum fuisse, id quod Ammianus XV, 11, §. 12. testatur, neque chronicas has inter ruinas confici potuisse. Quibus respondeo, restitutum illud esse, praesertim cum saeculo VI. vergente etiamtum sede episcopali ornatum esset. Neque video, qua ratione Marium Aventici scripsisse affirmemus, idem Fredegarium ibidem egisse, negemus. Huc accedit, quod etiam in quarto libro pagi Ultraiurani Aventicique ratio habita est. Nam a. 603/604. post Wandalmarum mortuum Protadius dux Ultraiuranus ordinatus esse fertur*[6]*; c. 37. Alamannos rursus eundem pagum, qui h. l. 'Aventicensis Ultraioranus' appellatur, vastasse, scriptor retulit. Apud Wangas, locum quendam prope Saladorum vel prope Veronam Helveticam, proelium tunc commissum est, in quo Transiurani ab Alamannis superati sunt. Victores 'maximam partem territurio Aventicense incendio concremant, reversique cum predam pergunt ad propriam'. His rebus expositis, dubitari nequit, quin scriptor a. 613. Aventici in pago Ultraiurano scripserit. Idem studium pago quem commemoravi scriptor a. 642. obtulit, quippe qui comitibus ex terra illa ortis patriam accuratissime adscripserit. Ita c. 42. Brunechildis per Herponem 'comestaboli de pago Ultraiorano ex villa Orba', quae ad meridiem lacus Novi-castri sita est, in conspectum Chlotharii profertur, et c. 90. Bertharius, qui 'citiris primus' contra Willebadum patricium dimicavit, 'comis palatiis Francus de pago Ultroiorano' appellatur. Hic quomodo cum Manaulfo Burgundione congressus a Chabedone filio morti ereptus sit, uberius fusiusque narratum*

1) *Cf. 'N. Archiv' VII, p. 447.* 2) *Valesius, Res Francicae II, p. 446.* 3) *Brosien l. l. p. 21 sqq.* 4) *Monod l. l. p. 157 sqq.* 5) *Lib. II, c. 36.* 6) *Quae res an ex annalibus Burgundicis excripta sit, nescio.*

est, quam scriptori alienigenae aptum fuisset. Praeterea in hac quoque chronicae parte ducum Ultraiuranorum ratio habita est, cum c. 43. post Eudilanem Herponem 'in pago Ultraiorano' institutum esse memoriae traditum sit. Itaque illum quoque scriptorem a. 642. in eodem pago, ubi decessores eius scripserunt, chronicis vacasse manifestum est. Non multo post historiam hanc Burgundicam ab Austrasio quodam circa a. 658. capitibus quibusdam auctam esse, supra ostendi. Hic, ubicumque scripsit, de maioribus domus optime certior factus erat. Nescio an casu evenerit, ut libri scripti, qui reliquis ita praestat, ut eorum quasi fons habendus sit, vestigia non in Burgundia, sed in Mettensi urbe reperiantur. Ut codex Sirmondi, postea Claromontanus, iam Cheltenhamensis, qui librum Generationis, Hieronymi Idaciique chronica integra continet, Mettensis olim erat, ita ipse Fredegarii Claromontanus, iam Parisiensis, per medium aevum non cognitus est nisi in monasterio S. Arnulfi Mettensi.

In primo secundoque libro componendis Fredegarius codice usus est Cheltenhamensis persimili, ex quo librum Generationis ab Hippolyto episcopo confectum chronicaque Hieronymi Idaciique excerpsit. Hippolyti[1] opusculo fere ad verbum exscripto catalogi regum Hebraeorum pontificumque Romanorum et chronicon quoddam breve e Graeco in Latinum sermonem versum adiuncta sunt, quorum fontes iam latent. Hieronymi Scarpso perpauca inserta sunt, ut Francorum origo[2], res Aventicenses[3], narratiuncula quaedam de Constantino Helenaque[4] et de Burgundionibus[5]. Eiusdem libri secundi pars altera Idacii chronicon est, cui Fredegarius brevem Idacii prologum[6] cum initio amplioris praefixit, libro usus aliquanto uberiore illo quem Sirmondus habuit. Huic chronico, ut alia praeteream, narratio quaedam fabulosa de Chunis atque Aetio[7] inserta est; sequuntur Gesta Theoderici (c. 57. 59), quibus fabula[8] de Chlodoveo et Alarico interiecta est (c. 58), historia Wandalorum (c. 60. 61) atque Iustiniani Belisariique (c. 62). Haec omnia unde sumpta sint, nescimus, rebus paucis exceptis, quae ex historia Francorum Gregorii petitae sunt. Nonnulla quidem cum Anonymo Valesii conveniunt, sed quin Fredegarius eo usus sit, dubito. Gregorii Dialogi semel c. 59. citati sunt. Tertius liber fere totus ex Historia Francorum Gregorii Turonensis excerptus est, sed plus quinque libris auctor non habuit, quippe qui codice quodam B usus sit. Huic quoque Scarpso multae fabulae additae sunt, ut Troianorum (c. 2), regum Francorum (Childerici c. 11. 12, Chlodovei c. 18. 21), Langobardorum (c. 65), aliaque quae historiae repugnare manifestum est. Sed nonnulla hac in parte leguntur, quae ex annalibus Burgundicis sumpta esse, Brosien[9] docuit. Fragmentis, quae ille collegit, sine dubio addenda sunt, quae in c. 41. et 83. de Wisigothis referuntur. Denique quarti libri fontes praeter Hieronymum, ex quo permagna prologi pars hausta est[10], et Columbani Vitam, unde c. 36. Fredegarius excerpsit, omnes perierunt. Prior pars ad a. 602/603. annalibus nititur, quos commemoravi. Semel 'Orosiae liber' (c. 66) appellatus est, sed procul dubio scriptor erravit. At lib. II, c. 46. locus quidam de Burgundionibus Oros. VII, 22. satis propinquus est. Isidori chronicon, unde perpauca verba (lib. I, c. 26, lib. III, c. 65) sumpta sunt, in codice quidem Claromontano liber tertius dicitur, sed pluribus de causis, quarum non infima est, quod in libro scripto ultimum locum obtinet, Fredegarii illum habere nequeo[11], etsi in Prologo quoque libri quarti

1) Id Labbe, Nova bibl. Mss. I, p. 298, et Ducange, Chron. pasch. Paris. 1688, App. p. 413, aliique integrum ediderunt, cf. 'N. Archiv' VII, p. 463. Textus autem, quem Pitra, Analecta sacra II, p. 274, e codice Parisino nr. 7418, saec. XIV, nuper edidit, deterrimus mutilusque est. 2) C. 4 sqq. 3) Vide supra p. 5, l. 20. 4) C. 42. 5) C. 46. 6) V. 'N. Archiv' VII, p. 475. 7) C. 53. 8) Hanc accurate examinavit Junghans, 'Geschichte der Könige Childerich und Chlodovech' p. 77 sqq. 9) l. l. p. 30. 10) V. 'N. Archiv' VII, p. 479. 11) V. ib. p. 484.

huic adscriptus est. Is quidem locus hic proferatur, necesse est. Itaque, *inquit,* beati Hieronimi, Ydacii et cuiusdam sapientis seo Hysidori immoque et Gregorii chronicis a mundi originem dilientissime percurrens usque decedentem regnum Gunthramni, his quinque chronicis huius libelli nec plurima pretermissa siggyllatem congruentia stilo inserui, quod illi sollertissime absque reprehensionem condederunt. *Haec verba, utcumque verteris, minime quadrant. Nam si sapientem quendam, ut iam communis opinio est, Hippolytum episcopum habemus, tunc Fredegarium nostrum auctorum quos secutus est nomina in sitellam coniecta caecum sustulisse necesse est, cum alias vix fieri potuisset, ut*

1. beatum Hieronymum, Ydacium = librum II.
2. sapientem quendam = librum I.
3. Hysidorum = librum III.

poneret. Qua re, ut videtur, permotus Monod v. cl. sapientem eorum quae Idacio adiecta sunt capitum scriptorem habuit. Tunc ordo quidem constat, sed quae dixi capita neque unum habent auctorem neque ab Idacio dividi possunt, quem nullo spatio intermisso excipiunt. Quae cum ita se habeant, satis mirandum est, quod nullus sapientem quarti libri scriptorem habuit, praesertim cum haec sententia ipso Claromontano codice confirmetur, dum quas commemoravi opiniones fundamento prorsus carent. Tertio enim libro expleto in codice praestantissimo haec leguntur: Incipit prologus cuiusdam sapientis, *quae index sequitur librarii cuiusdam errore, cum etiam in libro tertio prologus indicem praecedat. Ex his verbis primum intellegitur, sapientem in prologo commemoratum ipsius esse auctorem, deinde eundem prologum a compluribus suppletum, recognitum esse, nam neque scriptorem ipsum se sapientem appellasse neque Isidorum Gregoriumque post se posuisse credendum est. Hos postea adiectos esse, ex verbis quae sequuntur* usque decedentem regnum Gunthramni *intellegitur, id quod alio loco*[1] *fusius demonstravi. Haec enim cum chronica sapientis conveniunt, neque cum Isidoro aut Gregorio. Itaque sapiens scriptor a. 613. est, post quem alter a. 642. ut chronicis ita prologo Gregorium inseruit, tertius Isidorum addidit, quem quidem, cum liber ille cum reliquis Fredegarianis nullo modo congruat, librarium habeam, qui harum chronicarum exemplar fecit. Sed qua ratione libri Generationis scriptor in prologo desideratur? Cum reliquis libris omnibus titulus inscriptus sit, in quo scriptoris nomen laudatur, primus lemmate prorsus caret. Neque Fredegarius nomen scire potuit, cum primus Cangius ab Hippolyto libellum compositum esse coniecerit. Ergo causa exstabat valde sufficiens, ne Hieronymo Idacioque libri Generationis auctor adderetur. Denique ab eodem qui prologo nomen Gregorii inseruit etiam clausulam illi adiunctam esse, vix commemorari necesse est.*

De fide, quae Fredegario habenda est, etsi illum in excerpendis fontibus persaepe errasse, fabulis non sanctorum, quas fere semper silentio praeteriit, sed illis quas 'märchen' appellamus nimis studuisse[2] *non ignoramus, facere non possumus, quin Valesio doctissimo assentiamur*[3]*:* Fredegarius, *inquit,* Scholasticus nos destituit, Historicus pro captu illorum temporum diligens, ut aetate, sic auctoritate Gregorio Turonico episcopo proximus, et in magna bonorum auctorum inopia utilis ac necessarius, nec usquequaque contemnendus: cuius brevitas et cetera omnia vitia temporibus imputari debent.

1) *'N. Archiv' VII, p. 482.* 2) *Claudius maior domus, Fredegario teste (lib. IV, c. 28), erat* homo prudens, iocundus in fabolis, strenuus in cunctis. *Lib. II, c. 57. Tholomeus:* loquer, *inquit,* ad senato fabolis, *et paulo post:* iocundemur in fabolis. *Sequitur fabula leonis et cervi, aliam lupi Leosius lib. IV, c. 38. Theuderico narravit.* 3) *Res Francicae III, p. 179.*

Sermone[1] *utitur satis barbaro, sed multo meliore illo, quo formulae Francicae scriptae sunt. Casibus quarto et sexto nimis favet eosque persaepe confudit; verba participalia ubique pro finitis posuit. Vocales e et i, o et u plerumque permutatae sunt, consonantes etiam quaedam vacillant. Itaque soloecismi quidem abundant, sed sensus fere semper patet.*

Fredegarii chronicae iam saeculo octavo, priusquam Karolus Magnus patri successisset, scriptis diversis insertis adiunctisque ampliatae sunt. Librarius quidam, numero mendoso, qui libro tertio inscriptus est, procul dubio permotus, ante illum Hilariani opusculum 'de cursu temporis' inseruit, quo facto exemplar codicum 3 *ortum est. Alter, libro Generationis omisso, Hilariani librum primum posuit, Hieronymi Scarpso (c.* 3*) 'Historiam Daretis Frigii de origine Francorum' inseruit, historiam post Fredegarium partim ex libris scriptis usque ad suum tempus perduxit, cui tertius in historia scribenda successit. De hoc Fredegario continuato, quem codices* 4 *integrum, libri* 5 *decurtatum continent, iam agitur.*

Qui hanc rem tractaverunt, historiam, quae Fredegarium excipit, aut quattuor[2] *scripsisse censuerunt aut unum*[3]. *Nos quidem tres partes distinximus, quarum prima c.* 1 — 17[4], *altera c.* 18 — 33, *tertia c.* 34 — 54. *comprehendit. Quod ad primam pertinet, a c.* 1. *ad. c.* 10. *Librum historiae Francorum (B) exscriptum esse, satis constat. Sed nonnulla imprimis de stirpe Pippinorum hic illic inserta sunt, quae in Libro h. Fr. desiderantur. Haec additamenta haud quaquam parvi pendenda esse, cum alii tum Breysig luculente exposuerunt. Libri h. Fr. clausulam, quicumque erat, ita mutavit, ut verba* anno sexto *silentio praeteriret, sed* nunc *servaret atque enuntiatum* ann. vitae simul prestolatur *ipse adderet. Itaque cum c.* 10. *haec scripta sint:* Quo mortuo, Theoderico rege statuerunt in sedem regni, qui nunc locum solii regalis obtenit, ann. vitae simul prestolatur, *quis est qui non intellegat, Theoderico etiamtum vivo hoc Libri h. Fr. compendium confectum esse? Is autem a.* 737. *diem obiit. Idem ex supputatione cognoscitur, quae c.* 16. *exstat:* et a passione Domini usque isto anno praesente, qui est in cyclo Victorii ann. 177. Kl. Ian. die dominica ann. 735. Et ut istum miliarium impleatur restant ann. 63. *Haec annum efficiunt a Christo nato* 736, *sed* ann. 735. *aerae Dionysianae calculo obstant, postea inserti ab eo, qui iam supra* adventum Domini *pro* passione *posuit*[5]. *Itaque prima pars historiae Fredegario adnexae a.* 736. *scripta est*[6]. *Altera quo auctore orta sit, clausula c.* 33. *in uno codice* 4*a adiuncta docet:* Usque nunc inluster vir Childebrandus comes, avunculus predicto rege Pippino, hanc historiam vel Gesta Francorum diligentissime scribere procuravit. Abhinc ab inlustre viro Nibelungo, filium ipsius Childebrando, itemque comite succedat auctoritas. *Ergo Childebrando comiti*[7], *Pippini avunculo, historiam usque ad annum* 751. *perductam debemus, sed 'scribere procuravit' neque ipse scripsit. Itaque non mirum est, quod ad c.* 21. *sermo aliquanto diversus*[8] *ab eo est, qui inde usque ad finem c.* 33. *occurrit. Duos enim librarios a Childebrando conductos esse, facile intellectu est, sed cap.* 25. *sqq. ab iis qui prae-*

1) *V. 'N. Archiv' VII, p.* 486. 2) *Ita Ruinart, qui partes* 1. *c.* 1. 2, 2. *c.* 3—17, 3. *c.* 18—34, 4. *c.* 35—54. *distinxit, et Breysig, De continuato Fredegarii chronico p.* 5, *qui, prima et secunda Ruinartii parte contracta, post c.* 24. *alterum scriptorem recessisse conicit.* 3) *Ita Hahn, 'Archiv' XI, p.* 821 *sqq., cui Monod, 'Revue critique'* 1873, *p.* 152 *sqq. adstipulatur.* 4) *Sunt capita, quae ipse institui.* 5) *Cf. 'N. Archiv' VII, p.* 497. 6) *Hanc partem Coloniae scriptam esse, Breysig l. l. p.* 9. *conicit, sed argumentum quod profert non sufficit. Certe scriptor Austrasius erat.* 7) *In pago Augustodunensi villam quandam a Karlo in beneficio impetraverat; v. Roth, 'Beneficialwesen' p.* 422. 8) *V. Monod l. l.*

cedunt minime dividenda sunt. Id primus Breysig[1] *v. cl. statuit, at argumenta quibus nititur nulla sunt. Nam primum codicum 5, qui c. 24. ex. deficiunt, finis nullius momenti est, quippe qui ex integro quodam codice generis 4 fluxerint. Deinde Annales Laurissenses minores quod ad idem caput Fredegarii historiam perducunt, e codice quodam 5 exscripti sunt. Denique ne sermo quidem ab eo abhorret, qui post c. 24. usurpatus est. Ergo Breysigii divisio reicienda est. Post Childebrandum Nibelungus filius historiam ad a. 768. perducendam curavit. Librarius*[2]*, cui hoc negotium mandatum erat, ut grammaticae multo magis quam decessores imperitus erat, ita ubere vivoque narrandi genere excellit. Itaque fieri non potuit, ut idem esset qui Childebrandi historiam scripsisset. Historia autem 'Daretis Frigii', quam Scarpso Hieronymi in codicibus 4 insertam esse iam commemoravi, quod ad sermonem pertinet, cum priore Childebrandi historia valde convenit. Neque dubito, quin librarius Childebrandi prior chronicarum Fredegarii exemplari facto Libri hist. Fr. compendium ad a. 736. perductum adiunxerit, cui historiam ad a. 739. ipse adiecerit.*

Tribus qui Fredegario successerunt historicis id maxime vitio dandum est, quod ecclesiae nullam, rationis temporum minimam curam egerunt.

Libros scriptos in quinque genera distinximus, quorum primum cum aetate tum praestantia reliqua valde superat.

1) *Codex* P a r i s i n u s *Lat. nr.* 10910 *(antea Suppl. Lat.* 695 *bis) in* 4°, *saec. VII/VIII, f.* 184, *literis uncialibus scriptus*[3], *Sirmondi erat, quo mortuo bibliothecae Collegii Claromontani Parisiensis legatus est. Quo dissoluto, priusquam bibliotheca ditissima sub hasta veniret, ne liber pretiosissimus ab alienigenis compararetur, catalogo non adscriptum*[4] *de Lauragais accepit, qui regi eum dono dedit. Pagina* 2. *et* 3. *transversis m. saec. IX. scripsit:* Breviarium scarpsum ex chronica Eusebii, Hieronimi aliorumque auctorum a quodam Adatio. *Sequitur pag.* 2. *index libri primi, quem f.* 1—28.[5] *liber Generationis excipit. F.* 23'. *pictura satis rudis occupat, qua, Monod teste, Eusebius et Hieronymus expressi sunt. Deinde f.* 29—83. *secundus liber, qui Hieronymi Idaciique chronicas continet, scriptus est. F.* 75'. *item pictura ornatum est, quae quin Helenam repraesentet, dubium est. Tunc f.* 83 — *f.* 121. *Gregorii Scarpsum occupat, post quod titulus* INCPT PROLOGUS CUIUSDAM SAPIENTIS *scriptus est. Sequitur autem f.* 121'. *index libri quarti, quem demum f.* 124'. *prologus excipit. Post chronicam, quae f.* 170. *desinit, Isidori liber additus est:* IN NOMINE SANCTAE TRINITATIS INCIPIT LIBER III. KPωNNKωPωM SANCTI ESIDORI EPISCOPI — *f.* 184. Explicit liber breviarium temporum a sancto Hysidoro collectum iuxta historiae fidem. Ab inicio mundi usque quadragensemo anno Chlothacharii regis ann. *In eadem pagina a librario vetustissimo quae sequitur clausula iam manca scripta est:*

† INVENIT LUCERIOS PRESBETER MONACOS DOM
TUM A . . PER ISTA CRONECA ET PER ALIA CRONE
SU .[a] QUOD SEPTOAGENTA ET QUATTUOR ANN
. . . . . . U . AVID[b] QUOD SEXTUS MILIARIOS

a) *lege sua?* b) (us) avid *legit Heller*, ut avid *Monod*, sub quid quod *Waitz*, sunt . . . . sus quod *Ruinart.*

1) *l. l. p.* 36. 2) *Et hunc et decessores eius homines ecclesiasticos fuisse, patet; v. Oelsner, 'Jahrbücher' p.* 453. *At illi minime credam, verba* nuntiatum est, haec videns, cernens *ex Vulgata petita esse.* 3) *Specimen dedit Bastard, 'Peintures des Manuscrits depuis le huitième siècle iusqu'à la fin du seizième VIII,* 1, *tab.* 8. 4) *'Histoire de l'Académie Royale des Inscriptions et Belles-Lettres', Paris.* 1774, *p.* 119—127*:* 'On craignoit, que les Étrangers n'en fussent devenus possesseurs'. 5) *Duae quae praecedunt paginae numero non comprehensae sunt.*

. . . . ESSE[a] EXPLITOS CONPOTAVIT IPSOS . .
AN . S X[b] IN INDICCIONE EXSIENTE TE . . . .[c].
. O QUARTO DAGOBERTO RIGNANTE.

Haec quarto Dagoberti III. anno, indictione tertia decima, i. e. anno 715, *composita esse, 'N. Archiv' VII, p.* 254. *ostendi, ubi etiam rationem, quae inter clausulam hanc et chronicam Fredegarii intercedat, exposui. Dubium vero est, utrum ab ipso qui reliquum codicem exaravit scripta, an ab alio postea adiecta sit, quare codicem ante a.* 715. *iam extitisse, pro certo affirmare nolim. Neque iste liber, quamvis optimus sit, autographus habendus est, cum mendis minime careat. Quae eo potissimum orta sunt, quod librarius dictantis verba minus accurate intellexit. Haec cum saeculo octavo vel nono emendare quidam conarentur, plus defecerunt quam profecerunt, etsi negari non potest, nonnulla ex optimo fonte suppleta ac correcta esse. Capitum numeri imprimis in prioribus libris saepe aut prorsus desunt aut postea adiecti sunt. Quaternionum numeri margines occupant; sed satis mirandum est, quod praeter X. etiam II. scriptum est et pro XV. XX. numeri tantum III. IV. supersunt. Folia singula sunt vicenum vel vicenum ternum versuum. Positurae persaepe locis incongruis collocatae sunt. Hic illic lineae vel folia tota vacant.*

Codicem Pertz et Waitz contulerunt; librum primum Heller aliosque locos Delisle v. c. summa liberalitate recognovit.

Ex hoc libro pendet:

1*) Codex* **Mettensis** *nr.* 134. *(antea D* 12*) saec. VIII/IX, in fol., f.* 212, *qui e monasterio S. Arnulfi originem traxit. Inter cetera continet e libris I. II. Fredegarii excerpta, quae 'N. Archiv' VII, p.* 258. *descripsi.*

Ipse contuli.

Omnes libri qui sequuntur ex eodem codice mendis plurimis adsperso orti sunt.

2*a) Codex* **Bernensis** *nr.* 318, *saec. IX, in* 4°, *f.* 131, *ab Haecperto scriptus, Ragondi baccalaurei, Petri Danielis Aurel., Bongarsii erat. Constat e quaternionibus* 16 *et e quinione; sed* 7 *fol. perierunt. F.* 23—125. *chronicae Fredegarii occupant, quae Lib. IV, c.* 9*:* Ego cum istis non loquor vita illorum *desinunt. De reliquo liber omnia quae Claromontanus eodemque ordine continet.*

Ipse contuli.

Quocum ex eodem fonte pendet:

2*b) Codex* **Londoniensis** *Musei Britannici Harlei. nr.* 5251, *saec. IX, qui item chronicas usque ad lib. IV, c.* 9. *continet. Desinit enim:* Ego cum istis non loquor vita illorum.

Liebermann librum IV. aliosque locos contulit.

Codices tertii generis tria capita extrema libri primi omittunt atque Hilariani libellum de cursu temporum inter secundum et tertium Fredegarii librum inserunt. Iisdem post c. 54. *lib. II. verba* talpus scero *inserta sunt.*

3 *I) Codex* **Lugduno-Batav.** *Voss. Lat. qu. nr.* 5. *in* 8°, *saec. VIII/IX, f.* 38, *quorum singula versuum vicenum octonum vel vicenum novenum sunt, initio et fine mancus iam ex* 6 *fasciculis constat. Liber a duobus librariis emendatus, incipit II, c.* 36*:* Contra Romanus revellentes. *Post Idacium f.* 28'*:* INCIPIT LIBER QUINTI IULI HELARIANI DE CURSU TEMPORUM — *f.* 38*:* EXPLICIT LIBER QUINTI IULI HELARIANI *scripta sunt. Tunc demum Gregorii Scarpsum sequitur, sed in titulo indici superscripto liber iam desinit:* INCIPIUNT CAPITULA LIBRI.

Ipse contuli.

Huius libri alteram partem comprehendit

a) d . . . . esse *Ruinart*, d . . it esse *Waitz.* b) *ita Heller*, a sesto in ind. *Waitz*, . . o . . . in ind. *Monod*, annos in upen . . . . . . in *Ruinart.* c) tertia d . . . . . . o *Ruinart*, te (r) . . . . . no *Waitz*, ter . . . . o *Monod.*

Fredegarius

Cod. Mettensis 134 (D. 12)

rorem perducuerunt cum cotus. utin decem inuceda
ceat. Pompeius hierusolima ueniens capta urbem
templum obreserato ad sca scorum accedit. Aristobolu
uinctum secum adducit. scaurum. dein decapti patrem
herodis ascalonitae filium procuratorem palestine
fecit. Pompeius capta hierusolymis iudaeos tributa
rios fecit. Pompeius secundus imperator appellatus
est. Caesar pompeius lusitaniam et quarunda insulas

Cod. Lugdunensis Voss. quarto. N.° 5

fol. ult.

quod ea nostris fecn plerumque miretur sum
quia philosophantem rethorem intellegunt
pauci loquentem rusticum multi libuit et iam
enim ut pro supputacionem annorum ab ipso
mundi principio libri ponetur initium.

INEPUNT CAPITULA LIBRI

Cod. Vatic. bibl. Christinae reginae N.° 713.

fol. 44

Anno. xlii. regni clothacharii dagobertus L canit, LIII,
Acul tu regio et iurus patris honeste cu leuclib;
re glippiaco procul pariter uenit. Ibiq. germana
nchilde regina nomen gomatrude in coniugio acce

fol. 23

Childebertus inmedie habuit et langobardise fuit dulione
commendare, glorose et inde childebertus etat fuit accepe
rat prius a mauricio imperatore I milia cum inclanito

SS. R. Meroving. II. tab. I. — *G. H. Pertz scr.*

Digitized by Google

3 II) Codex **Vaticanus** *Reg. Christ. nr.* 713.[1], *saec. VIII/IX, in* 8°, *f.* 83, *olim Goldasti, Augiae forte scriptus. Incipit f.* 1*:* QUARTI QUOD EST EXCARPSUM DE CRONICA GRECUM EPS THORONACHI, *eodem loco, ubi* 3 *I desinit. Libro quarto finito* EXPLICIT *additum est; mox Erchanberti breviarium et Liber historiae Francorum sequuntur. Codex a librariis saec. IX. non multo posterioribus ubique emendatus est. Ratio scribendi a reliquis libris paululum discrepat, cum saepius* p *pro* b, *fere semper* Neauster, Neaustrasia, Neaustrasii *atque* Franchi *scripta sint.*

Contulit Pertz.

Ex 3 *I* + 3 *II. alter liber, qui iam periit, exscriptus erat, unde fluxerunt*

3a) Codex **Vindobonensis** *nr.* 482 *(antea Hist. prof.* 632. *et Ambras.* 252*), olim Urstisii et Gotfridi a Raming, in maiore Augia saec. IX. scriptus, fol.* 87. *in* 8°. *Constat ex* 12 *fasciculis, sed mancus iam est, cum inter* 8. *et* 9. *duo quaterniones perierint. Nonnulla folia, ut* 4. *et* 41, *literis scripta sunt eorum similibus, quibus chartae pontificum Romanorum scribebantur. Continet Fredegarii chronicas, c.* 24—26. *libri primi exceptis, ad librum tertium ex. integras (f.* 1—86'*) cum Hilariano ante Scarpsum Gregorii inserto, cuius maxima pars, quaternionibus excisis, interiit.*

Partem Pertz Vindobonae contulit, partem ipse exscripsi.

3b) Codex chartaceus **Augustanus** *nr.* 223, *saec. XV, f.* 270, *in* 8°, *in monasterio S. Udalrici et Afrae Augustano scriptus, f.* 1—97'. *Fredegarii chronicas integras continet cum Hilariano, qui tertium librum hic sequitur. Ut in* 3*a liber primus tribus capitibus extremis caret. Liber satis neglegenter scriptus a me paucis tantum locis, ubi reliqui* 3 *codices defecerunt, adhibitus est.*

In codicibus 4 *liber Generationis deest, cuius loco Hilarianum habent, atque liber II. historia 'Daretis Frigii', ultimus liber rebus ad ann.* 768. *gestis aucti sunt.*

Horum praestantissimus est

4a) Codex **Vaticanus** *Reg. Christ. nr.* 213, *in* 4°, *fol.* 157. *cum tribus praefixis et duobus adnexis, a compluribus librariis saec. X. scriptus. Erat Remensis, postea Petavii, neque S. Eugendi*[2]. *Folia sunt versuum vicenum, vicenum singulorum, vicenum binum, vicenum quinum. Incipit f.* 1*:* IN DI NOMIN INCIPIT LIBELLUS QUINTI IULII HILARIONIS — *f.* 13'*:* EXPLICIT LIBELLUS QUINTI IULII HILARIANI. *Deinde Scarpsum Hieronymi sequitur, cui post c.* 3, *f.* 25*:* HISTORIA DAREGITIS I FRIGII DE ORIGINE FRANCORUM *inserta est. Liber quartus iam in c.* 51*:* Gundeberga statim de exilio post annos tres regressa sublimatur in regnum *desinit, quod historia ad ann.* 768. *perducta excipit:* Igitur Chlodoveus filius Dagoberti. *Nulla destinctione facta, sine numeris capitum, qui postea demum a librario adiecti sunt diversi ab iis, qui in editis leguntur, continuationes in continua serie scriptae sunt, sed verba* Idcirco sagacissimus rex Carlus *versum ducunt et post verba:* sublimatur in regno *quae restat linea vacat. Tunc addita clausula, quam supra p.* 8, *l.* 35. *commemoravi, verba* His transactis *librarius iterum a linea scripsit. Desinit Fredegarius f.* 148'*:* sublimati sunt in regno. *Codex a compluribus ut scriptus ita emendatus est.*

Continuationes post Bethmannum Pabst accuratissime contulit. Historiam Daretis aliaque Mau v. c. diligenter exscripsit.

Cum 4*a ex eodem fonte fluxit:*

4a) Codex* **Trecensis** *nr.* 802, *saec. IX/X, in* 4°, *olim bibliothecae Societatis Iesu Trecensis II,* 12. *E Laureshamensi monasterio originem trahens*[3], *eadem continet ac* 4*a, sed iam lib. II, ex.:* victus nomen vitamque amisit *desinit, ita ut libri* 3. *et* 4. *absint. Liber a Germano quodam ad imprimendum recognitus est.*

1) *Cf. 'Archiv' V, p.* 61 *sqq.* 2) *V. 'N. Archiv' VII, p.* 294. 3) *V. 'N. Archiv' VII, p.* 299.

Codicis formam Waitz et Ewald descripserunt; Idacii Scarpsum Arndt contulit. Historiam Daretis in suum usum cum hoc codice comparandam Paris curaverat.

Qui sequuntur tres libri, ex eodem exemplari exscripti, fere ad verbum inter se consentiunt.

$4b^{1}$) *Codex Mediolanensis capituli S. Ambrosii saec. IX. ex., in 4°, de quo Blume v. c. egit*[1], *omnia, quas 4a habet, continet. Chronicae libro quarto finito:* eosque uterque interire fecisset, *f.* 122. *post lineam vacuam relictam continuationes:* Igitur Chlodeos *incipiunt. Capitibus non institutis, textum continuum librarius scripsit, nisi quod vocabulum* Curricula *in supputatione partis primae distinxit et post alteram partem, linea vacua relicta, ab* His transactis *litera maiore scribere perrexit. Saepe literae* ti *pro* ci, ae *pro* e *scriptae sunt.*

Continuationes et Historiam Daretis Mommsen v. c. contulit.

$4b^{2}$) *Codex Londoniensis Musei Britannici Harlei. nr.* 3671, *saec. X. ab uno librario scriptus est. De quo eadem quae de* $4b^{1}$ *dicenda essent. Saepe litera* ae *pro* e *mutata est.*

Continuationes Pertz et Liebermann contulerunt. Daretis Historiam Paris v. c. conferendam curaverat.

Huic propinquior est quam libro $4b^{1}$:

$4b^{2*}$) *Codex Monacensis Lat. nr.* 4352 *(August. S. Ulric.* 52*) chart., saec. XV, in fol., in monasterio S. Udalrici Augustano ortus. Continet f.* 1—141'. *Fredegarii chronicas ad a.* 768. *perductas. Initia primae partis:* Igitur Chlodoveus *et tertiae:* His transactis *distincta, sed capita nulla instituta sunt. Fol.* 86. *suppletum est. Desunt lib. IV, c.* 26. *ab* ausus *ad c.* 28. plenitudinem.

Fredegarii chronicas fere totas contuli.

Tres libri qui sequuntur ex eodem fonte pendent.

$4c^{1}$) *Codex Montepessulanus scholae medicinae nr.* 158, *f.* 135, *in fol., saec. X, Boherii Divionensis erat. Inde a lib. IV, c.* 90. *capitum distinctio nulla est, sed verba* Igitur Chlodoveus, Item quod *post supputationem,* His transactis *literis maioribus scripta sunt. Desinit f.* 135. cum magno *in capite penultimo. Quae desunt Chiffletius ex editis, ut videtur, supplevit. Saepe literae* ci *pro* ti, *fere semper* persequutus *scripta sunt. Ubique sermo ad grammaticam emendatus est.*

Libros III. et IV. ac fragmenta libri II. Waitz contulit. Historia Daretis Paris usus est.

$4c^{2}$) *Codex Parisiensis nr.* 4883*A, saec. XI, f.* 128. *in 4°, a compluribus librariis Arnaci, ut videtur, scriptus, f.* 73. — *f.* 128'. *Fredegarii chronicas continet, sed liber initio et fine caret. Incipit lib. II, c.* 18: Memoravimus sub Arifronem regem, *desinit contin. c.* 44: Omnes quos ibidem adduxerant. *Inde a c.* 42. *complura desunt, spatio vacuo relicto. Praeterea lib. III, c.* 39. *ad c.* 80. *omissa sunt. Exemplar enim valde mutilum fuisse videtur, id quod librarius f.* 128'. *testatur:* Non, *inquit,* repperio plus. Sufficiat igitur hoc. *In continuationibus verba:* Igitur Chlodoveus, Curricula annorum, Item quod, His ita transactis *distincta sunt.*

Idacium nescio quis nobis descripsit. Reliqua ad lib. IV, c. 90. *cum iis contuli, quae e codicibus* 4 *iam adnotata erant, in contin. literam cum litera comparavi.*

$4c^{3}$) *Codex Lugduno-Batav. Voss. nr.* 20. *complura diversis temporibus scripta continet. F.* 1—8'. *fragmenta quaedam e libro II. Fredegarii sumpta exstant, quae saec. X. in literas data sunt. Liber nullius momenti est.*

Historiam Daretis ipse contuli.

E codice quodam 4 *exscripta capita* 57—62. *lib. II. cum titulo* Gesta Theoderici regis *compluribus libris, qui Librum historiae Francorum continent, adnexa sunt.*

1) *'Archiv' V, p.* 594.

$4z^{1}$) *Codex Vaticanus*[1] *Reg. Christ. nr.* 549, *saec. XII, incipit f.* 145': Theodericus natione Macedonum, *desinit f.* 148: ipse disponit *(Canisius-Basnage p.* 192, *l.* 50*).*

$4z^{2}$) *Codex Carlsruhanus saec. XII. in., in fol., ex duobus tantum foliis constat. Incipit:* Incipiunt Gesta Theoderici regis, *desinit* amicitias iniens *(Canisius p.* 188, *l.* 51*).*

Edidit Mone, 'Anzeiger f. Kunde des deutschen Mittelalters' IV, p. 10.

$4z^{3}$) *Codex Vindobonensis universitatis nr.* 3334 *(antea* 838, *Repert. Schwandneri I,* 611*), saec. XV. ex., chart., Fuchsmagen doctoris erat.*

Librum historiae Francorum Pertz contulit.

$4z^{4}$) *Codex Graiacensis universitatis fol.* 42/59, *membr., saec. XII. in monasterio S. Lamberti scriptus, incipit:* Incipiunt Gesta Theoderici regis, *desinit lib. II, c.* 62: a Buccellino victus nomen vitamque amisit.

Codicis forma ab Wattenbach descripta est[2].

Ex hoc ortus videtur esse

$4z^{4*}$) *Codex Graiacensis universitatis quart.* 33/52, *chart., saec. XV*[3].

$4z^{5}$) *Codex Vindobonensis nr.* 428 *(antea* 57, *hist. prof.* 230), *saec. XIII, f.* 207, *in fol., Gesta Theoderici f.* 203–207. *continet (ab:* Incipiunt Gesta Theoderici regis *ad:* Iustinianus mittens pue, *ed. Canisius p.* 193*).*

Maximam partem Mone, 'Anzeiger' 1838, *p.* 355–359. *edidit.*

Codices 5, *qui iam sequuntur, librum tantum quartum cum continuationibus ad c.* 24. *continent, eumque historiae Francorum Gregorii, quae X,* 28. *desinit, ut librum decimum adnexum*[4]. *Index Fredegario praemissus in aliis ad c.* 24.[5] *perductus, in aliis prorsus omissus est. Praeterea plerique libri in cont. c.* 1–24. *capitum distinctionem habent illam, quae in editis instituta est.*

5a) *Codex Heidelbergensis Palat. Lat. nr.* 864, *saec. IX, in fol., f.* 134, *in monasterio S. Nazarii Laureshamensi scriptus, postquam Romam Parisiosque deportatus est, in bibliothecam Palatinam rediit. Liber Fredegarii ultimus f.* 110'–134'. *post Gregorium scriptus, a duobus librariis emendatus est. Quod ad rationem scribendi spectat, persaepe litera* e *in* ae *mutata est.*

Post Bethmannum liber optimus quinti generis a memetipso accurate collatus est. Huius exemplar videtur esse

5a*) *Codex Parisiensis nr.* 5921, *saec. XI, in fol., qui Mettis a compluribus librariis satis neglegenter scriptus, postea Pithoei, Thuani, Colberti erat. Liber saec. XII. emendatus et locis nonnullis e Libro historiae Francorum petitis auctus est.*

Codicem deterrimum Bethmann contulit.

5*a) *Codex Berolinensis Lat. quart. nr.* 266. *e duobus foliis constat. Alterum lib. IV, c.* 16: Gunthramni in Burgundiam sedem habens *incipit,* defuncto Wandalmaro *c.* 24. *desinit, alterum a c.* 38: XVII Theodrici regis *ad c.* 40: adpetunt missos *historiam continet. Liber codici* 5a *simillimus est.*

5b) *Codex Parisiensis nr.* 9765 *(antea Suppl. Lat. nr.* 1538*) saec. X. vel IX. literis magnis scriptus. Index Fredegarii deesse videtur, capita quoque* 96. *et* 97 *(ed. Ruin.). omissa sunt. Post Bethmannum Pertz contulit.*

5c) *Codex S. Audomari nr.* 706, *saec. XI. in., in monasterio S. Bertini scriptus iam c.* 21. *ex.* Expl. liber X. *desinit.*

Librum, qui multis lacunis laborat, Bethmann contulisse fertur, sed schedulae perierunt.

Ex hoc fluxit

5c*) *Codex Bruxellensis nr.* 6439–51, *in monasterio S. Vedasti scriptus, postea*

1) *V. 'Archiv' V, p.* 115; *XII, p.* 288. 2) *V. 'Archiv' X, p.* 623. 3) *V. 'Archiv' X, p.* 625. 4) *Sunt libri C; cf. Script. Rer. Merov. I, p.* 25 *sqq.* 5) *i. e. c.* 110. *ed. Ruin.*

in bibliothecam collegii soc. Iesu Brugensis, inde Antwerpiam translatus. Eodem loco quo 5c *desinit.*

Bethmann libro usus est, sed schedae nullae exstant.

5*d) Codex* N a m u r c e n s i s, *olim S. Huberti, saec. X, in fol., satis nitide scriptus est, Bethmanno teste.*

5*e) Codex* B r u x e l l e n s i s *nr.* 9361, *saec. XII, in fol., e monasterio S. Laurentii Leodiensi originem traxit. In hoc solo quinti generis codice historia ad a* 768. *perducta est, cum altera continuationum pars (a c.* 25*) e libro quodam* 4b *suppleta sit. Desinit:* sublimati sunt in regno. Explicit liber X. historiae Francorum.

E libro satis neglegenter scripto Bethmann nonnulla adnotavit.

5*f) Codex* V i n d o b o n e n s i s *nr.* 473 *(antea hist. eccl.* 90, *Ambras.* 277*), in fol., saec. IX. ex., capita tantum Fredegarii continuati* 1—24. *continet, quae historia Gregorii minime praecedit. Desinit:* basilica sancti Dionisii martyris. Explicit historia rerum gestarum Carli maioris domus. Qui bello Vinciaco habito Ragemfredum victum fugavit. Et alia quam plurima fortiter et utiliter gessit. *Liber postea emendatus cum* 5b *vinculo quodam coniunctus videtur esse, sed librarius nonnumquam sermonem immutavit.*

Pertz codicem exscripsit.

Capita 10 *(a* Deinde Colonia*) —* 24. *continuationum in compluribus codicibus Libro historiae Francorum ut c.* 52—55. *adiuncta sunt.*

$5x^1$*) Codex* P e t r o p o l i t a n u s *λ. F. Otd. IV.* 4, *saec. IX, incipit f.* 32. *c.* LII: Qualiter cum Saxonibus, Baioariis, Eudone duce, cum Abdirama rege Sarracenorum pugnavit et vincit. Deinde Coloniam urbem reversus, *desinit f.* 35*:* sancti Dyonisii martyris *(c.* 24*).*

Arndt exemplar fecit.

$5x^2$*) Codex* P a r i s i e n s i s *nr.* 10911 *(antea Suppl. Lat.* 125*), saec. IX, olim Craserii baronis erat.*

Bethmann eo usus est.

$5x^{2*}$*) Codex* G i e s s e n s i s *universitatis nr.* 254^a, *saec. XVIII, de bibliotheca* C r a s e r i i *emptus*[1], *ex* $5x^2$ *fluxit.*

$5x^3$*) Codex* S a n g a l l e n s i s *nr.* 547, *saec. XI/XII, de quo Pertz, 'Archiv' V, p.* 504, *egit.*

In libris qui sequuntur Fredegarii chronicae vel excerptae vel immutatae sunt.

Codex V i n d o b o n e n s i s *hist. prof. nr.* 991, *saec. XII, in* 4°, *f.* 46—54, *compendium Fredegarii a lib. III, c.* 2. *continet, e codice quodam* 3 *haustum. Incipit:* De Francorum vero regibus Ieronimus.

Pertz librum exscripsit.

Codex G u e l f e r b y t a n u s *Gud.* 139, *membr., saec. XV, in* 8°, *fol.* 17, *Lovanio Coloniam olim translatus, historiam Daretis librosque historiae Francorum et Fredegarii*[2] *in compendium contracta continet, eadem e codice quodam* 4a *hausta. Incipit f.* 1*:* Incipit tractatus de gestis regum Francorum. Eo itaque tempore.

Libro ipse usus sum.

Codex P a r i s i e n s i s *nr.* 7351, *saec. XIII, membr., in fol. chronicon e Fredegario compositum 'inde ab origine Francorum' ad a.* 768. *continet; cf. 'Archiv' VII, p.* 258.

De ratione, quae inter singulos Fredegarii libros intercedat, 'N. Archiv' VII, p. 250 *sqq. multis disserui, quae hic omnia repetere nolui. Satis habeo dixisse, librum* 3 *ex* 2, 4 *ex* 3, 5 *ex* 4 *pendere, neque vero primarios horum generum libros iam exstare, ita ut nonnullis locis secundus tertio, tertius quarto, quartus quinto codice emendari atque suppleri possit. Quod autem ad codicem* 2 *spectat, e libro quodam x pendet, qui periit. Illum e Claromontano exscriptum esse, valde verisimile est. Tabula adiecta quomodo libri inter se cohaereant ostenditur:*

1) *V. 'Archiv' IX, p.* 777. 2) *V. 'N. Archiv' VII, p.* 318.



Quae cum ita se habeant, nullo modo dubitari potuit, quin in chronicis Fredegarii recensendis codicem solum 1 sequeremur. Illis tantum locis, ubi literis aut omissis aut perperam additis librarius 1 sine dubio erraverat, ab optimo Claromontano recessimus. Neque vero in ea chronicarum parte, quae e fontibus notis hausta est, menda sustulimus quae Fredegarium potius transscripsisse quam commisisse aliquo modo verisimile erat. Quod ad reliquos codices pertinet, graviora tantum, quae discrepant textui subiecta sunt, neque iis vacavi quae in codicibus aut $4b^{2*}$ *aut* $4c^{1.2}$ *peculiaria reperiuntur. In nominibus propriis Francorum scribendis libri ms. mirum in modum inter se differunt, ut, si, quae a textu nostro diversa essent, omnia proferre voluissem, legentibus taedium quam maximum attulissem, praesertim cum in duobus ultimis libris fere suum quaeque linea nomen Francicum habeat. Itaque ne notis semper iisdem vel saltem simillimis lector languesceret, variam scribendi rationem hoc loco mihi colligendam esse duxi, notis, in quibus hae res tractabantur, prorsus deletis. Cum quomodo nomina propria in libro 1 scripta sint, ex textu ipso intellegatur, hoc praetermisso, ad 2 transeamus.*

2*a* et 2*b*: Brunehildis *semper; modo* Hildebertus, *modo* Hyldebertus; Childericus; *modo* Hilpericus, *modo* Hylpericus, *semel* Chilpericus; *saepius* Hlodoveus *quam* Chlodoveus, Chlodovius, Chlodeveus; Hlotharius *fere semper*, Chlotharius *semel;* Hrothildis *plerumque*, Chrothildis *saepe*, Chrodechildis *semel;* Gunthramnus *plerumque*, Guntramnus *sparsim;* Sygebertus *persaepe*, Sigebertus *nonnumquam;* Theudebertus *saepe*, Teutbertus *interdum*, *raro* Teudebertus *et* Teudbertus *et* Theodebertus; Teudericus *plerumque*, Theodericus, Teodericus *sparsim*.

3: Brunichildis *saepius quam* Brunnihildis *et* Brunnichildis, Brunnechildis *et* Brunchildis *raro*, Prunnihildis *persaepe*, Prunnechildis *et* Prunnichildis *nonnumquam*, Prunnehildis *sparsim;* Childibertus; Chilpericus; Chlodoveos *plerumque*, Chlodeveus *sparsim*, Chlodoveus, Clodoveus *raro;* Chlotharius *et* Chlotarius *et* Clotharius *saepissime*, Chlodarius *nonnumquam*, Chlottarius *sparsim*, Glotharius *saepe*, Lotharius *raro;* Chrothechildis, Chrodechildis, Chrothildis, Rotechildis; Guntramnus *plerumque*, Gunthramnus *saepe*, Gunthrannus, Ghuntramnus, Gunthethramnus, Gundramnus, Gundrannus, Gundhrannus, Cundhramnus *raro;* Sygobertus *plerumque*, *et* Syghibertus *et* Sygibertus *saepe*, Sighibertus *et* Sigobertus *nonnumquam*, Sigybertus, Sygybertus, Sygobertus *raro;* Theudebertus *plerumque*, Theudobertus *aliquotiens*, Teudebertus *et* Theubertus *raro;* Theudericus *saepissime*, Teudericus *nonnumquam*, Theutericus, Theudarichus, Theuderichus, Theodericus, Theoderichus, Teodericus, Theodoricus, Theodaricus, Theudoricus, Thedericus *raro*.

$4b^{2*}$: Brunichildis *fere semper*, Brunechildis *et* Brunaechildis *raro;* Childepertus *aliquotiens*, Childibertus *raro;* Childericus; Chlodoveus *plerumque*, Clodoveus, Clodopheus *sparsim;* Chlotarius *fere semper*, Clotharius *sparsim*, Chlotharius *nonnumquam*, Clotarius *raro;* Chrothechildis *plerumque*, Chrotechildis *saepe*, Chrotochildis, Chrodochildis, Chrodechildis, Chrodildis, Crothechildis *raro;* Guntramnus *saepissime*, Gun-

thramnus *aliquotiens,* Ghunthramnus *et* Guntheramnus *et* Guntechramnus *et* Gundramnus *et* Gundegramnus *semel;* Sigibertus *saepius quam* Sigobertus, Sighibertus *et* Sigebertus *raro;* Theudebertus *plerumque,* Theodebertus *saepe,* Teudebertus *sparsim;* Theudericus *fere semper,* Theodericus, Theodoricus, Teodoricus, Theudericus, Theudoricus *nonnumquam.*

$4c^1$ et $4c^2$: Brunichildis *semper;* Childibertus *semper;* Childerichus; Chlodoveus *fere semper,* Clodoveus, Chloveus *raro;* Chlotarius *fere semper,* Chlotharius *et* Clotarius *et* Clohtarius *et* Flotarius *raro;* Chrotechildis *semper,* Chrothilda *raro;* Guntramnus *plerumque ($4c^1$:* Gontramnus *saepe,* Guntrandus, Gundechramnus, Gonthramnus *raro);* Sigobertus *fere semper,* Sigibertus *sparsim,* Sygibertus *raro;* Theudebertus *plerumque ($4c^1$:* Theodebertus *saepe,* Theudbertus, Theodepertus, Theotbertus, Teudebertus *raro);* Theodericus *saepius quam* Theudericus.

5a: Brunichildis *saepe,* Brunihildis *nonnumquam,* Brunieldis *semel;* Childeberthus, Childiberthus; Chlodoveus, Chlodovechus, Chloveus, Chlothaveus *semel;* Chlotharius *fere semper,* Chlotarius, Chlodarius *semel;* Gunthramnus *saepius quam* Gunthchramnus *et* Gunthchramnus *et* Gunthcramnus, Guntchramnus, Gunchchramnus *sparsim;* Sygobertus, Sigibertus *plerumque,* Sygibertus, Sigobertus *aliquotiens;* Theudebertus *plerumque,* Theudobertus *aliquotiens,* Theudebertheus, Theudoberthus, Theubertus *sparsim;* Theudericus *fere semper,* Theodericus *nonnumquam,* Theudoricus, Theudiricus *et* Theodoricus *raro.*

Continuationum cum nullus codex ad nos pervenerit, qui reliquos ita superaret ut Claromontanus Fredegarii, a codice 4a, *quem potissimum secutus sum, nonnumquam nobis recedendum erat. At religiose textui subieci, quae in hoc libro discrepant, dum* $4b^1$ *et* $4b^2$, *item* $4c^1$ *et* $4c^2$ *inter se consentientes tantum curo*[1]. *E quinto librorum genere nullum adhibui nisi* 5a. *Codicem* 4a *etiam in orthographicis, quae minima notis adscripsi, secutus sum, sed literam* h *ibi saepe omissam restitui.*

Fredegarii chronicis medii aevi scriptores permulti usi sunt, quos omnes referre longum est. Nos quidem chronicon universale a. 741 *(SS. XIII, p.* 1 *sqq.), S. Benigni Divionensis atque Aimoini historiam consuluimus*[2], *quorum scriptores codices tertii generis adhibuerunt. Codice quodam* 5 *auctor Annalium Mettensium usus est; cf. 'N. Archiv' IV, p.* 589.

Arte imprimendi inventa, chronicae saepissime editae sunt, sed primum e libris 5 *quartus tantum liber ut undecimus historiae Francorum Gregorii in lucem prodiit. Editionem principem Flacio Ilyrico debemus, qui in 'Gregorii Turonici Historiae Francorum libri decem. Basileae per Petrum Pernam'* 1568, *p.* 1—89. *librum quartum Fredegarii cum contin. ad c.* 24. *e codice* 5a *edidit, titulo superscripto:* Index libri XI. seu appendicis ad Gregorium additae, quae nunc primum accessit.

E Flacio libri qui sequuntur pendent[3]*:*

**De la Barre, Parisiis* 1583 *(ad contin. c.* 24*).*

**Bibliotheca patrum vol. VI,* 2, *ed. Colon.* 1583 *(ad contin. c.* 24*).*

Sacrae Bibliothecae Sanctorum Patrum tomus septimus ed. de la Bigne ed. II. Paris 1589, *p.* 797—836. *Fredegarii liber inscriptus est:* Undecimus liber, sive appendix historiae Francorum, supplementi loco ab alio quopiam Gregorio Turonensi adiectus.

Gregorii Turonensis episcopi historiae Francorum libri decem. Ex bibliotheca Laur. Bochelii. Parisiis 1610. *(ad contin. c.* 24*).*

**Bibliotheca maxima Patrum. Colon.* 1618, *vol. VI.*

Maxima Bibliotheca veterum Patrum et antiquorum Scriptorum ecclesiasticorum ed. Lugdun. 1677. *Tom. XI, p.* 815—830. *ad contin. c.* 24. *Titulo, quem Bigne composuit, verba:* Autor huius appendicis creditur esse Fredegarius adiecit.

1) *Ubi* $4b^1$, $4b^2$, $4b^{1*}$ *consenserunt,* 4b *scripsi.* 2) *Cf. 'N. Archiv' VII, p.* 288 *sqq.* 3) *Asteriscos iis adieci, quos videre mihi non licuit.*

Totum chronicarum corpus, libro quarto et cont. c. 1—24, quae iam edita erant, exceptis, primus imprimendum curavit

Henricus Canisius, 'Antiquae Lectiones', Ingolstad. 1602, *p.* 578—729, *e deterrimis libris 3b et* $4b^{1*}$, *quibus satis neglegenter usus est. Titulum Canisius composuit hunc:* Collectio historica Chronographica ex Anonymo, qui sub Alexandro Severo imperatore vixit, Idacio, Toromacho, aliis. Collectore Gallo quodam, quem Carolo Magno supparem fuisse apparet.

Haec editio a Basnage Antwerp. 1725, *tom. II, p.* 147—226, *repetita est. Neque melius profecit*

Andreas Schott, qui in Hispania illustrata, Francof. 1608, *tom. IV, p.* 160. 185—207, *ex editione Canisii librum Fredegarii secundum repetiit.*

At Iosephus Scaliger, qui 'Thesaurus temporum, Lugd. Batav.' 1696, *p.* 17—22, *Idacium Fredegarianum ad c. 56:* Postea, ut supra gesta confirmant, a Gothis regnatum est, *edidit, codicem habuit vel potius 'descriptum ex chirographo Friderici Lindenbruch Hamburgensis'. Est* $4a^{*}$.

Hanc editionem Schott, Hispania illustrata IV, p. 208—212. *repetiit.*

Marquardus Freherus, Corpus Francicae historiae veteris et sincerae, Hanoviae 1613, *p.* 96—166, *librum Fredegarii tertium et quartum cum continuationibus edidit, maximam partem, ut videtur, ex schedis Goldasti, cuius codex 3II in hac editione ubique adhibitus, a Frehero ne commemoratus quidem est. Habuit etiam 5a. Inde a c.* 25. *contin., ubi 5a defecit, textus est Canisianus. Freherus primus Fredegarii nomen adiecit, titulo chronicis inscripto:* Gregorii episcopi Turonensis excerpta Chronica ex Fredegarii Scholastici Historia Miscella *et* Fredegarii Scholastici Chronicae liber.

Duchesne, Historiae Francorum Scriptores coaetanei, Paris. 1636, *Tom. I, p.* 722—728, *eosdem libros ac Freherus edidit, quem aeque ac Canisium, quamquam codices et* 1 *et* 4a *habuit, fere ubique secutus est.*

Optimam editionem debemus

Theodorico Ruinart, Gregorii Turonensis opera omnia necnon Fredegarii Scholastici Epitome et Chronicum cum suis Continuatoribus, Paris. 1699, *p.* 542—703, *qui e prioribus Fredegarii libris p.* 705 *sqq. fragmenta collegit, libros 3 et 4 integros dedit. Habuit codices* 1. $4c^{1}$. 5a. $5a^{*}$. *Continuationes a Ruinart paulo neglegentius tractatae sunt, quam quae praecedunt chronicae. Notas quas ipsi debemus litera R. distinximus.*

Ex hac editione originem traxerunt:

'Recueil des Historiens des Gaules' ed. Bouquet, Paris. 1739, *ubi tom. II, p.* 391—464; *V, p.* 1—9, *eadem leguntur, quae Ruinart collegit.*

Patrologia Latina ed. Migne, Tom. LXXI, p. 573—704, *ubi chronicae e Bouqueti editione repetitae sunt.*

Fragmenta libri tertii ediderunt

Guadet et Taranne, Gregorii Turonensis Hist. Franc. Tom. II, p. 289 *sqq.*

Nuperrime G. Monod, 'Études critiques sur les sources de l'histoire Mérovingienne', Pars II (in 'Bibliothèque de l'école des hautes études. Fasc. 36. *Paris,* 1885'*) textum codicis* 1 *diligenter imprimendum curavit.*

In linguam Francogallicam librum Fredegarii quartum et continuatum verterunt

C(laude) B(onnet), D(auphinois), 'L'Histoire françoise de S. Grégoire de Tours. Augmentée d'un unzième Livre. Paris, Claude de la Tour' 1610.

Marolles, 'L' Histoire des François de S. Grégoire evesque de Tours. Avec le Supplément de Fredegaire, écrit par les ordres de Childebrand frère de Charles Martel. Paris' 1668. *Tom. II, p.* 745—876.

Guizot, 'Chronique de Frédégaire traduit en langue fr. Paris 1823' *(in 'Collect. des Mémoires', II, p.* 163—265*).*

Eundem librum in linguam Germanicam vertit Abel in 'Geschichtschreiber der

deutschen Vorzeit' vol. V. Giesebrecht v. c. fragmenta libri tertii Germanice reddita Gregorio suo adiecit.

De rebus geographicis egit Jacobs, 'Géographie de Grégoire de Tours, de Frédégaire et de leurs continuateurs', Paris. ed. alt. 1861.

Capitum distinctionem in libris I—IV. ex 1 *restitui, ubi capita saepissime mediis in enuntiatis inchoantur. Quod ad continuationes pertinet, codices* 4 *cum distinctione careant, atque libri* 5 *capita minus apte distinguant, ipse textum denuo in partes divisi.*

B. Krusch.

[INCIPIT[a] CAPETOLARIS CRONECE LIBRI PRIMI].

1. De inicium mundi, quod homo primus Adam condetus est.
2. De diluvium, quod factum est.
3. Divisio[b] terrae tribus filies Noe.
4. De confusione linguae gencium septuaginta et[c] duo.
5. De gentes, quae fuerunt ex genere Sem, Cam[d] et Iafed.
6. De gentes nominatem, in qua parte unaqueque consedit.
7. De declarationem habetaciones gencium.
8. De nomina insolarum, quae sunt princepalis.
9. De nomina gentium, ubi nuper consederunt.
10. De nomina montium et flumina magnorum.
11. De filies Noe in trebus partebus saeculum[e] trepertitum.
12. De inicium ordenes generationes Abrahae.
13. De egressionem Israhel ex Aegypto et ingressum eorum in terra Canaan[f].
14. De inicium regum Israhel.
15. De captivetate, quem Nabagodonosor[g] rex de Iudaeis fecit.
16. De regressione Iudaeorum Hierusolimis per Cirum.
17. De passionem Domini et pasca.
18. De reges Persarum et tempore Cyri.
19. De nomina creaturae Adam.
20. De transmigracionem Babilloniae.
21. De nomina profetarum.
22. De nomina regum Israhel.
23. De Macedonum regis iuxta Alexandrinus.
24. De inicium[h] imperatores.

Index. 1. 2*a*.

Index. a) *titulum ipse formavi similem iis qui libris III. et IV. praemissi sunt. Titulum omissum saec. IX. librarius quidam ita supplevit:* Breviarium scarpsum ex chronica Eusebii, Hieronimi aliorumque auctorum a quodam Adatio 1, *ubi folium quod primum est A' numero non distinctum litteris quidem nitidioribus quam reliquus codex scriptum, sed eodem tempore et eadem forte manu suppletum est.* IN NOMINE DNI NRI IHU XPI INCIPIUNT CAPITULA CHRONICI LIBRI (LIBER 2*b*) PRIMI 2*a*. *b*. *Indice caret* 3*a*. *Totum librum primum omittunt codices* 4, *in quibus Hilariani liber de cursu temporum* (IN DI NOMIN INCIPIT LIBELLUS QUINTI IULII HILARIONIS — EXPLICIT LIBELLUS QUINTI IULII HILARIANI 4*a*; INCIP LIBELLUS QUINTI IULII HILARIONIS — EXPLIC. LIBER QUINTI IULII HILARIONIS 4*a**; IN NOMIN. DNI INCIPIT LIBELLUS QUI EST IULII HILARIONIS — EXPLICIT LIBELLUS QUINTI IULII HILARIONIS 4*b*[1]; IN NOMINE DNI INCIP LIB QUINTI IULII HILARONIS — EXPLICIT LIBLLUS QUINTI IULII HILARIONIS 4*b*[2]; INCIPIT LIBER QUI INTITULATUR HELARION — EXPLICIT LIBELLUS Q INTITULAS HILARIONIS 4*b*[2]*; IN DEI NOMINE INCIPIT LIBELLUS QUINTI IULII HILARIONIS — EXPLICIT LIBELLUS QUINTI IULI HILARIONIS 4*c*[1]), *in codicibus* 3 *inter libros II. et III. insertus, Fredegarium ducit. Codices* 5 *ultimum tantum librum habent.* b) de divisione 2*a*. c) *om.* 2*a*. d) Cham et Iafhet 2*a*. e) saeli disperditum 2*a*. f) Chaän 2*a*. g) Nabuchodonosor 2*a*. h) *corr. m. al.* inicio imperatorum 1; imperatorem 2*a*.

25. De episcopus[a] Romensis.

26. Post haec scarpsum ab Adam usque Noe, a Noae usque Abraham, deinde iudecum[b], post haec regum Israhel et Aegyptium[c] et inperatori Romanorum usque Aeraglium[d].

LIBER[a, 1] GENERATIONIS ab Adam usque ad ordinem[b], quae contenetur in huius volumine libri[c]. Denumeratio temporum et annorum. Generationis saeculi[d] usque in hunc diem. Terrae divisio tribus filiis Noe. Declaratio gentium, quae ex quibus factae sint, et[e] quas singuli terras et civitatis[f] sortiti sunt. Quantae insolae clare. Qui ex quibus gentibus transmigraverunt. Quod[g] flumina nominata. Quod montes nominati. Quod iudices, qui[h] quod annis populum iudicavit. Quod regis[i] in tribu Iuda, et quis quod annis regnavit. Declaratio paschae, et quis quando servavit ex temporibus Moysi usque in hunc diem. Regis[i] Persarum a Cyro, et quis quod annis regnavit. Regis Macedonum ab Alexandro, et quis quod annis regnavit. Imperatores Romanorum ab Augusto, et quis quod annis regnavit[k]. Tempore[l] olympiadum ab Ipito usque in praesentem olimpiadem. Nomina[m] patriarcharum a[n] generatione. Nomina prophetarum. Mulieres prophetissae. Nomina regum Hebreorum et regum, qui in Samaria regnaverunt supra decem tribus, et quis quod annis regnavit. Nomina sacerdotum. Nomina emperatorum[o] Romae, et quis quod annis praefuit.

Quoniam quidem oportit instructum esse veritatis[p], necessarium exacstemavi, frater[q] carissime, hoc[r] in breve de sanctis scripturis facere sermones ad conroborandam doctrinam[s], ut per paucas enarrationis non sine causa inquisitas virtutes veritatis citius agnuscamus[t], abscidentes prius indoctorum generatam contentionem, quae obumbrant[u] sensum[v], huiuscemodi indoctum edoceat. Summa autem cum industria pervidere[w] cupientes, iuxta veritatem cognuscemus gentium divisionem et parentum denumeratam generationem, inhabitationes quoque tempora et bellorum commissionis et iudicum tempora despensationes et regum annos et pro-

Index. 1. 2a. *Praef.* 1. 2a. 3a.

Index. a) *corr. m. al.* episcopis Romanis 1. b) *corr. m. al.* iudicum 1. c) *corr. m. al.* Aegyptiorum (*ita etiam 2a*) et imperatorum 1. d) *corr. m. al.* ad Eraglium 1; ad Heracleum 2a, *ubi* Expliciunt capi͞la *add.*

Praef. a) *ita* 1; Incipit liber generationibus (generationum 3a) ab (*om. 2a*) 2a. 3a. b) *ita* 1 *et L.; scribe* usque ad oc diem *vel* u. ad odiernum: usque in hodiernum diem *Chronogr.* c) in hoc libro *L.; m. al. singula commata numeris* II—XVIIII *distinxit* 1. d) *om. L.* e) et quas — sortiti sunt *om. L.:* et quas singuli eorum provincias et civitates habitaverunt *Chronogr.* f) civitatis *corr. m. al.* civitates 1. g) *m. al.* quot *semper corr.* 1. h) quis 2a *cum L.;* et quis 3a. i) *m. al.* reges *semper corr.* 1. k) imperavit *L.* l) *corr. m. al.* tempora 1. m) autem *add.* 2a. n) *corr. m. al.* ac generationes 1. o) ēmperm̄ 1: episcoporum *L. De hoc loco egi, 'N. Archiv' VII, p.* 469. p) diaconum *om. Fred., habet L.* q) frater *corr. m. al.* fratres 2a; fr̄s 3a. r) hos *probe L.* s) tuam *add. L.* t) cognoscamus *L.* u) *corr. m. al.* obumbrat 1, *et ita* 2a. 3a. v) *om. L.;* secundum *add.* 3a. w) praevidere *L.*

1) *Liber primus usque ad cap.* 24. *est integer liber Generationis Hippolyti episcopi, cui perpauca tantum de Troianis Frigiisque a scriptore Franco inserta sunt. Usus est textu Latino illo, quem Labbeus, Nova Bibl. MSS. I, p.* 298 *sqq., e codice Claromontano, iam Cheltenhamensi nr.* 470. 715. 1829, *primus edidit, Cangius, eodem codice collato, Chronico Paschali (App. V) subiecit. Codicem habuit Labbeano simillimum eumque nonnullis locis iisdem naevis atque hiatibus pollutum, sed omnino meliorem illo, ita ut quam dixi editionem non raro e Fredegario emendare ac supplere possis. Nos littera L. signavimus discrepantiam textus Labbeani, quem Vogel v. c. in usum nostrum iterum cum codice contulit, sed eo deficiente alteram quoque huius opusculi editionem, quae in Chronographia a.* 354. *exstat (ed. Mommsen p.* 637 *sqq.), consuluimus. Cf. 'N. Archiv' VII, p.* 456 *sqq. — Ceterum indicem qui praecedit potius Fredegarii quam Hippolyti esse per se patet.*

phetarum tempora, qui[a] aet quibus[b] regebus[c] nati sunt, quales[d] captivitates populi quibus regibus et quibus iudicibus contigerint, quique sacerdotes quibus temporebus fuerint, et quae divisio et[e] quae perditio facta sit, quo autem modo generatio seminis Israhel de patribus in Christo conpleta sit, et quod quantique per quanta tempora dinumerentur anni a creatura saeculi usque in hunc diem. Extimavimus[f] autem, incipientes a Genesi, iuxta verbum[g] ostensionem, sicut expetit, declarare, non ex nostra quadam parte, sed ex ipsis Sanctis Scripturis testificari. Hinc[h] occursionem arripientes, iuxta ordinem de Genesi sermonem facimus[i].

EXPLICIT[k] PRAEFATIO.

INCIPIT NARRATIO PRAEFATIONIS FILI SEM.

1.[a] Liber generationis hominum. Quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eos. Vixit autem Adam ann. 180[b] et genuit Seth. Vixit autem Seth ann. 205 et genuit Enos. Vixit[c] Enos ann. 190[d] et genuit Cainan. Vixit Cainan ann. 170 et genuit Melelehel. Vixit[e] Melelohel ann. 162[f] et genuit Thareth, et vixit Thareth ann. 162 et genuit Enoch. Vixit Enoch ann. 165[g], gennuit Matusalam. Vixit Matusalam ann. 117 et genuit Lamech. Vixit Lamech ann. 188 et genuit Noe. Et erat Noe annorum 500[h], genuit tres filios Sem, Kam et Iaphet[i].

2.[a] Post annos autem 100, postquam genitus[b] est Sem, fit diluvium, cum esset annorum[c] sexcentorum Noe. Fiunt ergo ab Adam usque ad diluvium generationis[d] 11, anni 2242. Iste[e] sunt generationis[f] Sem. Sem cum esset ann. 100, genuit[g] Arfaxat anno[h] 2. post diluvium. Et vixit Arfaxat ann. 135 et genuit Cainan. Vixit Cainan ann. 130 et genuit Sala. Vixit Sala ann. 130 et genuit Eber. Vixit Eber ann. 134 et genuit Falech. Usque ad hunc[i] generationes[k] 5, ann. 529. Ab Adam[l] generationis 15, anni sunt 2771.

3. Devisio[a] terrae[b] tribus filiis Noe. Post diluvium[c] Sem, Kam et[d] Iafeth trium fratrum tribus devisae sunt. Et Sem quidem primogenito a Persida et Bactris usque in India longe usque Rinocoriris[e] est; Kam autem secunda a Rinocoriris usque Cariraat; Iafeth autem tertio a Media usque Gadira ad borram. Habet autem Iafeth flumen Tigridem, qui dividet Mediam et Babylloniam; Sem autem Eufratam et Kam Geon, qui vocatur Nilus.

4. Confuse sunt autem linguae post diluvium. Erant autem quae confusae sunt linguae 72, et qui turrem aedificabant erant gentes 72, quae etiam in linguis super faciem totus terrae divisae sunt. Nebrot autem gigans[a], filius Chus Ethiopy, in escam Medis venando submenistrabat[b] bestias in cibum. Vocabula[c] autem 72[d] haec sunt:

Praef. *Capp.* 1—4. 1. 2a. 3a.

Praef. a) *sic L.;* quia et 1. 2a. b) quibus — c. populi *om. L.;* que autem captivitates in populo fuerunt *Chronogr.* c) *corr. m. al.* regibus 1. d) qualesque 2a. 3a. e) *om. L.* f) estimavimus 2a; existimavimus 3a. g) *sic* 1. 2a (*in* 1 *corr. m. al., in* 2 *superscr. m. al.* veram); verborum 3a *cum L.* h) ergo *add. L.* i) faciemus *L.* k) E. P. *om.* 2a *et L. (habet Chronogr.);* Explicit prefatio filii Sem. Incip̄ narratio prefationis 3a; praefationis f. S. *om. L.*

Cap. 1. a) *cap.* 1—3 *numero carent* 2a; 1. *om.* 3a. b) *ita Fred. et Chronogr.;* CCXXX *L.* c) autem *add.* 2a *(semper).* 3a; Et v. *semper L.* d) CLX 2a. e) v. M. *male om. L.* f) CLXV *L.* g) et *om. Fred., habet L.* h) et *m. al. superscr.* 1, *habent* 2a. 3a *cum L.* i) Iapht, e *m. al., ut videtur, superscr.* 1.

Cap. 2. a) *distinctione carent* 2a. 3a. b) generatus *L.* c) Noe a. 600. 2a. 3a. d) generat. 11 *om.* 2a *(non 3a);* g. X *L. et Chronogr.* e) hae *L.* f) *m. al. corr.* generationes 1. g) genuit *m. al. superscr.* 1. h) ann̄ 1. i) hanc *corr.* hunc 1. k) generationes *corr.* generationem 1; generationem generationes sunt 5 3a. l) autem *add. L.*

Cap. 3. a) D. — Noe *praecedenti tribuit cap.* 3a, *ubi cap.* 2. *numeratur, et sic deinceps.* b) et *add. L.* c) autem *add.* 3a. d) *om. L.* e) Rinocoris *(infra* Rinocorris*)* 2a; Rino corriris *(infra* Rino curriris) 3a; Rinocoryris *(infra* Rinocoruris*) L.;* Rinocorura *Chronogr.*

Cap. 4. a) *m. al. corr.* gygans 1. b) *m. al. corr.* subminist. 1. c) *ab* Vocabula *cap. incipit* 3a, *ab* Haec 2a. *b.* d) filiorum *m. al. superscr.* 1, *om.* 2a. 3a.

5.[a] Filii[1] Iafeth: Gamer, ex quo Cappadoces, Magog, de quo Geltae[b] et Galatae[c], Mado, de quo Medi, Ivan[d], de quo Greci et Hionis[e], Thobel, unde Ettaliensis[f], Moroc, unde Yllirici, Tyras[g], unde et[h] Traces, Cetthin[i], unde Trociane, Frigiiae[2], Macedones. Et filii Gamer: Ascanas, de quo Sarmatae[k], Rufan, dae[l] quo Sauromatae, Togor[m], de quo Armini. Et filii Iuvan: Elisan, inde Siculi, Tharsis, ex quo Hiberi, qui et Tirreni, Cythii, de quo Romani, qui et Latini, Rodivivi[n] et Priami[2]. Omnes 15. De his exteterunt insulae gentium. Sunt autem Cypri ex Cythiensibus. Ex Iafeth si quidem invenimus et eos qui sunt ad borram[o] ex ipsis de ea tribu Cythiensium. Sunt autem ex ipsis etiam gentes, quae sunt in Etiada[p], praeter eos qui postmodum advenerunt ibi regis[q], qui habitaverunt civitatem, quae apud Grecos honoratur, Athenas et Thebateorum[r], quoniam[s] Sidoniorum sunt hii habitatores[t], et quicumque[u] sunt alii similiter post haec apud Helladam[v] transmigraverunt. Cognuscemus autem haec ex lege et prophetis. Erant ergo[w] de Iafeth ad confusionem turris tribus[x] 15. Et heae gentes Iafeth a Media usque vesperum Oceani diffusae sunt, adtendentes usque ad borram. Hii filii Iafeth[y]: Medi, Albani, Gargani, Arrei, Armoeni, Amaiones[z], Choli[a], Corzeini, Benaginae, Cappadoces, Paflagonis, Mariandeni, Tibarensis, Kalibes[b], Mossynnoti[c], Cholchi, Melanceni[d], Sarmatae, Saurobace[e], Meothes, Scithes, Taurii, Traces, Bastarni[f], Illuri, Medonis[g], Hellenes, Greci, Libies[h], Histri, Vieni[i], Danni, Dapues[k], Kalabri, Opici[l], Latini, qui et Romani, Tirrini, Galli, qui et Caltae, Libiestini[m], Celtiberi[n], Heberi, Galli, Aquitani, Illuriani, Basanotes, Cyritani, Lusitani, Voccei, Cuniensis, Brittonis, qui et in insulis habitant. Qui autem eorum noverunt litteras hii sunt: Heberi, Latini, qui et vocantur Romani, Hispani, Greci, Medi[o], Armoeni[p]. Sunt autem fines eorum ad borram usque Gadira[q], a Pudameda[r] fluvio usque Mastusi ad ilion[s]. Terrae autem eorum hae[t] sunt: Media, Albania, Amazonia[u], Armoaena minor, Armoenia maior, Cappadocea, Paflagonia, Calatia[v], Collis, Indice[w], Bosforina[x], Media, Deris[y], Sarmacia, Tauriana, Scbitia, Basternia, Trachia, Macedonia, Dalmatia, Mollis, Thessalia, Locria, Boetia, Betolia[z], Attica, Achaia, Pellinia, quae appellatur Peloponensus[a], Acarnea, Aepirocia, Ylliria, Euchnitis[b], Adriace, ex qua pilagus Adriaticum,

Cap. 5. 1. 2*a*. 3*a*.

Cap. 5. a) *nulla capitis distinctio* 1. b) Geltae, *m. al. superscr.* h 1; Gelthae 2*a*. *b*; *qui desideratur.* c) Galatae, *m. al. superscr.* h 1. d) Iuan 1; Iuhan 2*a*. *b*. 3*a*; Ἰωυὰν *m.*; Van *L.* e) *corr. m. al.* Hiones 1. f) Θετταλοὶ (Talienses 3*a*) Μοσὸχ (Masoch 3*a*; Mosoc *L.*) *m.* g) Billiri cytiras (cytaras 2*b*) 2*a*. *b*; Bellirici Tyras 3*a*. h) und&races *L.* i) Cetthyn *L.*; Χετταεὶμ *m.* k) Ῥηγῖνες *m.* l) Rufandae 1. 2*a*. *b*; Rifath de 3*a*; Rifan de *L.*; Ῥιφὰθ *m.* m) *ita* 1. 2*a*. *b*; Togorma 3*a*; Thogorma *L.*; Θογαρμὰ *m.* n) Dodanim ex quo Priamii 3*a*. o) ἐν τῷ βορρᾷ *m.* p) Aetiada 2*a*. *b*; Ethiada 3*a*; Ἑλλάδος *m.* q) *ita* 1 *et L.*; ἐκεῖ Σαϊτῶν *m.* r) Thebeorum *L.*; τὰς Θήβας *m.* s) Quo eni 3*a*. t) *scribe* sunt inhabitatores *ex L.* u) qui cum eo sunt 2*a*. v) Halladam *L.* w) autem 2*a* (*ubi exp. et superscr.* ergo). 2*b*. x) *om.* 2*a*. *b*. 3*a*. y) *haec om. L.* z) Amazones 3*a cum L.*; macedonis 2*a*; Amacedones 2*b*. a) Κῶλοι (Culi *L.*) Κορζηνοί (Corgeini 2*a*. *b*; Corgeine *e corr.* 3*a*; Corzieni *L.*) Βενεαγηνοὶ *Epiph.* b) Chalibes *L.* c) Mossyrroti 2*a*. *b*; Mossir roti 3*a*. d) Μελάγχλαινοι *m.* e) Saurobatae *corr.* 2. *m.* Sauromatae *L.*; Σαυρομάται *m.* f) Basternae 2*a*. *b*. g) Macedones *L.*; Μακεδόνες *m.* h) Lybyes *L.*; Λιβυρνοὶ *m.* i) Οὐένετοι *Epiph.* k) *ita Fred. cum L.*; Ἰάπυγες *m.* l) *ita* 1; Opye 2*a*; Opyci 2*b*; Opic 3*a*; Pici *L.*; Ὀπικοὶ *m.* m) Λιγυστῖνοι *m.* n) Cetiberi 2*a*. *b*. o) *om. L.* p) Armoem 1. q) Garida 2*a*. *b*. 3*a* (*e corr.*). r) Potameda *L.*; Ποταμίδος *Chr. Pasch.*; Τανάιδος *Sync.* s) κατὰ ἥλιον *m.* t) haec 2*a*. *b*. u) Amagonia 2*a*. *b*. v) Gallaba *L.* w) *ita Fred. cum L.*; Κολχίς, Σινδική *m.* x) Indicebus (Indicibus 3*a*) forina 2*a*. *b*. 3*a*. y) media erris *L.*; Μαιῶτις, Δερρίς (Derris 2*a*. *b*) *m.* z) *ita* 1; Betholia 2*a*. *b*; Aetolia *L.*; Αἰτωλία *m.* a) Pelleponensus *L.* b) *ita Fred.*; Aodimus *vel* Aodinius *perverse L.*; ἡ Λυχνῖτις *m.*

1) *De hac tabula gentium cf. Müllenhof, 'Ueber die Weltkarte und Chorographie des Kaiser Augustus, Kiel'* 1856, *qui ex diversis scriptoribus textum integrum restituere conatus est. Hunc locis dubiis contulimus et quae discrepabant littera m. signavimus.* 2) *Haec Fredegarius addidit, Troianorum cultor; cf. 'N. Archiv' VII,* 464.

Gallicia[a], Lusitania, Italia, Thugene[b], Massilia, Celtes[c]-Gallia, Ispanogalia[d], Uberia[e], Hispania maior; hucque[f] definit terra Iafeth usque ad Brittanicas insulas omnes ad borram respicientes. Sunt autem his et insulae iste: Brittanice, Sicilia, Euboe, Arlodoscius[g], Lesbus, Cetera, Iacinctus[h], Cefalenia, Iabech[i], Corchira et Cyclates insulae et pars quaedam Asiae, quae appellantur Ionia. Flumen est autem his Tigris[k], dividens inter Mediam et Babylloniam. Hii sunt fines Iafeth. Filii[l] autem Cham: Chus, ex quo Etpes[m], Metram[n], ex quo Aegyptii, Fuit[o], de quo Troglodiacae, Canhaan, de quo Afri et Finices. Et filii Chus: Sabaa, Evigilat[p], Saba, Tregma[q] et Sabachata[r]. Filii autem Regma: Saba et Dedan[s]. Et Chus genuit Nebroth. Et Aegyptiorum patriae cum Mestraim[t], patrem ipsorum, 8; dicit enim: 'Et Mestraim genuit Ludim[u], unde Lidii, Enemim[v], de quo Paphyli, Labain[w], de quo Laboes, Neptoin et Patrosonim[x], unde Cretis, Casloin[y], unde Licii, unde exierunt Phylistini[z], et Captoroin[a], unde Cilices'. Cananeorum sunt patriae cum patre eorum 12. Dicit enim: 'Et Canaham[b] genuit Sidona primogenitum, ex quo Sidoni, et Cetheum et Hiebuseum et Amorreum et Gergesseum et Auruchaeum[c] et Aeueum, ex quo Trepolitae, et Araeneum[d] et Aradium, unde Arain[e], et Samarleum[f] et Amati[g], unde Amatus[h]'. Est autem habitatio eorum a Rinochoriris[i] usque Gadirat[k]. Ex his autem nascuntur[l] reges vel gentes Aethiopes, Trogloditae, Aggei, Isabin[m], Hictiofagi, Bellanii[n], Aegyptii, Finices[o], Libies, Marmarede, Carifallitae[p], Misii, Moyssinnoeti, Friges, Magones, Bittinii, Nomades, Licii[q], Mariandeni[r], Pamphyli, Mynsudi[s], Pysidini, Lycalli[t], Cylices, Maurusii, Cretae, Magartae, Numidae, Macrones, Nasomones. Hii possident[u] Aegyptum[v] usque ad Oceanum. Sunt autem insulae in his communis haec: Corsola, Lupadus, Gaudius[w], Meletae, Cercenna, Menis, Gardinia[x], Galata, Corsona, Cretae, Gaulus, Reda, Aethera, Careacus, Astipalatius[y], Lesbius[z], Tenedus[a], Ymbrus, Iassus, Chobus, Chinidus[b], Nisurus, Migistae[c], Ceprus. Qui autem eorum[d] sunt litterati hii sunt: Finices, Aegyptii, Pamphyli, Friges. Sunt autem fines Cham a Rinochoriris[e], quae[f] dividit Syriam et Aegyptum, usque Garira in longum. Nomina autem gentium haec sunt: Aegyptus, Aethiopia, quae tendit adversus Indiam, et altera Ethiopia, unde profeciscitur flumen Aethiopum, Erytra[g], quod est rubrum, adtendens ad orientem, Thebiae[h], quae extendit usque Cyrinem[i], Marmaris, Syrtes

Cap. 5. 1, 2*a*. 3*a*.

Cap. 5. a) Calcecia *L.* b) Thusgene *L.*; Θουσχηνή *m.* c) Celthes 2*a*. *b.* d) *ita* 1; Spanogalia 2*a*. *b*; Spanogallia 3*a*; Σπανογαλλία *m.* e) Huberia 2*a*. *b*; Hyberia 3*a*. f) huc usque *L.*; ἐνταῦθα *m.*; *scr.* desinit. g) Arlodiosius 2*a*; *scr.*: Euboea, Rhodos, Cius. h) Iacentus *L.*; Ζάκυνθος *m.* i) *ita Fred.*; Ithaec *L.*; Ἰθάκη *m.* k) Trigris *corr.* Tigris 1. l) *a* Filii *cap.* V. *incipit* 3*a*. m) Ethiopes 3*a*; Aethiopes *recte L.* n) Mesraim 3*a*; Mestraim *L.*; Μεστραΐμ *m.* o) Fhut 2*a*; Futh 3*a*; Fud *L.*; Φοὺδ *m.* p) Evilath 2*a*. 3*a*; Evilat *L.*; Σαβὰτ Εὐιλὰτ *m.* q) *sic* 1; Sabatha (Sabat *L.*?); Regma 3*a*. *L.*; Σεβατὰ Ῥεγμὰ *m.* r) *ita Fred.*; Sagabacata *L.*; Σεβαχαθὰ *m.* s) Dadan *L.*; Σαβὰ Ιουδαδὰν *m.* t) cumestraim 1. u) Ludiin 1. 2*a*; Λουδιείμ *m.* v) Enemiin 1. 2*a*; Anamim 3*a*; Enemim *L.*; Αἰνεμιείμ *m.* w) Labaim 3*a*; Λαβιείμ *m.* x) Petrusim 3*a*. y) Casloin (Casluin *L.*) on dilicii 2*a*; Casluim un delicii 3*a*. z) Philistiim *L.*; Φυλιστιείμ *m.* a) Capturim 3*a*; Capturin *L.*; Καφθοριείμ *m.* b) Chanaan autem *(om. et)* 3*a*. c) *ita* 1; Aracheum 2*a*. 3*a*; Araceum *L.*; Ἀρουκαῖον *m.* d) Areneum 2*a*; Sineum 3*a*; Aseneam *L.*; Ἀσενναῖον *m.* e) Aradii *L.*; Ἀράδιοι *m.* f) Samaream *L.*; Σαμαραῖον *m.* g) Amatheum 3*a*. h) Amathus 3*a*; Amathusi *L.*; Ἀμαθούσιοι *m.* i) anachorris 2*a*; arino chorriris 3*a*. k) Gadiram *L.* l) *ita L.*; nasantus 1; γεννηθέντα *m.* m) Isabini Icthyofagi *L.* n) Velanni *L.*; Ἐλυῖνοι *m.* o) Fimces 1. p) Charitiliitae *L.*; Κόρες Ψυλλῖται *m.* q) Licinii *L.* r) Mariandini 2*a*. 3*a*. s) My(ri?)sudi 1. *m.*, Mynsudi 2. *m.* 1; mimsu (*corr.* minsu). dipisi diseni (*corr.* deni) *L.*; Μουχεσίδιοι, Πισιδηνοί *Epiph.* t) Lygallii *L.*; Αἰγαλεῖοι *m.* u) possidebus 2*a*; possidebunt 3*a*. v) ab Aegypto *L.*; ἀπὸ Αἰγύπτου *m.* w) Lupadus, Agaudius *L.*; Λοπαδοῦσα, Γαῦδος *m.* x) Cardinia *L.* y) *ita* 1, *c corr.* 3*a*; Astipalacius 2*a*; Astypala, Chius *L.*; Ἀστυπάλαια, Χίος *m.* z) Lesbeus 2*a*; Lespeus 3*a*. a) Temedus *corr.* Tenedus 1. b) Chnidos *L.* c) Inigistae *corr.* Ingistae 1; Ingeste 2*a*. 3*a*; Megistae *L.*; Μεγίστη *m.* d) *s. e.* 3*a*; *s. om.* 2*a*. e) arinochorrifis 2*a*; arino choriris 3*a*. f) qui 2*a*. 3*a*. g) Erythara *L.* h) Thybiae 2*a*; Tibie 3*a*; Lybiae *om. Fred. (habet L.)*. i) C. M. *om. L.*; μέχρι Κυρήνης, Μαρμαρὶς *m.*

habens gentes[a] Nasomonas, Macas, Tantameos[b], Libia[c], e qua Lypti extendit usque minorem Syrtem, Numidia, Masseria, Mauritaniam, quae extendit[d] Herculeas quod est Heracleoticas stellas[e] contra Gadiram. Habet[f] autem ad borram maritimam Cyliciam, Pamphiliam, Pysidiam, Misiam, Licaconiam[g], Frigiam, Kamaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Misam[h] aliam[i], Troadem, Aolidem, Pitiniam veterem[k], Frigiam alciorem. Habet etiam insulas has: Sardomam[l], Cretam, Cyprum et flumen Geon, qui appellatur Nilus. Dividit autem inter Cham et inter[m] Iafeth usu[n] vespertini maris. Haec media Cham generatio. [o]De Sem autem, seniore filio Noe, tribus cogniti 25. Hii ad orientem inhabitaverunt. Filii Sem: Elam[p], de quo Elimei[q], et Assir[r], de quo Assiri, et Arfaxat, unde Caldei, et Ludiin[s], unde Lazonis, et Aram, unde Cytes[t] priores. Hos excidit Abraham. Et[u] filii Aram: Osceun[v], de quo Lidii, et Gaster[w], de quo Gasfini[x], et Mosoc[y], unde Massini[z]. Et Arfaxat genuit Salam[a], Salam genuit Heber, unde Hebrei. Et Heber nati sunt duo filii, Falet[b] et Deboc, unde ducitur[c] genus Abraham, et Tacten et Lectan[d]. Iectan autem genuit Helmo[e], de quo Indii, et Salef[f], de quo Bactriani, et Asarmoth, de quo Arabes priores, et Cyduran[g], de quo Kamei[h], et Derra, de quo Mardi, et Ezeh[i], de quo Arriani, et Declam[k], de quo Cydrusi, et Gebal, de quo Sciti prioris, et Abimelech[l], de quo Hyrcani, et Sabat, unde Arabi primi, et Eufer[m], de quo Armoenii, et Euvilat[n], unde genus[o] fuit[p] Helii, omnes Bactriani. Omnes autem[q] de tribu filiis Sem[r].

6.[a] Noe[b] sunt 72. Omnium autem filiorum[c] habitatio est a Bactris[d] usque Rinocoriris[e], quae dividit Syriam et Aegyptum et Rubrum mare ab ore Arsinoes[f], quae est Indiae. Haec sunt autem quae sunt factae ex his gentes: Hebrei, qui[g] Iudaei, Persae, Medi, Paenes[h], Arriani[i], Assirii, Indii, Magardi[k], Parti, Germani, Helimei, Cessei, Arabes primi, Cedrosiae, Scitae[l], Arabes ultra, sapientes qui dicuntur Gymnosofistae, nudi[m] sapientes. Habitatio autem[n] eorum usque Rinochorusa[o] et Cylicia. Qui autem eorum noverunt litteras hii sunt: Iudaei, Persae, Medi, Chaldaei, Indi, Assirii. Est autem habetatio eorum, id est filiorum Sem, in longum quidem ab India usque Rinochorura[p], lata autem a Persidae et[q] Bactris usque Indiam. Vocabula autem eorum[r] haec sunt: Persis, Bactrianae, Hyrcaniae, Babilonia, Cordulia[s], Assiria, Mesopotamia, Arabia vetus, Alimadas[t], India, Arabia eudemon, Coelesyria, Commagena

Cap. 5. 6. 1. 2*a*. 3*a*.

Cap. 5. a) has *add. L.* b) Tautameos *L.*; Ταυταμαίους *m.* c) *ita* 1; Libyae. qualypti 2*a*; Libie qualipti 3*a*; Lybyae, quae a Lepti *L.*; Λιβύη ἐτέρα ἀπὸ Λέπτιος *m.* d) *suppleas* usque, *quod m. recentior add.* 1. e) stillas 2*a*; stillans 3*a*; στηλῶν *m.* f) haec autem 2*a*. g) Lycaoniam *L.* h) Mysiam *L.* i) tiliam 3*a* (ti *ligatae litterae a simillimae sunt*). k) vecterem *corr.* veterom 1. l) Sardiniam *L.* m) *iam evanuit* 1 *(Pertz liquore chimico adhibito legit)*; filios *habet Monod*; *om.* 2*a*. 3*a*; inter *L.* n) os *recte L.*; τὸ στόμα *m.* o) VI. *in mg.* 1, *sed ex indice cap.* 6. *infra incipit.* p) Helam 2*a*. 3*a*. q) Elimei *corr.* Helimei 1, *et sic* 2*a*. 3*a*. r) Assyr 2*a*; Assur 3*a*; A. de quo *om. L.*, *habet Chronogr.*; Ἀσσοὺρ ἐξ οὗ Ἀσσύριοι *m.* s) Ludii *L.* t) *ita* 1; Cythes 2*a*; Etes *L.*; Iturei *Chronogr.*; Ἐαταὶ *Chr. Pasch.* u) *om.* 3*a*. v) Oscevi *L.*; Zebul *Chronogr.* w) Garter *(sed er expunct.) L.*; Γαθὲρ *m.* x) Gasfeni *L.*; Γασφηνοὶ *m.* y) Mosoch 2*a*; Macr 3*a*. z) Mossyni *L.* a) et *add. L.* b) Falech et Deboch 2*a*. 3*a*. c) dicitur 2*a*. d) Iactan *corr.* Iacctan 2*a*; Lactan 3*a*; Iecham *recte L.* e) *ita* 1. 2*a*; Helmodan 3*a*; Elmodab *L.*; Ἐλμωδὰδ *m.* f) Falech 2*a*; Saleph 3*a*. g) *ita Fred.*; Hiduram *Chronogr.*; Duran *L.*; Ἰδουρὰμ *m.* h) Camchi *L.* i) Ezei *L.*; Ἐζτὴλ *m.* k) Clam 2*a*; Glam 3*a*. l) Abimeel *L.* m) Eufer *corr.* Eufher 2*a*; Eophir 3*a*; Ufir *L.*; Οὐφεὶρ *m.* n) Evilath 2*a*. 3*a*. o) *ita perperam Fred.*; unde gemnos. ofutae. Hi *L.*; ἐξ οὗ Γυμνοσοφισταὶ *m.* p) *om.* 3*a*. q) hii *add.* 3*a*. r) S. *h. l. perperam add. Fred., qui verba* Noe sunt 72 *proximo capiti male tribuit*; filii *m. al. add.* 1.

Cap. 6. a) 7. *codd., correxi ex indice.* b) *haec ita habet* 3*a*: Omnium a. f. Noe habitationes sunt 72 a *cet.* c) Sem *h. l. om. Fred., sed cf. n.* r, *l.* 44. d) abacris *male L.* e) inocoriris *corr. m. al.* rinocoriris 1; inocchorriris 2*a*; rino choriris 3*a*. f) Arsin. *corr.* Asin. 1. g) et *add.* 3*a*. h) Poenes 2*a*; Penes 3*a*. i) Hircani *add. L.*; Ἀσσύριοι Ὑρκανοὶ *m.* k) Macardi *L.* l) Scitae *corr. m. al.* Scithae 1. m) nudi, *m. al. superscr.* me. 1. n) *om.* 2*a*. o) Rinocorura *L.* p) Rinochorusa 2*a*; Rinochorira 3*a*. q) a *add.* 3*a*. r) gentium *L.* s) Corbulia *L.*; Κορδυαία *m.* t) *ita* 1; Alamidas *corr.* 1. *m.* Alimidas 2*a*, *et sic* 3*a*; Alimalas *L.*; Ἐλυμαὶς *m.*

et Finicia[a], quae est filiorum Sem. Gentes autem quae linguas suas habent haec sunt: Hebrei, qui et Iudaei, Assirii, Chaldaei, Persae, Medi, Arabes, Madiani[b], Adiabeneci, Tadenici[c], Alamorsyni, Sarracleni[d], Magi, Caspii, Albani, Indi, Etiophis, Aegyptii, Labies, Cetthei[e], Cananei, Ferezei, Euci, Amorrei[f], Gergessei[g], Gebraei, Idomei, Samaritae, Foenices[h], Syri, Caelices[i] Tarsensis, Cappadoces, Armoenii, Hibeni[k], Librani[l], Scitae, Solchi[m], Sanni, Bosforani, Asiani, Hisauriensis[n], Lycaonis, Pysidae, Galatae, Paflagonis, Frigis, Achaia[o], Thessali, Macedonis, Traces[p], Misi, Bessi, Dardani, Sarmatae, Germani, Pannonii, Peones, Norici, Dalmatae, Romani, qui et Latini, Lygires, Galli, qui et Celtae, Aquitani, Bruttanni[q], Hispani, qui et Terreni[r], Mauri, Baccuates et Massennas, Getuli, Afri, qui et Barbaris, Machizei[s], Caramantes, qui et Marmaredae, qui usque Aethiopiam extendunt.

7.[a] Necessarium autem putavi, ut[b] inhabitationes gentium et cognominationes declarari[c]. Incipiam autem ab oriente. Persarum et Medorum inhabitatores Parti et vicinae gentes Pacis usque Siriam[d] Coele. Arabum inhabitatorum[e] Arabes eudemones, hoc enim nomine appellantur Arabia eudemones. Chaldeorum inhabitatores Mesopotamini. Madianensium inhabitatores Cynedocolpitae et Trocoditae et Ictiofagi. Grecorum[f] autem gentes vocabula quinque: Ionas, Arcades, Beoti, Aeoli, Lacones. Horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bitini, Troes, Asyani, Cari, Legii, Pamphyli, Cyrenei et insulae plures, id est Cyclades quidem 11[g], quae Mirti[g*] pelagum continent. Haec sunt autem nomina eorum[h]: Andrum, Tenuem[i], Theo, Naxus, Geos[k], Gyarus[l], Syfnus, Ranea[m], Cyrnos, Maraton. Sunt autem et aliae insules maiores 12, quae etiam civitatis[n] habent plurimas, quae dicuntur Hispotes[o], in quibus habitaverunt[p] Greci. Haec sunt autem nomina eorum: Euboea, Cretae, Sicylis, Cyprus, Cons[q], Samus, Chodus[r], Cyus, Tapsus[s], Lemnus, Lesbus, Samotraces. Est autem a Boetia[t] Eoboea[u], sicuti[v] ab[w] Ione Ionides civitates 16 haec: Ladiomena[x], Mitilenae, Focea, Pricnl, Erit, Samus, Theos, Colofon, Tius[y], Efisus, Zamirna, Perintus, Byzancium, Colcedon, Pontus et Amisos liber[z]. Romanorum, qui et Cithiensium, gentes et inhabitationes[a] haec sunt: Tuschi, Emeliensis, Picens, Campani, Apoliensis, Lucani. Aforum[b] gentes et inhabitatores[c] haec sunt: Lepdini, Cyti[d], Numidae, Nasomon, Hes[e], Sei.

8. Insulae autem haec sunt, quae habentes civitates: Sardinia, Corsica, Girda[a], quae et Benigga, Cercina, Galata. Maurorum autem gentes[b] inhabitationes haec sunt: Musulani, Tingitani, Caesariensis. Hispaniorum autem gentes et inhabitationis[c] haec sunt: Tyranni, et

Capp. 6—8. 1. 2*a*. 3*a*.

Cap. 6. a) Synicia *L.* b) Madiam *corr. m. al.* Madiani 1; Madian 2*a*. 3*a cum L.* c) *ita* 1; Adiabenecita . denici (aiabene . citadenici 3*a*) Alamorsini 2*a*. 3*a*; Taleni, Alamosenni *L.*; Ταϊανοί, Ἀλαμοσυνοί *m.* d) *ita* 1; Sarracini 3*a*; Saraceni *L.* e) Chettei *L.* f) *superscr. m.* 1, *sed iam fere evanuit* 1, *om.* 2*a*. g) Gergesei, Iebusaei *L.*; Γεργεσαῖοι, Ἰεβουσαῖοι *m.* h) Foemces 1. i) Cilicas *L.* k) *scribas* Hiberi. l) Libram 1. 2*a*; Liburani 3*a*; Βεβρανοί *m.* m) Colchi *probe L.*; Salchi *add.* 3*a*. n) Ἴσαυροι *m.* o) Achai *L.* p) Traces *ante* Frigis *habent* 2*a*. 3*a*. *Librarius aberravit, nam in* 1 Traces *praecedunt* Frigis, *sed proximam lineam tenent.* q) Bruttanni *corr. m. al.* Bryttanni 1; Brittani *L.* r) Tyrraeni *L.* s) barbari smachi. Zei 3*a*; Mazicei Gar. *L.*

Cap. 7. a) *ita distinxi indicem secutus, codices mss. intervallo nullo relicto pergunt.* b) et *recte L.* c) declarare 2*a*; declararem 3*a*. d) Siriam. coelearabum 1. e) inhabitatores *L.* f) Grecorum gentes. V. *L.*, *ubi* v. *deest*; προσηγορίαι *m.* g) X. 2*a cum L.*; ιά *m.* g*) *corr.* Myrti 1. h) earum *L.* i) Tenoem Teo *L.*; Τῆνος, Τίω *m.*; Theonaxus 2*a*. 3*a*. k) Κέως *m.* l) Delos *om. Fred.*; Delas *L.*, *ubi* Finus *pro* Σίφνος; 8. *om.* 3*a*. m) Renea *rectius L.* n) civ. — Hispotes *om.* 2*a* (*non* 3*a*). o) Spodes *L.*; *scribas* Sporades. p) inhabitaverunt Cręci *L.* q) Coos *L.* r) Rhodus Chyus *L.* s) Cynstapsus 2*a*; Cynstappus 3*a*. t) a Bo| a Boetia, *eras.* a Bo 1; Boeotia *L.* u) Eofea 2*a*. 3*a*. v) *om L.*; ὥσπερ *m.* w) iabione 2*a*; iabone 3*a*. x) hae Cladiomena *recte L.* y) Cius *L.* z) A. libera *L.* a) eorum *add.* 2*a*. b) Afrorum *L.* c) inhabitationes *recte L.* d) Cinti *L.* e) Nasamones *L.*; Νασαμῶνες *m.*; *superscr. m. al.* Hersei 1, *et ita* 2*a*; Hessei 3*a*; Saci *L.*; Sii *Anon. Scal.*

Cap. 8. a) Gyrda 2*a*; Gurda 3*a*. b) et *add. L.* c) habitationes 3*a*.

Turrenorum[a], qui et Terraconensis[b], Lysitani, Betici, Autriconi, Vascones, Gallici[c], qui et Astures. Insulae autem quae pertinent ad Spaniam Terraconensem tres sunt, qui et[d] appellantur Valliriacae[e]. Habent autem civitates quinque has: Eboso[f], Palmae, Pollentia, quae dicetur Maiorica, Thomenae[g], Magonae, quae appellatur[h] Minorica. Earum inhabitatores fuerunt Cananei fugientes a facie[i] Hiesu, fili Nave[1]; nam et a[k] Sidona qui condederunt et ipse Kananei Sidonii; et qui Pannia[l, 2] condederunt et ipsi Kananei. Gadis autem Iebussaei condiderunt[m], et ipse[n] similiter profugi. Gallorum autem Narbonensium[o] gentes et inhabitationes[3]: Amazobi, Greco-Sarmatae[p]. Et hos autem necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarum gentium vocabula et gentes et manifesta flumina ignorares.

9. Incipiam ergo dicere de gentibus ab oriente. Adiabenichi et Tadeni[a] contra Arabiam, Saraceni[b], Saraceni alii et[c] Adenus[d] contra Arabiam, Albani contra Figias[e] Caspias, Madianitae maiores, quod[f] expugnavit Moyses, inter Mesopotamiam et mare Rubrum; minor autem Madiam[g] est contra mare Rubrum iuxta Aegyptum, ubi regnavit Ragohel[h], socer Moysi, qui et Getthor[i]. Contra Cappadoces a parte dextera Armeni, Hiberi, Birranae[k], Scitae, Colchi, Bosforani, Sani, qui appellantur Sannices, usque Pontum extendentes, ubi est accessus Absarus et Sebastobolis[l] et Yssillime[m], quod est portus, et Pasius[n] flumen: usque Trapezonto[o] extenduntur haec gentes.

62. Iustinianus[2], priusquam temporibus Iustini imperatore regnum adsumerit, cum esset comex cartarum[a] et Bellesarius comex aestabolarius, erantque ab invicem nimia delictione amplexi, iurantes sibi, quantum cuiusquam ex his causa proficerit, pare sempiternam fidem servarit. Cum quadam die cum duas germanas[b] de lopanar electas ex genere Amazonas sibi cumcubito meridiae sub quasdam arboris in pomario senior Antonia cum Iustiniano discubuisset, Iustiniano sopore oppraesso, sol declinans capud eius incaluit. Veniens aquila divino noto, eodem dormiente, calorem solis extinsis alis obumbrabat. Quod cum, Antonia vigilante, fuisset repertum, sperans hoc signum, Iustinianus imperium adsumerit, expertum[c] a somno, dicens ei: 'Si imperatur effectus fueris, erit digna ancilla tua tibi concubito'. Et ille subridens, cum ei fuisset difficile hoc esse honore dignum, dixit ad eam: 'Si imperatur effectus fuero, tu mihi eris agusta'. Commutantis[d] ab invicem anolis, ait Iustinianus ad Bellesarium: 'Scias inter me et Antunia placuisse, si ego efficior imperatur, ipsa sit mihi agusta. Anolis commutantis hoc foedus inivimus'. Dixitque Antunia: 'Si soror mea tibi agusta, ego Bellesario matrona efficiar'. Dicensque Bellesarius divino[d*] noto: 'Si Antunia agusta efficitur, tu estratus mei matrimonium sociaris'. Idemque anolis commutandis abierunt. Nec multo post tempore Iustinus imperator bellum in Persis movit; quod cum Calcedona transisset, morbo perit. 527.
Consenso senato et militum elevatus est Iustinianus in regnum. Oppraesso rege Persarum, cum vinctum[e] tenerit, in cathedram quasi honorifice sedere iussit, quaerens ei civitatis et provincias rei publice restituendas; factisque, pactionis[f] vinculum firmarit. Et ille respondebat[g]: 'Non dabo'. Iustinianus dicebat: 'Daras'. Ob[h] hoc loco illo, ubi haec acta sunt, civetas nomen Daras fundata est iusso Iustiniano, quae[i] usque hodiernum diem hoc nomen nuncopatur[3]. Post receptas provincias et civitatis plurimas, quae

Capp. 60. 61. 1. 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*}. $c^{1.2}$. *Cap.* 62. 1. 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*}. c^2.

Cap. 60. a) xpianorum o. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. b) ut secum 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*}. $c^{1.2}$. c) *om.* 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*}. $c^{1.2}$. d) orationes $4a^*$; oracione $4b^{2*}$; orationibus $4c^{1.2}$. e) adflicti 2*a*. 3; afflicti $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. f) migrabant 2*a*. 3. $4b^{2*}$; migrarum $4c^2$. g) *sic* 2*a*. 3. $4c^2$; indignā vitā 1. h) digna 2*a*. i) *a* Cui *c.* 61. *incipit* 2*a*. 3. $4b^{2*}$.

Cap. 62. a) carta tarum 4*a*; castarim (?) $4a^*$; castrorum $4b^{2*}$; canturam *corr.* canturum $4c^2$. b) gesna *corr.* germanis 1; germanas 2*a*. 3. $4b^{2*}$. c^2. c) expertumque 2*a*. d) comutatisque ad i. $4b^{2*}$; Commutatos $4c^2$. d*) Bellesarius: Divino noto *si Monod (quod praeferrem G. W.).* e) iunctum 2*a*. f) pactionem 4*a*. a^*; paccionibus ut v. $4b^{2*}$; pactioni $4c^2$. g) responderet 2*a*. h) ab 3. i) qui 2*a*. 3. $4c^2$; *om.* $4b^{2*}$; u. in h. 2*a*. 3. $4b^{2*}$.

1) *Gregorio teste solus Vindemialis* ferebatur *mortuum suscitasse.* 2) *Has fabulas obscoenas unde Fredegarius sumpserit, nescimus. Insunt autem ea, quae cum rebus gestis conveniunt; cf. Papencordt l. l. p.* 390. 3) *Daras urbs a Iustiniano moenibus praesidiisque variis munita (cf. Procop. Pers. I,* 3. 10, *II,* 13, *de aedif. II,* 1—3, *III,* 5) *sita erat haud longe a Nisibi; v. d'Anville, 'L'Euphrate et le Tigre' p.* 53—55. *Anno* 507. *urbs ab Anastasio imperatore ampliata, Anastasiopolis vocata est; cf. Procop. Pers. I,* 20; *Evagr. Schol. III,* 37 *(Migne,*

a rege huiuscemodi ordine Iustinianus suae dicione adsumserat, omnibusque firmatis, permisit eum in Persas[a] regnum recipere. Revertens Iustinianus cum magno triumpho Constantinopole, sedem tenens imperiae, Antunia, sumtis secum quinque aureis, duos dedit hostiariis, permissa est introire palatio; tres dedit ad tenentis velum, ut sua causa permitteretur[b] suggerere, dicens ad Iustinianum: 'Clementissime imperator, iuvenis aliqui in hanc[c] civitatem dedit mihi anolum in sponsaliae arras et meum sibi accepit, promittens et sacramento[d] firmans, aliam non nuerit[e], sed me haberit uxorem. Dilatatur[f] haec causa. Quod iobis, piissime imperator, ut fiat?' Dixitque Iustinianus: 'Non liceat hanc promissionem, si facta est, mutare'. Tunc illa[g] porrigens anolum[h]: 'Dominus cognuscat, cuius fuisset anolus isti, et quis eum mihi dedit, tibi latere non potest[i]'. Cumque cognuscens Iustinianus anolum quem dederat, recordatus suae promissione, iobit eam cobicolum intromitti[k], vestisque induae splendedis[l]; suo aestratu in nomini agusti sociavit. Quod cum perlatum fuisset in populo, factione senatus vulgo clamitat: 'Domine emperator, redde muliere nostra'. Quod Iustinianus audiens, diligenter inquirens inicium factionis huius, duos ob hoc verbo[m] iubet[n] senatores interfeci[o]. Omnes quiaeverunt in posterum[p], ne quisquam audebat exinde verbo proferre. Accipit et Bellesarius Antoninam[q] uxorem[1]. Cum unico amore Iustinianus diligerit Bellesarium et eum patricium partibus Africae, quod a Wandalis non fuerat occupatum, instituisset eumque multis opibus adsiduae ditaret, quaerebat senatus ob invidia, quo pacto eum perdere potuessent, dicentes Iustinianum unianimiter, ingredientes segillate ad eum: 'Si Bellesarii consilium voluissemus subcumbere, iam olim ab imperio fueras degradatus. Ipse disponit[r], ut tibi succedat in regnum'. Quod ille audiens, tacite adversus Bellesarium zelum ducens, cum consilio senatu iobet, eum ab Africa Wandalus expugnare. Ibi viri fortissimi[s] et multi legionis militum a Wandalis saepe fuerant trucidati. Bellesarius habens pueros proprios 12 milia, quos propriis stipendiis alebat[t], viros[u] fortis ad[v] prilio, et de patriciatum 18 milia priliatores veros, qui procedebant ad bellum. His auditis, Bellesarius, cum arbitraret inpossebile Wandalos superare, grave[w] merore perterritus, ad propriam remeavit. Cumque eum Antunina[x] adflictum et merentem vidisset, et non potebat cognuscere, quae haec esset adflictio, sollicita per pueris, nec quisquam[y] ei hanc rem indicare potebat, dum omnibus illis esset incognetum, revertens ad ipsum, dixit: 'Domeni mi, quare merore depraemeris et more solito veniens de imperio non laeteris? Ne forte aliquid sit offendiculum. Indica mihi huius causae eventum, forsitam[z] ancilla tua inibit tibi consilium oportunum, ut revertatur maeror in laeticia'. Dixitque Bellesarius ad eam: 'Haec causa consiliare mulieribus non expedit, nec quicquam est tecum in hanc rem utile[a]'. Illa vero cum esset christiana, narrans virum:

Cap. 62. 1. 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*}. c^3.

Cap. 62. a) Persia $4b^{3*}$; gressas $4c^3$. b) permittetur 3. c) hac 2*a*. $4b^{3*}$. c^3. d) f. sacramentum 2*a*. e) noverit 2*a*. 3 *(ubi corr.* nuberet*)*. $4a^*$; accepturum *corr.* accepturam $4b^{3*}$; nubere $4c^3$. f) dilatur $4b^{3*}$; dilatetur $4c^3$. g) *om.* 2*a*. 3. $4b^{3*}$. c^3. h) ait *add.* 3. i) *ita* 2*a*. 3. $4a^*$. c^3; pot . . . *pr. m.*, poterit *vel* potest *sec. m.* 1. k) introire 2*a*. l) splendidissimas 2*a* *(e corr.* splendissimas*)*. 3 *(e corr.* splendidissimęs*)*. $4a^*$. c^3. m) v. i. *om.* 2*a*; i. *om.* 3. n) *om.* $4b^{3*}$. c^3. o) interfecit 2*a*. 3. $4b^{3*}$. c^3. p) postremum nec 3. q) Antoniam 3. $4c^3$. r) *desinit* $4z^1$. s) fortissimi *corr.* fortissime 1. t) *ita* 1. $4b^{3*}$; habebant 2*a*. 3; habebat $4a^*$. c^3. u) ::uiros 1; et v. $4b^{3*}$. c^3. v) ab 3. w) gravem errore 1. x) Antonia, *ut infra* 3. $4c^3$. y) quicquam 2*a*. z) *sic* 3. $4b^{3*}$; fort:m *pr. m.*, forte *sec. m.* 1; forsitan 2*a*. $4c^3$; *cf. supra p.* 81, *l.* 11. a) utle (?) *corr.* utile 1.

Patr. Gr. LXXXVI, p. 2676*). Is hanc nominis etymologiam protulit:* Λέγεται δὲ πρός τινων Δάρας τὸ χωρίον προσηγορίαν λαχεῖν, διότι Δαρεῖον αὐτόθι κατηγωνίσατο παντάπασιν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ὁ Φιλίππου. *De veriloquio Fredegariano v. Schuchardt, 'Der Vokalismus des Vulgärlateins' II, p.* 511. 1) *Antonina* (Antunia *perperam p.* 85, *l.* 25) *uxor Belisarii erat, at coniugi Iustiniani nomen Theodorae fuisse notissimum est, quae re vera ex lupanari*

'Scriptum est: *Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem*. Indeca mihi, quae sit ista condicio. Credo de omnipotentis Dei virtute, ut detur tibi consilius divina inspiratione, ut possis dies malos evadere'. Bellesarius haec audiens, narrat uxori decreto imperatoris, contra Wandalis iret ad bellum. Dixitque Antunina ad eum: 'Vovi, tae deinceps baptizatum[a] Christum dominum, Trinitatem inseparabilem credi fideliter; scias: illius virtutem et solatium Wandalus superabis, et eris ob hoc gloriosior[b], quam fuisses'. Quod Bellesarius devotissime se impleturum promittens, dixit ad eum Antonina: 'Duodece milia pueros, quos proprios habemus[c], adhibe tecum 4 milia; et decem et octo[d] patriciatus tui pugnatores, adhibe tecum 12 milia. Ibis[e] cum eis terrenum exercitum, et ego de pueris 8 milia et ex militibus 6 milia vadam[f] evicto navale. Statuta diae pariter undique circumdemus castra Wandalorum; divino protecti auxilio, superavimus eos. Domine mi, si huius[g] fueris usus consilium ancillae tuae[h], providentia Dei optata perficies[i]. Qui nobiscum in domo sunt, non te cognuscant merentem; quid corde retenens, hilari vulto significa. Cum tu terreno et ego mare iter arripemus[1], signum daturi invicem[k], noctis tempore focos tui in litore faciant, et nos lucernas in naves erigemus ut aeque[l] sit eventus noster. Nec oportet quemquam urguere, sed pariter phalangis uterque circumdemus inimicis'. Cum fuisset consilius huius rei Antuninae utelis, uterque sic properant. Wandali cum Ghyldemere eorum principe, cumperto exercito terreno, navali prilio paenitus ignorantis, castra metantes super litore maris, congregatis[m] liberis et mulieribus, contra Bellesario procedunt ad bellum. Cum iam prope conflictum adessent certamine, Antunina[n] cum suis exivit in litore, omnesque liberos et mulieres Wandalorum delivit, nec animal quicquam ex illis vivere permisit. Nuncius velocissime ad Ghyldemere pervenit, uxores et liberos Wandalorum fuisse delitis. Ghyldemer et Wandali, destructa phalanga priliae, retrorsum[o] curso veloci pergunt ad castris. Tunc Bellesarius et Antunina undique circumdatis Wandalis trucedant, et usque ad internitionem deliti sunt. Ghyldemer rex cum paucis duodecem tantum Wandalis in quodam castro tutissimo fugiens, nec tamen liberatos[p]. Coartatus angustians[q] Ghyldemer petebat Bellesario, tantummodo non legato eum imper. praesentaret[r]. Bellesarius promittens, nec ferri[s] nec ligni neque corridiae nec aeris legamini non constringeretur[t], Ghyldemer credens, a Bellesario captus est, regale tamen legamen[u] catena argentea eum constrigit, sociusque suos interfecit, illum tantum singulum Iustiniano praesentavit; quem Iustinianus in palatio habitare iussit suo. Sed a suis exputus, a diversis opprobriis oppraemebatur graviter, petensque imperatore: 'Non possum tantis oppropriis sustenire; exputum me et repinctum habitatores palatii tui oppraemunt. Melius[v] mihi est mori quam vivere. Si iubebas[w], qui me expuunt et oppraemunt, duodecim ex his[x], ego singulos cum aequum quem habui ante conspectum gloriae tuae armati accederemus ad prilium; cognuscebas, cui ex nobis sit utelitas an ignavia'. Quod Iustinianus pro

1 Cor 7,11.

Cap. 62. 1. 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*}. c^3.

Cap. 62. a) baptizandum et C. d. et T. $4b^{2*}$; baptizaturum Christo et Domini T. $4c^3$. b) gloriosus 2*a*. c) de illis *sec. m. in litura scr.* 3. d) milia *add.* 2*a*; 11 mil 3. e) et ibis 2*a*; in ibis, *sed* in *sec. m. in litura scr.* 3. f) vado 2*a*. 3. $4b^{2*}$; Vodo $4c^3$. g) huius (his $4a^*$; usus $4b^{2*}$. c^3) fueris, *om.* usus 2*a*. *b*. 3. $4a^*$. b^{2*}. c^3. h) per *add.* 2*a*. *b*. i) perficiens 2*a*. 3. k) in invicem 3. l) aque *corr. sec. m.* eque 1; ut ea quae (ut aequae $4c^3$) sit 2*a*. 3. $4a^*$. c^3; causa singnificandi adventus $4b^{2*}$. m) *om.* $4a^*$. b^{2*}. c^3. n) Antuninia *corr.* Antunina 1. o) et rursum 3. p) liberatur $4a^*$. c^3; liberatus est $4b^{2*}$. q) angustiis $4b^{2*}$. c^3. r) presentare 2*a*. 3. $4c^3$; se presentari $4b^{2*}$. s) ferro n. ligno n. corrigiae (corrigia *e corr.* 3) 2*a*. 3. $4c^3$. t) constringitur 3. u) legam *corr. sec. m.* legamen 1 *et sic* 3. $4a^*$; ligamen 2*a*. $4c^3$; ligamine hoc est c. $4b^{2*}$. v) o. me. Melius e. m. 2*a*. 3. $4a^*$. b^{2*} (*ubi* o. me *desunt*). $4c^3$. w) iubeas 3. $4b^{2*}$. c^3; iubes $4a^*$. x) et *add. libri praeter* 1.

accita erat. Neque Antonina moribus aut genere praestabat; cf. Procop. Anecdot. c. 1; Isambert, 'Hist. de Iustinien' p. 264. 1) *In Carthagine expugnanda exercitum pedestrem classem secutam esse constat.*

spectaculum[a] 12 iuvenis huius prilii Ghyldemer cum aequites iussit confligi. Ghyldemer vero cum contra eos adgreditur, fuga fingens, hos 12 singillatim totus interfecit. Post haec iusso Iustiniani Ghyldemer eunnucus fietur[b. 1] et in provincias contra Persas vicinas patricius ordenatur, et multa prilia et victurias contra Persos aegit. Senatus adversus Bellesarium dinuo invidia sectantis, cum Iustinianum eum faciunt odiosum, quod ille victuriam super Wandalis elatus, imperio vellet arrepere. De patriciati honorem degradatur, cum non potuissent perficere, ut interficeretur. Iustinianum ab honore imperiae dignitate conantis eiecere factionem, quadam die Iustinianum hortantes, ut circum expectaret et consolatum[2] populi daret; electum quaedam nomen Florianum volentes imperio sublimare. Iustinianum custudia singulum retenentes, eiusque coronam abstulta, Iustinianus mittens puerum[c] ad Bellesarium, ut ei adiuvaret. Illi[d] dicens: 'Sublimatus honoribus quod habui fuissem, poteram adiuvare; modo nihil ei posso praestare[e] adiuturium'. Ordenans suis pueris circum adpraehendere, ubi cathedra imperiae Floriani parabatur. Ipse illis partibus adoraturum se Florianum fingens, praecedit[f], dicensque pueris[g]: 'Omnes inimicos meos circuęto cathedram imperatori video; quodcumque me inientem videritis, et vos sitis facturi'. Illi fingens[h] Florianum adorare, gladium percussit[i], omnesque inimicos suos[k] suae circumdantes pueri interficerunt. Coronam imperiae captam, ad Iustinianum veniens, dixit: 'Adulatores tui te ab honorem imperiae degradati sunt; ipsorum consilium usus, consensus es humilitatem meam. Ego vero tibi reddam bona pro malis, et non fidem tuam tractans, sed meam meminens promissionem, fidemque servans inlibatam'. Inposuit coronam capitis Iustiniani eumque in[l] imperio constituit. Bellesarius multa prilia cum Persis agens, eos gloriosissime vicit. A Buccelenum[m] quidam Franco in Aetalia superatus[3] est: tantae victuriae nomenis gloriosus a Bucceleno victus, nomen vitamque admisit[n].

PRAEFACIO GREGORII[a].

Greg. H. Fr. Praef.

Decedente[b] atquae immo potius pereunti ab urbibus Gallicanis liberalium cultura litterarum, cum nonnulliae res[c] gererentur[d] vel rectae vel inprobe, ac feretas gentium desaeviret[e], regum furor acuaeretur, aeclisiae inpugnarentur ab hereticis, a catholicis tegerentur, ferveret[f]

Cap. 62. 1. 2a. 3. $4a^{*}$. b^{2*}. c^{3}. *Praef.* 1. 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Cap. 62. a) pro (per $4c^{3}$) expectaculum 2a. 3. $4c^{3}$; ex spectaculo $4a^{*}$. b) *ita* 1. 3 *(e corr.)*; fieretur 2a; fiet $4a^{*}$; fit $4b^{2*}$; efficitur $4c^{3}$. c) *desinit* $4z^{5}$. d) et ille d. 2a. $4b^{2*}$. c^{3}; respondens ille d. 3. e) a. p. 2a. 3. $4a^{*}$. b^{2*}. c^{3}. f) procedit 2a. 3. $4b^{2*}$. c^{3}. g) suis *add.* 2a. $4a^{*}$. b^{2*}. c^{3}. h) se *add.* 2a. 3. $4a^{*}$. b^{2*}. c^{3}. i) percussit eum 2a; eum p. 3. $4a^{*}$. b^{2*}. c^{3}. k) suae, *om.* suos 2a; suos sui 3. $4a^{*}$. c^{3}; suos, *om.* suae $4b^{2*}$. l) *om.* 3. m) ab Uccelenum 1, *ut infra;* A Bucciloeno 2a; Ab ::celino 3 (*infra* abuccelino); ab ucellino $4a^{*}$; Abucilino $4b^{2*}$; Ab ucillino $4c^{1}$ (*infra* abucillo); Abucillino, *ut infra* $4c^{3}$. n) *desinunt* $4a^{*}$ *(in f.* 155, *f.* 155'. *vacuo relicto; f.* 156. *sequuntur:* Dionysii opera ex interpretatione Sarraceni*) atque* $4z^{4}$. — EXPLICIT LIBER TERTIUS *add.* 2a; EXPLICIT LIBER CHRONICE .III. 3; EXPLICIT LIBER 4a. $b^{1.2}$; EXPLICIT LIBER IERO. PRIMUS $4b^{2*}$; EXPL̄ LIB̄ I $4c^{1}$; EXPLICIT LIB̄ .II. $4c^{3}$. — *In* 3 *sequitur:* INCIPIT LIBER QUINTI IULI HELARIANI DE CURSU TEMPORUM — EXPLICIT LIBER QUINTI IULI HELARIANI *editus apud Migne, Patrolog. Lat. tom. XIII, quem 3b post Gregorium transposuit, codices 4 generis pro libro primo habent, Hippolyti libro generationis, ut supra p.* 18. *monuimus, omisso.*

Praef. a) INCIPIT PRAEFATIO (PREFATI 4a) GRECA (GREGA $4b^{1}$) 2a. 4a. $b^{1.2}$. $c^{1.2}$; INCIPIT PRAEFACIO GRECA LIBRI :IIII:: 3; Incipit prefacio in librum secunde cronico $4b^{2*}$. b) Decedant eo 2a. 4a; Decedante: 3. c) nonnulli (nonnulla 2a) aeres 1. 2a. 3. $4b^{2*}$. d) geruntur 2a. $4b^{2*}$. c^{3}; gereruntur 3. e) deserviret 2a. f) fervet 3.

1) *Gelimer captus neque eunuchus neque patricius factus, sed in Galatia provincia fundis donatus est; cf. Isambert l. l. p.* 491. 2) *'Consulatum dare est missilia spargere, quod consules facere solebant, cum magistratum adibant', Forcellini ed. de Vit II, p.* 432. 3) *Cf. Greg. III,* 32, *infra lib. III, c.* 50.

Christi fides[a] in plurimis, tepisceret in nonnullis, ipsae[a*] quoquae aeclisias vel ditarentur a devotis vel nudarentur a perfedis, nec repperire possit quisquam peritus dealectica in arte gramaticos, qui haec aut stilo prosaico aut metrico depingerit verso: ingemiscebant saepius clerique[b], dicentes: 'Vae diebus nostris, quia periet studium litterarum a nobis, nec reppericretur[c] in populis, qui[d] gesta praesentia promulgare possit in paginis'. Ista etenim atque et his similia iugiter intuens dici, pro commemoracione[e] meritorum[f], ut noticiam adtengerent venientum[g], etsi incultu effatu[h], neque[i] tamen obtigere vel certamina flagiciosorum[k], rectae viventium; et praesentem[l] his inlicitus stimulis, quod a nostris fari plerumque miratus sum, quia: 'Phylosophantem rethorem intellegunt pauci, loquentem rusticum multi[m]'. Libuit etiam animo[n], ut pro supputatione annorum ab ipso mundi principium libri primi poneretur[o] inicium[p]. Greg. H. Fr. Praef.

INCIPIT CAPETOLARES LIBRI QUARTI[1], QUOD EST SCARPSUM DE CRONICA GREGORII EPISCOPI TORONACI. IN CHRISTI NOMINE FIAT[a].

Praef. *Index.* 1. 2*a*. 3. 4*a*. b^{2*}. $c^{1.2}$.

Praef. a) fideles in plimis 2*a*. a*) ipsaae 1. b) clericique 2*a*; clerici $4b^{2*}$; clericive $4c^{1}$; clri vę $4c^{2}$; plerique *Greg.* c) repperietur 2*a*; repperi::tur 3; rep(p)eritur $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. d) qu(a)e 2*a*. 3. e) commeratione 2*a*. f) praeteritorum *Greg.* g) venientes 2*a*. h) effectu 3. i) nequivi *Greg.* k) flagiciorum suorum 2*a*: vel vitam *om. Fred. cum codd. B Greg.* l) presedentem 3; praesidentem $4c^{1.2}$; praesertim *Greg.* m) multis 2*a*. n) anim 1. 2*a*. 3; animi $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. o) ponetur 3; liberi ponetur (*sed* poneretur $4c^{2}$) l. primi $4b^{1.2.2*}$. $c^{1.2}$. p) *una pagina vacat* 1; EXPLICIT PROLOGUS *add.* 2*a*; EXPLICIT PREFATIO LIBER 4*a*; EXPLICIT PREFATIO D̅O̅ GRATIAS AMEN $4b^{1.2}$; EXPLICIT PREFACIO $4b^{2*}$; EXP̅L̅ PF $4c^{1}$; EXPL̅T P̅F̅ $4c^{2}$.

Index. a) INCIPIUNT CAPITULA LIBRI (QUOD EST *add.* 2*b*) · IIII · EXCARPS DE CRONICA GRECUM EPISCOPIS TORONACI 2*a*. *b*; INCIPIUNT CAPITULA LIBRI *(desinit prior pars Leidensis, incipit altera in bibliotheca Vaticana iam asservata)* QUARTI, QUOD EST EXCARPSUM DE CRONICA GREGUM EP̅S̅ THORONACHI 3; INCIPIUNT CAPITULA LIBRI, QUOD EST EXCARSUM DE CHRONICA GRECUM EP̅I̅S̅ THORONACI (THORONACIS $4b^{1.2}$) 4*a*. $b^{1.2}$; INCIPIUNT CAPITULA $4b^{2*}$; INCIPIUNT CAPITULA LIBRI, QUOD EST EXCAR̅P̅ (EXCAR̅P̅S̅ $4c^{2}$) DE CHRONICIS GRECUM EP̅I̅S̅ THORONACIS (TORONACIS $4c^{2}$) $4c^{1.2}$. b) Treveriae 3. c) p̧ Lucium 1; p̄lg 2*a*; per Locum 3; per Lucum $4b^{2*}$. d) com̅i 1. e) divino 3. f) Viuiomado 3.

1) *Cum Hieronymum Idaciumque Fredegarius in unum librum coegerit, hunc nullo modo quartum librum esse posse, manifestum est. Sin autem Isidori chronicon Claromontano codici adnexum h. l. ut tertium librum inserueris, ultimus quintus designandus esset, cum in indice* quartus, *post prologum* chronica sexta *dicta sit. Titulos igitur minime inter se conciliandos esse, nemo est qui non videat. Sed mendum sine dubio vetustissimum tollere nolui.*

13. De Eorico rigi Gotorum et baselica[a] sancti Iuliani[b].
14. De Idicium aelemosina tribuente.
15. De inicium rigni Chlodoviae[c] et Syagrium patricium.
16. De Chlodoveum[d] et sanctum Remidium episcopum[e] urbis Reminsis.
17. De Gundiocum regem Burgundionum et filies eius.
18. De Chlodoveo rigi et Chrodehilde riginam et Auriliano, qui follem perdedit.
19. De Aridio[f] sapiente et eius consilio.
20. De coniuncione Chrodechilde et Chlodoveo.
21. De initium christianetates Chlodoviae et beatum Remedium, qui eum baptizavit.
22. De Godeghisilum et Gundobadum[g] et Chlodoveum[h].
23.[i] De consilium Aridi[i*] sapientis, Gundebadum et Chlodoveum regis.
24. De Alarico regi Gotorum et Chlodoveo.
25. De interitum Chloderico, filium Sygiberti regis.
26. De interitum Charirico[k] rigi.
27. De interetum Ragnachari[l] reg.
28. De interetum Chlodoveae reg.
29. De divisionem regni inter filiis[m] quattuor Chlodoviae[n] rege[o].
30. De Amalrico[p], filium Alarici[q] reg.
31. De Alanis[r], qualiter in regno Francorum interfecti sunt.
32. De regis Toringorum, et Toringia dicione Francorum subgicitur[s].
33. De Gundobadum et filium eius[t] Sigismundum.
34. De transetum Sigismundi[u].
35. De obetum Chlodomere.
36. Quod[v] rignum Burgundiae dicione[w] Francorum subgicitur.
37. De pacem falsam inter Childeberto et Theuderico.
38. De Chrodechilde[x] regina et nepotebus suis[y], qui a[z] Chlothario sunt interfecti.
39. De obetum Theuderici.
40. De Childebertum et Theudebertum contra[a] Chlothario agentes.
41. De Childebertum et Chlotharium in Spaniam[b] exercitum adgressis.
42. De Theuthachadum[c] regem Spaniae interfectum.
43. De uxorem et filia Theuderici regi[d] Italiae interfectis et conpositione.
44. De Theudebertum in Aetalia ingressum et Aethaliam receptam.
45. De Virduninsis[e] a Theudeberto recoperatis.
46. De mortem Chlodechilde riginae.
47. De Agylianem regem Spaniae.
48. De Atagildum[f] regem Spaniae.
49. De Theudebaldum, filium Theudeberti.
50. De Buccelenum[g] ducem, Belesarium[h] et Narsaedem patricies.

Index. 1. 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Index. a) ecclesia 2a. b) martiris (martyria $4c^{2}$) *add.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. c) Choldoviae 3. d) Chodoveum 3. e) *om.* 3. $4b^{2*}$; *post* u. R. *add.* $4c^{1.2}$. f) Aurii 3. g) Gundebad. 2a. 3, *ut infra*, $4c^{1}$ (*infra* Gundbado). c^{2}; Gebado $4b^{2*}$ (*infra* Gundebado). h) Cho 2a; regem *add.* 3. $4c^{1.2}$. i) *titulum pr. m. in marg. suppl.* 2a. i*) Aridis *Monod.* k) Chererico 2a; Charerico $4b^{2*}$; Charrico $4c^{1.2}$. l) Ragneharii 2a. m) q. f. 2a. n) Choloveo 3. o) rege *corr.* regis 1. p) Amallicho 3. q) &larici 3. r) Alamannis $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; *scribe* Danis. s) subiecta 3. t) *om.* 2a. u) regis *add.* 2a. v) De eo quod 2a; De quod 3. w) *om.* 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. x) Chrochilde 3. y) *om.* 3. z) *sec. (?) m. add.* 1. a) *bis scriptum* 1. b) *ita* 2a; Spanicim 1; Spania cum 3 (*ubi c. suppl.*). $4c^{2}$; Hispaniam cum $4b^{2*}$. c) Theoda *infra c.* 42. d) regi *corr.* regis 1. e) Virdunis 3. f) Atagildum *postea corr.* Atanagild. 1; Athagildum 2a; Athanagyllum 3; Athanagild. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. g) Buccelino $4b^{2*}$; Bucillino $4c^{1.2}$. h) Belsar. 2a. $4b^{2*}$; et Belsar. $4c^{1.2}$.

51.[a] De regnum Chlotharii et pugna cum Saxonibus.
52. De Childebertum et Chramnum[b], filium[c] Chlotharii.
53. De mortem[d] Childeberti.
54. De exilio Waldetrade[e], relicta Childeberti, et interitum Chramni[f].
55. De obetum[g] Chlothariae et divisionem regni inter filius eius 4.
56. De Gunthechramnum[h] et reginam Marchytrudae[i] et ancilla Bobilanae[k].
57. De Sigybertum[l] et Brunichilde regina.
58. De Chrodinum[m] ducem et bonitatem eius.
59. De Gogonem effectum maiorem[n] domus.
60. De Chilpericum, quod Gailesindam[o], sororem Brunichilde[p], accepit.
61. De Chunis et Sigybertum regem.
62. De Arvernis[q] et Celso patricio.
63. De Athanagildo[r], Leuvanae[s] et Leuvildo[t] regibus Spaniae.
64. De obitum Iustiniani et imperium Iustini.
65. De Langobardorum gente et eorum[u] origine[v] et nomine[w].
66. De obitum Alboenum[x] regis Italiae.
67. De Langobardis in Francia prorumpentibus.
68. De Mummolo patricio et Langobardis vel Saxonebus.
69. De Chlodoveum, filium Chilperici[y].
70. Quod[z] Chilpericus civitates de rignum Sigiberti pervasit.
71. De interetum Sigyberti et pacem Gunthaechramni.
72. De exilio Brunichilde et rignum Childeberti.
73. De reppotacionem[a] annorum ab Adam usque transitum Sigyberti.
74. De Meroveum[b], filium Chilperici, et Brunichilde.
75. De Chlodovium, filium Chilperici, et pugnam Mummoli patricii et Desideriae ducis[c].
76. De pugnam inter Suaevos et Saxones.
77. De comete Brittanorum.
78. De Guntharamnum et Childebertum adoptatum in[d] filium.
79. De Iustiniani[1] imperatoris amentiam et uxorem eius Suffiam.
80. De tinsuro[e] Narsedis patricium.
81. De largissimis aelemosenis Tiberiae imperatoris et Subfia[f] agusta.
82. De rigimini Childeberti et inundacionem aquarum et igne de caelo, civitati et vicis urentem[g].

Index. 1 *(a c. 68; cf. n. a).* 2a. 3. 4b^{2*}. $c^{1.2}$.

Index. a) *folio uno exciso, index capp.* 51–67. *periit* 1. b) Hramnum 2*a*. c) *ita* 2*a*. 4$c^{1.2}$; filio Chlotarii (Chlothario 3) 3. 4b^{2*}. d) morte 2*a*. e) *ita infra c.* 54; Waldetrude 2*a*; Walderad(a)e 3 (?). 4b^{2*}. $c^{1.2}$. f) *om.* 2*a*. g) *ita* 3*;* obitu 2*a*. h) *ita scripsi, cf. infra tit.* 71*:* Gunthaechramni; Gunthethramnum 3. i) *ita* 3*;* Machetrudae 2*a (infra* Marcytrudis *vel* Marcitrudis *appellatur);* Martitrude 4b^{2*}; Marchitrude 4c^{1} *(ubi chi e corr.).* c^{2}. k) *ita* 3; Babyloñ 2*a*. l) Segebertum *corr.* Sygeb. 2*a*; Sygiberto 3. m) *ita infra c.* 58; Hrodinum 2*a*; Rodinum 3. 4$c^{1.2}$; Rodino 4b^{2*}. n) maior est d. 3. o) *ita* 3. 4b^{2*}; Galdsindam 2*a*; Gaylesindam 4c^{1}; Galesindam 4c^{2}; *infra c.* 60. Gachylisinda, Gachylosoinda, Gachyloisinda *appellatur*; Galsuenda, Gailesuinda *Greg.* p) *ita* 4$c^{1.2}$. q) Avernis 3. r) Athanagyldo 3. s) Levanae 3. 4b^{2*}; Levane 4$c^{1.2}$. t) Leville 4b^{2*}; Leuvilde 4$c^{1.2}$. u) *om.* 2*a*. v) origini 3. w) *ita* 2*a*; nomen 3. 4$c^{1.2}$ *(infra tit.* 83. 87. nomñ 1 *scripsit).* x) Alboini 3 (?). 4c^{2}. y) Chliperici 1, *postea corr.* z) De eo quod 2*a*. a) reppotacionem *postea corr.* suppotacione 1; supputatione 2*a*; repotationem 3; reputacione 4b^{2*}; supputationem 4c^{1}; subputationem 4c^{2}. b) Mereveum 2*a*; Moroveum 3. c) *om.* 2*a*. d) *pr. (?) m. suppl.* 1. e) tonsuro *corr.* tonsura 4b^{2*}; cinsurio 4$c^{1.2}$. f) Suffiam agustam 2*a*; Suffa a. 3; Suffiã a. 4c^{1}; Sufficia a. 4c^{2}. g) cirento 3.

1) *De Iustino agitur.*

Greg. H. Fr. II, 2. 1. Cumque Wandali praeterissent a Galliis, nec multo post tempore Ib. II, 5. Chuni[a] Gallias ingredi disponebant. Quod cum beatus Arvatius[b] episcopus Thungrorum[c] civetatis audisset, Romam pergit ad limina sancti Petri apostoli; ibique cottidianum[d] ieiunium et vigilias adsiduae faciens, in visione somnii ab apostulo responsum accipiens, decretum ab Altissimo, Chunus ingredi Gallias; protenus ad civitatem suam rediret: precidens[e] eius oboetus[f], hoc malum non videret[g]. Aecium patricium huius chronici[3] gesta laudatur. Ib. 8. Virilis habitu[h] formatus, animo alacer, membris vegitus, aequis[i] prumptissimus, sagittarum peritus, conti impiger, bellis aptissimus, pacis aptatur[k] caelebris, nullius[l] avariciae sectatur, bonis animae praeditus, iniuriarum pacientissimus, labores adpetens, inpavidus pericolorum, famis, sitis, vigiliarum tolorantissimus. Cui ineunte aetate praedictum liquet, quanti potentiae fatis[m] destinarentur, temporibus suis lucisque[n] caelebrandus. Haec superdictus[o] storiographus[4] de Aiecio narrat. Cum inisset certamen cum Chunis, que gessit, Ydatius suae Ib. 7. storiae huius volumine narrat[5]. Nam his diebus orationem uxoris suae, ad limina beatissimorum apostulorum[p] Petri et Pauli ieiuniis et vigiliis discurrentem, intercedentibus apostulis, Aiecius[q] a periculis liberatur. Revelatum[r] cuiusdam pauperi, nuntiantem, uxoris Aieciae orationibus fuisse[s] salvatum. Quod cum a pauperi[t] proditum fuisset, pauper caecitate percutitur.

Index. *Cap.* 1. 1. 2a. 3. 4b2*, c1. 2.

Index. a) nomī 1. b) *ita, ut videtur,* 1; Ermengyldo 3. c) filiis *et* tres *om.* 4c1. 2 *(non 4b2*).* d) falsae 2a. 3. 4c1. 2. e) De eo quod 2a. f) Parius 2a. g) Aeternoacum 2a; Eterniaco 3; Eterno a quo 4b2*; Ch. et quod in Camaraco f. (confugiit 4c2) 4c1. 2. h) filium suum 2a. i) Hispaniam *pro* i. 8. 3. k) EXPLICIUNT CAPITULA. INCIPIT LIBER ·IIII· (TERTIUS 4c2) *add.* 2a. 4c2; EXPLICIUNT (EXPLICIT 3. 4b1. 2) CAPITULA . INCIPIT LIBER *add.* 3. 4b1. 2, c1; EXPLICIUNT CAPITULA *add.* 4a; Incipit liber *m. recentior in marg. notavit* 4b1*.

Cap. 1. a) Chum *postea corr.* Chuni 1. b) Arucius 2a; Servacius 4b1*; Arvacius 4c1. c) Theugrogorum, *exp. prius* u 2a; Tungrorum 4b2*; Theuchrorum 4c1. 2. d) *prius* t *e corr.* 1. e) praedicens 3. 4b1*. c2. f) obitum et hoc 4b1*. c2. g) viderit 3. h) habitudinis, decenter formatus *Greg.* i) *i. e.* eques. k) artibus *Greg.* l) nullus *corr.* nullius 1. m) *ita* 1 *cum Greg.;* factis *rell.* n) *i. e.* locisque. o) supradictus 2a. 4b1*. c2. p) apostl 1. q) *om.* 2a. r) Revelatumque est c. 2a; R. est c. 4b1*. c2. s) fuisset 2a. t) a pauperibus 3.

1) Ingundis *filia Sigiberti appellabatur. Fredegarius idem mendum infra c.* 82. *commisit, ex verbis Gregorii* Sed Ingundis (Egundis *B* 1, 2) *nomen quoddam* Sedegundem *formans.* 2) in Camaracinsim cum thinsauris — — est adgressus *infra c.* 91. 3) *Scil. Gregorii.* 4) *Renatus Profuturus Frigiredus, ex quo Gregorius haec hausit.* 5) *Scilicet supra II,* 53; *cf. 'N. Archiv' VII, p.* 439.

2.[a] De Francorum vero regibus beatus Hieronimus[1], qui iam olym fuerant, scripsit, quod prius Virgilii[b] poetae[2] narrat storia: Priamum[c] primum habuisse regi; cum[d] Troia fraude[e] Olexe caperetur, exinde fuissent egressi; postea Frigam habuissent regem[d]; befaria[f] divisione partem eorum[g] Macedonia fuisse adgressa; alii cum Friga vocati Frigiis[h], Asiam pervacantes, litoris Danuvii fluminis et mare Ocianum consedisse; dinuo byfaria devisione Eurupam media ex ipsis pars cum Francionem eorum rege ingressa fuisse. Eurupam pervagantis, cum uxoris et liberis Reni ripam occupant, nec procul a Reno civitatem ad instar Trogiae nominis aedificare conati sunt[3]. Ceptum quidem, sed inperfectum opus remansit. Residua eorum pars, que super litore Danuvii remanserat, elictum a se Torcoth[i] nomen regem, per quem ibique[k] vocati sunt Turchi[l]; et per Francionem[m] hii alii vocati sunt Franci. Multis post temporibus cum ducibus externas dominationis semper negantes Greg. II, 9. Fred. II, 4—6.

3. Francos transegisse conperimus usque ad Marcomere, Sonnoni[a] et Genebaudum ducibus. Cum quibus temporibus imperatoris Theodosiae[4] in Germania[b] prorumpentes, pagus[c] depopulantes, etiam Coloniae metum incusserunt. Quod cum Treverus perlatum fuisset, Nanninus[d] et Quintinus magisteri militum, collecto exercito, Francos de Germania eiexerunt[e]. Apud Carbonariam de Francis stragies fietur. Post Eraclio et Ioviano[f, 5] cum exercito ultra Renum transeuntis, disponentis Francos ad internicionem perducere[g], tantae stragies ex militibus a Francis factae Greg. II, 9.

Capp. 2. 3. 1. 2*a*. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Cap. 2. a) *m. sec. add., et sic deinceps* 1. b) Virgiliai 3. c) Primiamum 3. d) c. T. — F. h. r. *om.* $4b^{2*}$, *eadem m. in ima marg. supplet.* $4c^1$ *(habet* $4c^2$*)*; regem *om.* 3. e) frauda 3. f) benefaria *corr.* bifaria 2*a*, *ut infra.* g) eori *corr.* eorum 1. h) Frigus $4b^{2*}$; Friges $4c^{1.2}$. i) Torchot 2*a*. 3. $4b^{2*}$. c^2; Torchoth $4c^1$; Torquoto *supra II*, 6. k) que *om.* 2*a*. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. l) Torchi 3. $4c^2$; Thochi $4b^{2*}$; Thorchi $4c^1$; Turqui *supra II*, 6. m) Frantionem 3.

Cap. 3. a) Sonnini 3. b) *sic* 2*a*. 3. $4b^{2*}$. c^1; Germaniš 1. c) paucos 3; pauciis $4b^{2*}$. d) Naninius $4b^{2*}$; Namninus $4c^{1.2}$. e) *ita, ut videtur,* 1, *corr.* eiecerunt. f) Iuvinian. 2*a* *(ut infra)*. $4c^1$ *(fere)*; Iovinian. *semper* 3. $4b^{2*}$. c^2, *saepe* 2*a*. g) perduceret 2*a* (*ubi* ante). 3.

1) *Aimoinus II*, 10. *primus Hieronymi Vitam S. Hilarionis (Hier. Opp. IV, p.* 2*) hic intellegi opinatus est, quem, ne alios commemorem, praecipue Ruinart p.* 548, *n. d secutus est. De continuato chronico Hieronym., quod vulgo Prosperi chronicon imperiale audit, cogitavit Zarncke, 'Berichte d. k. Sächs. Ges. d. Wiss. zu Leipzig'* 1866, *p.* 257 *sqq. Is cum per Bethmannum comperisset, nomina regum Francorum in vetustis membranis illius chronici deesse, Wormstallii libro, 'Die Herkunft der Franken von Troia', p.* 77, *recensito in 'Literarisches Centralblatt'* 1869, *p.* 381. *exposuit, librum Aethici 'a Hieronymo presbytero delatum ex cosmographia' h. l. laudari. Sed si Aethicum ante Fredegarium scriptum esse statueris, potius Librum historiae Francorum quam Fredegarium ex illo pendere Lüthgen, 'Die Quellen und der hist. Werth der fränk. Trojasage', p.* 54. *probavit. Idem primus vidit, p.* 31 *sqq., Hieronymum, qui de regibus Francorum scripsisse dicitur, eum esse qui fabula originis Francorum auctum 'Scarpsum Gyronimi' scripsit. Re vera quae mox sequuntur supra II,* 4 — 6. *fusius narrata sunt, uno loco excepto, ubi de urbe Troia a Francis condita agitur. Cf. 'N. Archiv' VII, p.* 438 *sqq.* 2) *V. Loebell, 'Gregor v. Tours' p.* 479[1]*; Zarncke l. l. p.* 267*; Lüthgen l. l. p.* 15 *sqq.* 40. *Supra II,* 4. *ex 'historiarum libris' hae fabulae sumptae dicuntur esse. Is forte locus Fredegarium movit, ut Hieronymo Vergilium adderet.* 3) *Urbs Xanten, posteris saeculis Troia nuncupata, hic indicata videtur esse; cf. Zarncke, 'Berichte der Sächs. Ges.' l. l. p.* 268. 284, *n.* 12*; Waitz, 'Iordanus v. Osnabrück' p.* 15*; Lüthgen l. l. p.* 41. *Ceterum Ulixem Asciburgium condidisse narrat Tacitus Germ. c.* 3. 4) Nam cum dicit, Maximum intra Aquileiam, amissam omnem spem imperii, quasi amentem resedere *Greg.* 5) Heraclio Iovinianorum tribuno *Greg.; cf. Jahn I, p.* 297, *n.* 8.

Greg. II, 9. sunt, ut Aeraclius et Iovianus cum paucis de eodem prilio potuissent evadere[1], nec ulterius adversus Francos praesumpserunt arma adrepere. Post paucum temporis Arbogastis superbiae aelatus adversus Francos arma commovit[a]; cum eos[b] demigans, victus effugit[2].

4. Franci[3] Treverus hiemando resedere praesumunt. Valentiniano imperatore[4] infra privato modum redactum, militaris rei cura Francis satillitibus tradita, cyvilia[a] quoque officia transgressa in coniuratione Arbogastis, sacramentis obstricti sunt. Arbogastis Marcomerem et Sonnonem ducibus[5] odiis insectans, exercito fraude Francos deceptus urendusque, cum decursis foliis nudi atque arentes silvae insidiantes adgredere[6], transgressum Renum[b], paum que[c] Amai[d] incolunt depopulatus est[e].

5. Dehinc, extinctis[7] ducibus[a], in Francis dinuo regis creantur ex eadem stirpe, qua[b] prius fuerant.

6. Eodem tempore Iovianus ornatus[a] regius adsumpsit. Constantinus fugam vertens, Aetaliam[b] dirigit; missis a Ioviano[c, 8] principe obviam percussoribus, super Mentia[d] flumene capite truncatur. Multi nobilium iusso Ioviani apud Arvernis capti et a[e] docibus Honoriae crudeliter interempti sunt.

7. Treverorum civitas factione uni ex senatoribus nomen Luci a Francis capta et incinsa est. Cum Avitus[9] imperator esset luxoriae deditus[a], et iste Lucius habens mulierem pulcherrimam cunctorum, fincgens[b] Avitus ob[c] infirmitatem corporis[d] lectum depraemere, iussit[e] ad omnis sinatricis, eum requererint. Cumque uxor venisset Lucio, vim ab Avito opprȩssa fuisset, in crastino surgens de stratu Avitus dixit ad Lucio: 'Pulcras termas habes, nam frigido labas'. Haec indignante Lucio, suae factione derepta est civetas et incensa a Francis.

8. Castinus domesticorum comex[a] expedicionem accepit contra Francos, eosque[10] proterit[b], Renum transit, Gallias pervagatur, usque ad Paerineos montis pervenit.

9. Franci electum a se regi, sicut prius[a] fuerat, crinitum, inquirentes diligenter, ex genere Priami[b], Frigi et Francionis super se creant[c] nomen[d] Theudȩmarem[e], filium

Capp. 3—9. 1. 2*a*. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Cap. 3. a) *h. l. m. sec. c. 4. incipit* 1. b) eosdem 3.

Cap. 4. a) civilico 3. b) regnum 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. c) *ita* 3; ꝙ 1; quae 2*a*. $4c^{1.2}$. d) Chamavi *Greg.* e) *om.* 2*a*.

Cap. 5. a) *h. l. sec. m. cap. 5. incipit* 1; *capp. numeri desunt* $4c^{1}$ *(habet* $4c^{2}$*)*. b) q *e corr.* 1.

Cap. 6. a) ordi (de?) natus *corr.* ornatus 1. b) in Italiam 2*a*. c) ad *(ita etiam* 2*a*. $4c^{1.2}$*)* oviano *corr.* a Ioviniano 3. d) Mintium *Greg.* e) *om.* 3.

Cap. 7. a) deditis 2*a*. b) fin:gens 1; fingens se 2*a*; fingesse 3. c) ab 2*a*. 3. $4c^{1.2}$; *om.* $4b^{2*}$. d) pectoris $4b^{2*}$; porcores $4c^{1}$; pocores $4c^{2}$. e) iussis 2*a*. 3. $4c^{1.2}$.

Cap. 8. a) cum *pro* comex $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. b) proderit R. transiit 2*a*.

Cap. 9. a) *om.* 3. b) Primiami 3, *ut supra;* Priami primi et F. $4c^{1.2}$. c) creatur $4b^{2*}$; creantur $4c^{1.2}$. d) nomen *corr.* nomene 1. e) Teudemere 2*a*; Theudemere 3; Theudere $4b^{2*}$. c^{1}; Theodere $4c^{2}$.

1) *Gregorio teste non evasit, sed exstinctus est.* 2) *De consilio Arbogastis bellum cum Francis ineundi Gregorius ex Sulpicio retulit, nihil autem de bello ipso.* 3) *Arbogastes Treveris hiemavit, teste Sulpicio Alexandro, quo Gregorius hoc loco usus est.* 4) paene *add. Greg.* 5) subregolus *Greg.* 6) occulere non possent *Greg.* 7) *Haec absurde Fredegarius finxit e Gregorii verbis:* Iterum hic *(scil. Sulpicius)*, relictis tam ducibus quam regalibus, aperte Francos regem habere designat. 8) a principe *Greg. Incaute Fredegarius hic quae de Honorio Frigeridus scripsit tribuit Iovino. R.* 9) *De Avito senatore et cive Arverno, qui* 'cum Romanum ambisset imperium, luxuriose agere voluit', *v. Greg. II,* 11. 10) *Omissis versibus duobus, in quibus Gregorius de Stilicone egit, sequentia Castino tribuit Fredegarius, cum ad Stiliconem pertineant.*

Greg. II, 9. Richemeris[a], qui in hoc prilio, co[b] supra memini, a Romanis interfectus est. Substituetur[c] filius[d] eius Chlodeo in regno, utilissimus vir in gente sua, qui apud Esbargium[e] castrum resedebat, quod est in termino Thoringorum. Burgundionis quoque Arrianorum secta utebant, sedentes in Cysalpinis[f, 1]. Chlodeo[g], missis exploratoribus ad urbem Camaracum, perlustrans[h] omnia, ipse sequitur, Romanus proterit[i], civitatem capit, usque Suminam[k] fluvium occupavit. Haec generacio fanaticis usibus culta est. Ib. 10. Fertur, super litore maris aestatis tempore Chlodeo cum uxore resedens, meridiae uxor[l] ad mare labandum vadens, bistea Neptuni[2] Quinotauri similis eam adpetisset. Cumque in continuo aut a[m] bistea aut a viro fuisset concepta, peperit filium nomen[n] Meroveum[o, 3], per co[p] regis Francorum post vocantur Merohingii[q].

Ib. 11. 10. Avitus imperator luxoriose[a, 4], apud Placenciam urbem episcopus ordenatur, et post[b] ad basileca sancti Iuliani fugiens, vitam amisit.

Ib. 12. 11. Childericus viro, filius Meroheo, cum successissit patri in regno, nimia luxoria dissolutus, filias Francorum stubro tradit[a]. Illi vero ob[b] hoc indignantes, eum[c] de regno eiecerunt. Wiomadus[5] Francus fidelissimus ceteris Childerico, qui[d] eum, cum a Chunis cum matre captivus duceretur, fugaciter liberaverat, haec eventum aureum cum Childerico dividens, dum cerneret[e], eum Franci interficere conarentur, dixitque ei: 'Fugi in Toringia, latita aliquantulum ibi. Si tibi[f] potuero Francos placare, istum aureum medium tibi ad signa dirigo; et si non potuero, ubicumque adgressus fueris, mihi notam facias viam[g] tuam. Quandoquidem potuero et istam partem tibi direxero, partisque[h] coniuncti unum efficerint solidum, tunc[i] securus patriam repedabis'. Childericus habitans in Thoringia apud regi Bysino[k] uxoremque[l] eius Bysinam, latuit[m]. Franci[n] tunc Eieio[o] unianimiter regem adsciscunt. Wiomadum amicus Childerici subregulus[p] ab Eieio[q] Francis instituetur[r, 6], eiusque consilio omnes Francos singulos aureos tributavit[7]. Adquiescentes inpleverunt. Dicens iterum ad Eiegio Wiomadus:

Capp. 9—11. 1. 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Cap. 9. a) Richemeres 2a. 3. $4b^{2*}$; Richimeri $4c^{1.2}$. b) co *postea corr.* quod 1; quo 2a. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. c) substituertur 1, *corr.* d) e. f. Chloveus (Chlodoveus $4b^{2*}$. c^{2}) $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. e) um *eras.* 1; Hesbergim 2a; Hesbargem 3; Asobargim $4b^{2*}$; Hesbargim $4c^{1.2}$; Dispargum *Greg.* f) Chusalpinis 3; Chisalpinis $4b^{2*}$. c^{1}; Chisalpis $4c^{2}$. g) Chlodo(u)ueus $4b^{2*}$; Chlodoveo $4c^{1.2}$; *item infra.* h) perlustras *corr.* perlustrans 1. i) proderit 2a. k) nam *e corr. pr. m.* 1. l) eius *add.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. m) *om.* 2a; ad 3 (*infra* ad v.). n) nomen *corr.* nomene 1. o) Meroheum 2a; Maeroveum $4c^{1}$; Meroeum n. 3. p) *postea corr.* quem 1; quo 2a. 3; propter quod $4b^{2*}$; pro quo $4c^{1.2}$. q) Merohingum 3; Meronigi $4b^{2*}$; Mervingi $4c^{1}$; Meroingi $4c^{2}$.

Cap. 10. a) l. a. P. u. e. *om.* 2a. b) postea ad ecclesia (basilicam $4b^{2*}$. c^{2}; beselica $4c^{1}$) 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Cap. 11. a) tradidit 2a. $4b^{2*}$. c^{2}; tradedit 3. b) *om.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. c) em *corr.* eum 1. d) quo 3. e) c. cum (quod $4b^{2*}$) F. eum i. (i. eum $4b^{2*}$. $c^{1.2}$) 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. f) p. t. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. g) vias tuas *pr. m. corr.* viam tuam 1. h) partimque *pr. m. corr.* partisque 1. i) *om.* 3. k) Bisin. *semper* 2a; Basin. $4b^{2*}$ (*semper*). $4c^{1.2}$. l) uxorque eius nomine Basina (Bisinam 2a; Basinam *Greg.*) $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. m) lacuit *postea corr.* latuit 1. n) Francis 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. o) Egidium *Greg.* p) sub regulis $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. q) Eieicio iterum F. 3. r) instituerunt 2a. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

1) habitabant trans Rhodanum *Greg. Cisalpinam Galliam Fredegarius dixit eam quam Romani Transalpinam vocabant. Vide supra lib. II, c.* 36; *Monod l. l. p.* 232. 2) *De hac fabula egit Müllenhoff, 'Die Merovingische Stammsage', in 'Zeitschrift für deutsches Alterthum', ed. Haupt VI, p.* 432. 3) *Cf. Waitz, 'VG'. II,* 1^{3}, *p.* 82. 4) agere volens *om. Fred.* 5) relinquens ibi hominem sibi carum *Greg., qui nomen nullum habet. Ceterum de hac Fred. relatione v. Junghans, 'Geschichte der Könige Childerich und Chlodovech' p.* 6 *sqq. et p.* 140. 6) *V. Pertz, 'Geschichte der Merowing. Hausmeier' p.* 16. 7) *De hoc tributo v. Waitz, 'VG'. II,* 2^{3}, *p.* 273.

'Gens haec durissima, que mihi[a] agendum iussisti, parum adtributati sunt, superbiam saeviunt; iubae, ut ternos soledus tributentur[b]'. Quod cum factum fuisset, adquiescentes Franci dixerunt: 'Melius nobis[c] est ternos soledus tributa dissolvere[d], quam cum Childerico gravissimam vitam ducere'. Wiomadus iterum ad Egegio dicens: 'Revellis existunt tibi Franci; nisi preciperis ex eis plurimus iugulari[e], eorum superbia[f] non mitigas[g]'. Electis a Wiomado 100 inutiles et in necessitatibus incongruos ad Eiegio direxit, quos Eiegius, consilio Wiomadi usus, interficere iussit. Wiomadus secrecius dicens ad Francos: 'Non suffecit tributa quas solvetis[h]? Quamdio hoc malum sustenere volestis, ut parentes vestri sicut pecora iugulentur?'. Tunc Franci unianimiter dicentes: 'Si Childerico ubicumque potuissemus conperire, libenter eum super nos recipebamus ad regem; forsitam per ipsum de his adflictionibus eripiebamur'. Tunc Wiomadus protinus ad Eiegium vadens, dixit: 'Modo est gens Francorum[i] tuae disciplinae perdomita'. Dans idemque consilio, laegatus ad Mauricio[k, 1] imperatore[l] dirigi, gentes que vicinas erant possi[m] adtrabi, ut vel quiquaginta milia soledorum ab imp. dirigerentur, quo pocius gentes[n] accepto in munere se imperio subiecerint. Addens[o] dixitque ad eum: 'Aliquantulum solidos tuae instantiae locum accipiens militavi; parum servus tuus argentum[p] habeo. Vellebam cum tuis legatis puerum dirigere, ut melius Constantinopole mihi argentum mercaret'. Tunc acceptis ab Eiegio quingentos in munere aureos, quos ad hoc opus emendum transmitteret, misit puerum creditarium[2] sibi cum mediam partem aureae, quem[q] cum Childerico deviserat, saccellum plenum plumbeis, quod puer pro solidos secum portaret. Conperto iam Childerico Constantinopole esse, cum legatis Eiegii puer adgreditur his verbis instructis[r], ut legatis[s] precederit et Childerico[t] protinus nunciaret, priusquam legati conspectum imperatoris venirent, quod Eiegius, qui tributa publecis aerariis solvi debebat, tributa imperatori[u] solvendum quereret. Quod cum Childericus Mauricio[v] imperatori nunciasset, repletus forore et indignationem, cum legati Eiegio[w] ei presentati fuissent, his verbis suggerentes, iobit eos retrudi in carcerem. Dixitque Childericus ad Mauricium imperatorem: 'Iobe me servo tuo ire in Galleis[x]; ego fororem[y] indignationis tuae super Eiegio ulciscor'. Multis munerebus a Mauricio Childericus ditathus[z], evicto navale revertit in Galliis. Quem cum Wiomadus, nunciante puero, conperisset, castro Barro[3] ad[a] ipsum venit et a

Cap. 11. 1. 2*a*. 3. $4b^{1*}$. $c^{1,2}$.

Cap. 11. a) ad *add.* 2*a*. b) tribuentur 3. c) est *(e corr.)* nobis 2*a*. d) solvere $4b^{2*}$. c^2. e) iugulare 2*a*. f) superbia *corr.* superbiã 1. g) migas *corr.* mitigas 1. h) qua *s.* (solvistis 2*a*) 3. $4c^{1,2}$. i) Francorumque d. 2*a*. 3. k) Miricio 3; Martianum *Chr. a.* 741. l) imperatore *corr.* imperatorẽ 1; *om.* 2*a*. m) posse 2*a*. 3. n) *om.* 3. o) Addensque dixit ad 2*a*. $4b^{1*}$. c^1. p) largentum *corr.* argentum 1. q) quae 2*a*. $4c^{1,2}$; que 3; quo *e corr.* $4b^{1*}$. r) instructus $4b^{2*}$. c^2. s) *m. al. corr.* legatos 1. t) Childeri *postea corr.* Childerico 1. u) impr. 1. v) Maurucio *corr.* Mauricio 1. w) Eiegii *h. l.* 3. x) Gallis *corr.* Galleis 1. y) et *add.* 2*a*. z) est *add.* 3. a) ab 2*a*.

1) *Fred. erravit: Mauricius enim* 120. *fere anno post Childericum obiit; cf. Pertz l. l. p.* 152. Marcianus *corrigi vult Labarte, 'Hist. des arts industriels au moyen âge' I, p.* 454. 2) *De creditariis v. Waitz, VG. II,* 2^3, *p.* 75, *n.* 6. *'Theudorus credetarius sibi puer' supra lib. II, c.* 57. *commemoratur.* 3) *Non unum est huius nominis castrum, vulgo Bar, de quo hic locus intelligi possit. Tam enim Barro ad Albam, quam Barro ad Sequanam competere potest. Barrum-Ducis, quod nunc videtur ceteris celebrius, tunc temporis nondum constructum fuisse Valesius putat. At cum pagi Barrensis mentio fit ab annis fere mille in testamento Wolfaudi comitis pro conditu monasterii Sancti Michaelis in agro Virdunensi et in aliis eius aevi monumentis, locum hunc iam tunc celebrem fuisse oportuit, ut pago cognomini nomen indiderit, qui proinde hic potuerit designari, licet serius Barrum-Ducis cognominatus. R.*

Barrentibus[a] receptus est, eorumque[b] omnes redditus publecus pro inicium receptionis consilio Wiomadi benigne concessit. Deinde ab omnes Francos resublimatur in regno, multaque prilia cum Eiegio egit; plures strages ab ipso facti sunt in Romanis.

12. Basina, qui Bysinum regem in Thoringia iugalem habebat, cum audisset Childericum a Francis in regno sublimato, curso veloci, relinquens Bisinum, ad Childericum transit[a]. Qui cum eam[b] sollicite interrogaret, qua de causa ad eum de tam longe venisset, respondisse fertur: 'Novi', inquid, 'utilitatem tuam, quod sis valde strenuus, ideoque veni, ut habitem tecum. Si uteliorem sub caelo scissem, ad eodem[c] expetissem'. Quem Childericus gaudens, et diligens[d] eiusdem pulchritudinem, in coniugio copolavit. Cum prima[e] nocte iugiter stratu iunexissent, dicit ad eum mulier: 'Ac nocte a coitu virile abstenebimus. Surge secrecius, et quod videris ante aulas[f] palaciae dicis ancillae tuae'. Cumque surrexisset, vidit[1] similitudinem bisteis leonis, unicornis et leupardis[g] ambolantibus. Reversusque, dixit muliere quo[h] viderat. Dicit ad eum mulier: 'Domini mi, vade dinuo, et quod videris narra ancillae tuae'. Ille vero cum foris adisset, vidit bysteas similitudinem ursis et lupis deambulantibus. Narrans et haec mulieri, conpellit eum tercio, ut iret et quod videbat nunciaret. Cumque tercio exisset, vidit bisteas minores similitudinem canis et[h*] minoribus bistiis ab invicem detrahentes et volutantes. Cumque Basinae haec universa narrasset, abstinentes se caste[i] usque in crastinum, surgentes de stratu, dixit Basina ad Childericum: 'Que visibiliter vidisti[k] viritate subsistunt. Haec interpretationem habent: Nascitur nobis filius fortitudinem leonis signum et instar tenens; filii viro eius leupardis et unicornis fortitudine signum tenent[1]. Deinde generantur ex illis qui ursis et lupis fortitudinem et voracitatem eorum similabunt. Tercio que vidisti ad[m] discessum columpna regni huius erunt, que regnaverint[n] ad instar canibus et minoribus bisteis; eorum consimilis erit fortitudo. Pluretas autem minoribus bisteis, que ab invicem detrahentes volutabant, populos sine timore principum[o] ab invicem vastantur'. Concepit Basina et peperit filium nomen Chlodoveum. Haec fuit magnus et pugnator egregius, ad instar leoni fortissemus cyteris regibus. Childericus cum Odovacrum regi[2] Saxonorum Aurilianis pugnans, Andegabo victor perrexit[3]. Mortuo Egegio, reliquid filium Syagrium[p] nomen. Eodem tempore Brittonis de Betoricas[q]

Greg. II, 12. — Ib. 12. — Ib. 18.

Capp. 11. 12. 1. 2*a*. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

104. De Ragamfredo maiorum domum, et qualiter Carlus de costodia Plectrude auxilio Dei liberatus est.

105. De obitu Dagoberti regis, et Chilpericus successit in regno, et qualiter dux Carlus contra Ragamfrido pugnavit et victor exstetit.

106. Qualiter Carlus dux Chlotharium sublimavit in regno, quo mortuo, Chilperico, qui fuga lapsus[n] apud Ragamfrido fuerat, ab Eodonae duce[n] Aquitaniae recaepit, et eo mortuo, Theudericum regem statuerunt[o].

107. Qualiter[p] cum Saxonibus, Baioariis, Eudone duce cum Abdirama regem Sarracinorum pugnavit et vicit[q].

108. Qualiter Purgundiam[r] ipsae dux subiugavit et cum Frisionibus[s] ultra[t] alto mare pugnavit et Sarracinos[u] qui in Avennione erant prostravit et quomodo Narbonam venit et Sarracinos cum rege eorum in ore gladii interfecit.

109. De legatione papae Gregorii urbis Rome[v] cum claves sancti Petri, vel de divisione inter filios suos, seu de obitu ipsius[w].

Index. 5*a.d.x*[1] (*cf. n.* p).

Index. a) regna, i *m. al. superscr.* 5*a.* b) Childeperic. *corr. m. al.* Childeric. 5*a.* c) maior 5*a*; Ebruinus maiorum domus 5*d.* d) Ebroinum 5*d.* e) *in litura scr.* 5*a.* f) Billchilde *corr.* Bilihilde 5*a.* g) Ercannaldi 5*d.* h) *s corr. pr. m.* 5*a.* i) Waranodi 5*d.* k) Redebodum 5*d* l) Chalpiadam 5*d.* m) Carbo 5*d.* n) *e corr.* 5*a.* o) steterunt 5*a.* p) *titulos huius et sequentis capitis* 5*x*[1] *quoque praebet, singulis cap. superscriptos.* q) vincit 5*x*[1]. r) *ita pr. m.* 5*a.* s) Frison. 5*x*[1]. t) contra almere *pro* u. a. m. 5*x*[1]. u) Sarcinos *corr. m. al.* Sarracinos 5*a.* v) *superscr. pr.* (?) *m.* 5*a.* w) *pergunt libri* 5: INCIPIT LIBER DECIMUS. Transactis 5*a.b*; Incipit decimus non ab ipso Gregorio compositus. Transactis 5*e*, *omisso prologi initio.*

INCIPIT PROLOGUS CUIUSDAM SAPIENTIS[a].

Cum aliquid[b, 1] unius verbi proprietate non habeo quod proferam, nisi prestitum ab Hier. Altissimo fuerit, et dum quero implere sentenciam, longo ambiatu vix brevis viae spatium consummo. Vernaculum linguae huius verbi interpretatur, absordo resonat; si ob necessitate aliquid in ordine sermone mutavero, ab interpretis videor officio recessisse. Itaque beati Hieronimi, Ydacii[c] et cuiusdam sapientis seo Hysidori[2], immoque et Gregorii chronicis a mundi originem dilientissime percurrens usque decedentem regnum Gunthramni, his quinque chronicis huius libelli nec plurima pretermissa siggyllatem congruentia stilo inserui, quod illi sollertissime absque reprehensionem condederunt. Cum[3] haec ita se Hier. habebant, necessarium duxi viretatem diligencius insequi, et ob id[d] in priores his chronicis[e] quasi quandam[f] futuro opere omnium mihi regum[g] et tempora prenotavi[h], in praesenti autem stilo ea[i] tempora ponens, et[k] singularum gentium curiosissimo ordine que gesserant coaptavi, quo[l] prudentissime viri, quos supra memeni, cuius[l*] chronicis — verbo huius nomenis Grego, quod Latini interpretatur 'Gesta temporum[4]', — sevirissimi dictantes condiderunt, velut purissimus fons largiter fluenta manantes. Optaveram et[m] ego, ut mihi subcumberit talia dicendi fagundia, ut vel paululum esset ad[n] instar; sed carius[o] auritur[p], ubi non est certa perennitas aque[q]. Mundus iam seniscit[5], ideoque prudenciae agumen in nobis tepiscit[r], ne quisquam potest huius tempore nec presumit oratoribus precedentes esse consimilis[s]. Ego tamen, ut rusticitas et stremitas[t] sensus mei valuit, studiosissime de hisdem libris breviatem[u], quantum plus potui, aptare[v] presumsi. Nec quisquam legens[w] hic quicquam dubitet, per[x] uniuscuiusque libri nomen redeat ad auctorem: cuncta reperiat[y] subsistere viretatem. Trasactis[z] namque Gregorii libri volumine, temporum gesta, que undique scripta[a] potui repperire, et mihi postea fuerunt cognita[b], acta regum[c] et bella gentium quae gesserunt[d], legendo simul et audiendo, etiam et videndo cuncta que certeficatus cognovi huius libelli volumine scribere non solvi[e, 6], sed curiosissime, quantum potui, inseri studui, de eodem incipiens tempore scribendum, quo Gregori[f] fines gesta cessavit et tacuit, cum[g] Chilperici vitam[h] finisse scripsit. EXPLICIT[i] PROLOGUS.

Praef. 1. 2*a*. *b*. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a* *(cf. n. z)*.

Praef. a) *ita* 1, *sed lemma indicem praecedit; cf. supra p.* 118, *l.* 35; INCIPIT PROLOGUS (PROLOCUS $4b^{1}$) 2*a*. *b*. 3. 4*a*. $b^{1.2.2*}$. c^{1} *(om.* $4c^{2}$*)*. b) *ita* 1 *et Hieron.*; ali qui dum (aliquid dum 2*b*) iussu (iusso $4b^{1}$) v. 2*a*. *b*. $4b^{1}$; aliquidu: (aliqui dum 3*b*) iussu v. 3; ad liquidum iusso (iussio $4b^{2*}$) v. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. c) Ydacio 3. d) ob idum in p. 2*a*. *b* (?); ob i::: in p. 3; obitum in p. 3*b*; ob(o)ediendum in p. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. e) *ita Fred.*; libello *Hieron.* f) quadam *ead. m. corr.* quandam 1; materiam *om. Fred.* g) REGNŪ ET T. 1; rerum et t. 2*a*. *b* (?). 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; regum t. *Hieron.* h) prenotavi 2*a*; perrenotavi 2*b*; prenot. — tempora *a correctore post prologum suppleta sunt* 3 *(non* 3*b)*. i) eadem temp. contra se invicem ponens *Hieron.* k) in *delet. et superscr.* et 1. l) quo[d] 1. l*) *malim* his. m) *om.* $4b^{2*}$. c^{2}. n) *om.* 2*a*. *b* (?). 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. o) sarius 1. p) auditur 3. q) aq 1; a quē 2*a*. 3; a quem 2*b*; atque $4b^{2*}$. r) tabescit 2*a*. s) esse simul 2*a*. *b*. 3. $4c^{1.2}$; esse similis $4b^{2*}$. t) extremitas 2*a*. *b* (?). 3; strenuitas $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. u) brevitate 2*a*. *b* (?). 3 (?); vit(a)e $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. v) ditare 2*a*. *b*; obtare 3. $4b^{2*}$. c^{1}; optare $4c^{2}$. w) *ita* 1; l. h. q. *om. rell. libri.* x) *om.* 2*a*. *b* (?). 3. (?). $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. y) reper::: *corr.* reperiet 1; repereat, *alterum* p *pr. m. superscr.* 2*a*; reppereat 2*b*; repperiat 3; repediat $4c^{1}$. z) *a* Transactis *prologus incipit* 5. a) pot. scr. 5*a*. b) agnita $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. c) regnum 2*a* (n *exp.*). 2*b*. d) gresserunt, *exp.* r 1. e) *ita* 1; silui *rell.* f) Gregori *corr.* Gregorii 1. g) c. C. v. f. s. *om.* 5*a*. h) vita finisset scripsi (finissit scribsi 3) 2*a*. *b*. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. i) Expl. prol. *om.* 5*a*.

1) *Haec Fredegarius ex prologo Hieronymi hausit; cf. Eusebi chron. ed. Schoene p.* 1; *'N. Archiv' VII, p.* 479 *sqq.* 2) *De hoc loco v. 'N. Archiv' VII, p.* 482. 3) *Haec ex praefatione Eusebii ab Hieronymo in linguam Latinam versa fluxerunt.* 4) *Cf. Isid. Etym. V,* 28. 5) *Cf. Sidon. ep. VIII,* 16 *(ed. Lütjohann p.* 130, *l.* 25*)*: per aetatem mundi iam senescentis. 6) Solvere *pro* rumpere, intermittere, *ut* solvere ieiunium.

IN NOMEN DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT CHRONICA SEXTA[a].

1. Gunthramnus rex Francorum cum iam anno 23. Burgundiae regnum bonitate plenus feliciter regebat, cum sacerdotibus utique sacerdus ad[b] instar se[c] ostendebat et cum leudis erat aptissimus, aelymosinam pauperibus large tribuens, tante prosperetatis regnum tenuit, ut[d] omnes etiam vicinas gentes ad plinitudinem de ipso laudis canerent. Anno 24. regni sui devino amore eclesiam[e] beati Marcelli, ubi ipsi praeciosus requiescit in corpore, suborbanum Cabilonninsim[f], sed quidem tamen[g] Sequanum est territurium[1], merefice et sollerter aedificare[2] iussit, ibique monachis congregatis, monasterium condedit ipsamque ecclesiam rebus pluremis ditavit. Senodum 40 episcoporum fieri precepit et ad instar institucionis monasterii sanctorum Agauninsium[h], que temporibus Sigysmundi[3] regis ab Avito[i] et citeris episcopis, ipso iobente princepi[k], fuerat firmatum, idemque et[l] huius senodi[4] coniunctionem monasterium Sancti Marcelli Gunthramnus institucionem firmandam curavit.

584. Nov. 2.[a] Hoc anno Gundoaldus cum solatio Mummolo et Desiderio mense Novembre[b. 5]
585. partem regni Gunthramni presumsit invadere et civitates evertere. Gunthramnus Leudisclum[c] comestaboli et Aeghylanem[d] patricium[6] cum exercito contra ipsum direxit. Gundoaldus terga vertens, Conbanem[7] civitatem latebram dedit; exinde de rupe a Bosone[8] duci praecipetatus interiit.

3. Cumque Guntramno perlatum fuisset, eo[a] quod frater suos Chilpericus esset
584. interfectus, festinans perrexit Parisius[9]; ibique Fredegundem cum filio Chilperici[b] Clo-
591. thario ad se venire precipit. Quem Rioilo[c. 10] villa baptizare iobet, et cum[d] de sancto lavacro excipiens, in regnum patris firmavit[e].

Capp. 1—3. 1. 2*a* *b* 3 $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 1. a) *titulo carent* 2*a*. *b* (*in quibus linea vacat*). $4b^{2*}$. 5*a*; INCIPIT LIBER CHRONIC(A)E (CHRONICI 4*a*) 3. 4*a*. $b^{1.2.3*}$. $c^{1.2}$. b) *pr. m. adiectum* 1. c) se instar 2*a*; esse instar 2*b*. d) ut *pr. m. add.* 1. e) ecl̄ 1. f) Cabilonense $4b^{2*}$; Cavillonense $4c^{1.2}$. g) tantum $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. h) Agaunissium 3. i) Auto 5*a*. k) princepi *corr.* principe 1. l) in $4b^{2*}$. $c^{1.2}$.

Cap. 2. a) 3, *et sic deinceps* 2*b*; *numeri capp. inde ab h. l. desiderantur* $4c^{1}$. b) November 2*a*. *b*; Novemberio 3; Novembrem $4c^{1.2}$. c) Leudis (Leudis *om.* 2*b*) cum 2*a*. *b*. d) Agylanae 2*a*; Aegilan(a)e 2*b*. 3. $4b^{2*}$. c^{1}. 5*a*; Ęgilante $4c^{2}$.

Cap. 3. a) et 3. b) Hylperici nomen Hlothario 2*a*. *b*. c) Riola 2*a*; Riolo 2*b*. $4b^{2*}$. c^{2}. 5*a*. d) cū 2*a*. *b*. 5*a*. e) firmatur 3.

1) *De hoc loco v. Jacobs, 'Géographie de Grégoire de Tours, de Frédégaire et de leurs continuateurs' p.* 228. *Aimoin. III*, 81: Sed in territorio Segonum saltuque Brexio. 2) *Fredegarium errasse, Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 217. *contendit, cum eccl. S. Marcelli iam a.* 579. *meminerit Greg. V*, 27. *At Monod, 'Archiv f. Schweiz. Gesch' III, p.* 152, *de ecclesia a Gunthramno a.* 584. *ornata cogitavit, quam quin Fredegarius intellexerit, dubito.* 3) *Cf. Greg. H. F. III*, 5. 4) *In synodo Valentina II. a.* 584. *habita confirmatum est, quidquid rex etc.* basilicae S. Marcelli vel S. Symphoriani *aut quibusvis aliis locis sacris contulerant aut in posterum conferre voluerint. R.* 5) *Mense Decembre a.* 584. *Gundovaldus rex 'est levatus'; cf. Greg. H. Fr. VII*, 11. 6) *Cf. Greg. H. Fr. VII*, 24. *Leudegiselus, quem Gregorius quoque ducem exercitus contra Gundovaldum missi nominavit, postea Aegilani patricio subrogatus est; cf. H. Fr. VIII*, 30. 7) *Cf. supra lib. III, c.* 89. 8) *Cf. Greg. H. Fr. VII*, 38. 9) *Ib. VII*, 5. *VIII*, 1. 10) Rotoialinsis (*pro* Rigoialensis) *villa, Greg. H. Fr. X*, 28. *Est Rueil (Seine-et-Oise); cf. Longnon, 'Géographie' p.* 361. *Sed Chlotharius non* 24, *sed* 30. *demum anno Gunthramni baptizatus est. — Ceterum Fredegarium in annis Gunthramni regis enumerandis graviter errasse, in 'Forschungen z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 456. *probavi.*

4. Anno 25[a]. regnum Gontramni Mummolus Senuvia[1] iusso Gunthramni inter- 585
fecetur. Uxorem eius Sidoniam[b, 2] una cum omnes thinsauris eius Domnolus domesticus
et Wandalmarus[c] camararius Gundramno presentant.

5. Anno 26. regni sui exercitus Gunthramni Espanias[a] ingreditur; sed loci infir- 585.
mitatis gravatus, protenus ad propria revertur[b, 3]. Anno 27. eiusdem regno Leu- 585.
disclus[c, 4] a Guntramno patricius partibus Provenciae ordenatur. Filius Childeberti
regis Theodebertus[5] natus fuisse nunciatur. Eo[d] anno nimia inundatio fluminum in
Burgundias fuit, ut eorum terminus nimium transcenderint. Ipsoque anno Syagrius
comex Constantinopole iusso Gunthramni in legatione pergit; ibique fraude patricius
ordenatur[6]. Ceptum quidem, sed ad perfectione haec fraos non peraccessit[e]. Eo anno 586.
signum[7] apparuit in caelum, globus igneos decedens in terram cum scintellis et rugeto.

6.[a] Ipsoque anno Leubildus[b] rex Spaniae moritur[8], et obtenuit regnum Richarid[c], 586.
filius eius. Anno[d] 28. regni domni Gunthramni alius filius Childeberti nomen Teude- 587.
ricus natus nunciatur[9].

7. Gunthramnus se cum Childeberto pacem firmandum[a] Andelao[b, 10] coniuncxit. 587.
Inibi mater et soror et coniux Childeberti regis pariterque fuerunt; ibique speciale con-
venencia inter domno Guntramno et Childeberto fuit conventum, ut regnum Gunthramni
post eius[c] discessum Childebertus adsumerit.

8. Ipsoque tempore Rauchingus[a, 11] et Boso Gunthramnus, Ursio et Bertefredus[b], 587.
optematis Childeberti regis, eo quod eum tractaverant[c] interficere, ipso regi ordenante,
interfecti sunt. Sed et Leudefredus[d] Alammannorum[e] dux in offensam ante dicti regis
incidit, etiam et latebram dedit. Ordenatus est loco ipsius Uncelenus[f] dux. Eo anno 587.
Richarid rex Gotorum divino amplectens amore, prius secrecius baptizatur. Post haec
omnes Gothus, dum Arrianam[g] sectam tenebant, Toletum adhunare precepit, et[h] omnes
libros[i] Arrianos precepit ut presententur; quos[k] in una domo conlocatis incendio con-
cremare iussit[12], et[l] omnes Gothos ad christianam legem baptizare fecit.

9. Eo anno uxor Anaulfi[a, 13] imperatores Persarum nomen Caesara virum relin-
quens, cum quattuor pueris, totidem[b] puellis ad beatum Iohannem episcopum[c] Con-

Capp. 4—9. 1. 2*a*. *b*. 3. 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. 5*a*.

Cap. 4. a) 35. 3. b) Synodia 2*a*; Sydonia 2*b*. c) Wandelmarus 2*a*; Valdalmarus 5*a*.

Cap. 5. a) Spania 2*a*. *b*. b) *sic* 1, *saepe*. c) Leudisch[l]us, *pr. m.* l *superscr.* 1. d) *ab* Eo *cap.* 6 *(7. 2b) incohant libri praeter* 1 *et* 4*c*[2]. e) proaccessit 3.

Cap. 6. a) *distinctione carent* 2*a*. *b*. b) Leupildus 3. 4*c*[1. 2]. 5*a*; Leopildus 4*b*[3*]. c) Richaredus *plerumque* 2*a*. *b*. 4*c*[1] (*infra* Recharedus). 4*c*[2]; Richaridos 3; Richaridus 4*b*[2*] *(item infra cum 3)*. 5*a* (*infra* Ricaridus). d) *ab* Anno *cap.* 7. *incipit* 2*a*.

Cap. 7. a) *sic scripsi;* firmant dum 1. 2*a*. *b*. 3. 5*a*; firmat dum 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. b) Andelaco 2*a*. *b*; Andelau 5*a*. c) d. e. 2*a*. *b*.

Cap. 8. a) Pauchingus 2*a*. *b*. 3. 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. b) Bertefridus 2*a*; Bertifrid 5*a*. c) tractaverunt 3. 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. 5*a*. d) Leufridus 2*a*. 3; Leudefridus 5*a*. e) Alanarum *pr. (?) m. corr.* Alamanorum 5*a*. f) Unchilenus 2*a*. *b*; Uncilinus 3. 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. 5*a*. g) Arianum 5*a*. h) ut 5*a*. i) liberos Arrianus 2*a*. *b*. k) cives 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. l) et o. G. *om.* 2*a*. *b*. 3. 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. 5*a*.

Cap. 9. a) Arnulfi 2*a*. *b*. 3 4*b*[3*]. *c*[1. 2]. 5*a*. b) et totidem 2*a*. *b*. 3. c) e. C. v. s. u. e. d. p. d. et b. g. a. a. b. I. *om.* 4*c*[1. 2]. 5*a* *(habent 4a. b[3*])*.

1) *Quin 'Chenove' sit, dubitamus; cf. Jacobs p.* 227. 2) *Cf. Greg. H. Fr. VII*, 40, *sed nomen Fredegarius solus tradidit.* 3) *Greg. H. Fr. VIII*, 30; *Dahn V, p.* 150. 4) *V. SS. Rer. Merov. I, p.* 345, *l.* 25. 5) *Cf. Greg. H. Fr. VIII*, 37. 6) *Cf. Waitz, 'VG'. II*, 2[3], *p.* 50 *n.* 7) *Cf. Greg. H. Fr. VIII*, 42; *SS. Rer. Merov. I, p.* 813, *n.* 4. 8) *Mense Apr. vel Mai. a.* 586. 9) *Greg. H. Fr. IX*, 4. 10) *Pactionem Andel. Greg. H. Fr. IX*, 20. *posteris tradidit; cf. LL. I, p.* 6. 11) *Greg. l. l. IX*, 9. 12) *Cf. Dahn l. l. p.* 162. 13) *Eadem fere Paulus, H. Lang. IV*, 50. *rettulit, sed valde erravit, cum Constantino, Heraclii*

stantinopule veniens, se unam esse de populo dixit et baptismi[a] gratiam ad antedictum beatum Iohannem expetit. Cumque ab ipso pontifice fuisset baptizatus, agusta Maurici imperatores ea de[b] sancto suscepit[c] lavacro. Quam[d] cum[e] vir suos imperatur Persarum per legationis sepius repetiret, et Mauricius emperatur uxorem ipsius esse nesciret, tunc agusta videns eam pulcerrimam, suspicans[f], ne ipsa esset quam legati quaerebant, dicensque eis: 'Mulier quedam[g] de Persas hic venit; dixit, se unam[h] esse de populo. Videte eam; forsitam ipsa est quam queretis'. Quam legati videntis, proni in terram adoraverunt, dicentes, ipsam esse eorum domina quam querebant. Dicit ad eam agusta: 'Reddi illis responsum.' Tunc illa respondit: 'Ego cum istos non loquor; vitam illorum[i] instar ad canis[k] est. Si conversi christiani, sicut et ego sum, efficiuntur, tunc eis respondebo'. Legati vero animo libenti baptismi gratiam accipiunt. Postea dicens ad eos Caesara: 'Se vir meus voluerit fieri[l] christianus et baptismi gratiam accipere, libenter ad eum revertam; nam paenitus aliter ad ipso non repedabo'. Legati imperatore Persarum nunciantes, statim[m] ille legationem ad Mauricio imperatore misit, ut sanctus Iohannis venerit Anciociam; ipso tradente, baptismum vellet accipere. Tunc Mauricius imperator infinitissimum adparatum Anciociam fieri iussit, ubi imperator Persarum cum sexaginta milia Persus[n] baptizatus est, et per duabus ebdomadis a Iohanne et reliquis episcopis Persas ad plenitudinem supra scripto numero baptizantur. Emperatorem illum Gregorius[1] episcopus Anciociam suscepit de lavacrum. Anaulfus[o] imperator Mauricio imperatore petens, ut episcopus[p] cum[q] clero sufficiente[r] eidem[s] darit, quos in Persas estabelirit, ut universa Perseda baptismi gratiam adhiberint. Quod Mauricius libenti prestetit[t] animo, summaque celeritate omnes Perseda ad Christi cultum baptizantur.

589. 10.[a] Anno 29. Gunthramni exercitus in Spaniam eiusdem iusso diregitur, sed negligenciam Bosone, qui capud[b] exercitus fuit, graviter a Gotis exercitus ille[c] trucidatur[2].

11. Anno 30. regni supra scripti princepis tonica domini nostri Iesu Christi, qui eidem in passionem sublata est et a militibus, qui eum custodebant[a], est sortita, de qua
Ps. 21, 19. David propheta dixit: *Et super vestimenta mea posuerunt sortem,* profetenti Symoni, filio Zacob, dis[b]. Per duabus ebdomadis multis cruciatibus adfectus, tandem profetetur, ipsam tonicam in civitatem Zafad[3] procul a Hyerusolima in arca marmorea posetam

Cap. 9. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* 1). 3. 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*. *Capp.* 10. 11. 1. 3. 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*.

Cap. 9. a) beatissimi 2*a*; baptissimi 3, *ut infra*. b) eadē 1. c) l. s. 2*a*. *b*. d) quoniam 5*a*. e) *om*. 2*a*. *b*. 3. 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*. f) suspicatur 5*a*. g) quidem 3. 4*c*[1]; quidam 5*a*. h) esse u. 2*a*. *b*. i) *desinunt* 2*a*. *b*. k) canum 5*a*. l) chr. f. 3 (?). 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*. m) state mille 3. n) Persus *corr*. Persos 1. o) Arnulfus 4*b*[2*]. *c*[1. 2]; Aunulfus 5*a*. p) epš 1. 4*b*[2*]; epūs 5*a*. q) ei cleros (clericos ei 4*c*[1. 2]) daret (*om*. s. e.) 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. r) sufficienter *Monod*. s) idem 5*a*. t) a. p. 3 (?). 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*.

Cap. 10. a) *inde ab h. l. capitum numeri desunt* 4*c*[2]. b) capud (caput 4*b*[2*]. 5*a*) de e. 3. 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*. c) illi trucidantur 3.

Cap. 11. a) custodebant 1. b) *ita* 1; :acobum (?) 3; Zacob dis 3*b*; Iacob 4*b*[2*]. *c*[1. 2]. 5*a*; *scribas:* Zacob, discooperitur.

nepote, regnante Caesaram ad christianam religionem conversam esse scripserit. Cum Fredegario Iohannes Biclar. consentit, quippe qui ad a. 8. *Mauricii haec tradiderit:* Imperator Persarum Christi suscepit fidem et pacem cum Mauricio imperatore firmavit. 1) *Sedit a.* 571—592, *teste Ruinart.* 2) *De hac expeditione v. Greg. H. Fr. IX,* 31; *Ioh. Biclar. Chr. a.* 7. *Mauricii* (= 589)*:* in Galliam Narbonensem obveniunt et iuxta Carcassonensem urbem *e. q. s. Cf. Dahn V, p.* 164. 3) *De tunica Iesu Christi, 'quae iuxta Davitici carminis vaticinium sub sorte iacuerat', v. Greg., Gl. Mart. c.* 7*:* Ferunt autem in civitatem Galateae, in basilica quae Ad sanctos archangelos vocitatur retenere — —, ibique in arca lignea hoc vestimentum habetur inclausum. *Zafad est Ioppe, et 'procul' parvum spatium indicat.*

esse. Quam Gregorius Anthiocenus et Thomas[1] Hyerusolimarum, Iohannis[2] Constan-
tinopolitanus episcopi[a] cum aliis multis episcopis, triduanum facientes ieiunium, exinde
condigni[b] cum arca marmorea, leve effecta, quasi ex ligno fuisset, ordine pedestro
Hyerusolima cum devocione sanctissema[c] perduxerunt et eam in loco ubi crux Domini
adoratur cum triumpho posuerunt. Eo[d] anno luna obscurata est[3]. Eo anno inter 590.
Francos et Brittanis super fluvio Vicinonia[e. 4] bellum est ortum.

12. Beppelenus dux Francorum factione Hebracharii[a] idemque ducis a Brittanis interficetur. Unde post Hebracharius ad plenitudinem paupertatis de rebus suis expoliatus pervenit.

13. Anno 31. regni Guntramni Teudefredus[a. 5] dux Ultraioranus[6] moritur, cui[b]
successit Wandalmarus in honorem[7] ducati. Ipsoque anno Ago dux in Aetalia super 590.
Langobardus in regno sublimatur[8]. Anno 32. regni Gunthramni ita a mane usque 591.
media[c] diae sol minoratus est, ut tercia pras[d] ex ipso vix adpareret[9].

14. Anno 33. regni Gunthramni. Eo anno quinto Kal. Aprilis ipse rex mori- 592. Mart. 28
tur[10]; sepultus est in ecclesia sancti Marcelli, in monasterio quem ipsi[a] construxerat.
Regnum eiusdem Childebertus adsumsit. Eodem anno Quintrio[11] dux Campanensim
cum exercito in regno Clothariae ingreditur. Clotharius cum suis obviam pergens,
hostiliter Quintrione[b] in fugam vertit, sed utrasque exercitus nimium trucidatus est[12].

15. Anno secundo, cum Childebertus regnum accepisset Burgundiae, exercitus 593.
Francorum et Brittanorum in invicem proeliantes, uterque nimium gladio trucidantur.
Anno 3[a], Childeberto in Burgundia regnante, multa signa in caelo ostinsa sunt; appa- 594. Nov.
ruit stilla[b] comitis[13]. Eo anno exercitus Childeberti cum Varnis[14], qui revellare conaverant, fortiter demicavit; et ita Warni trucidati victi sunt, ut parum ex ipis remansisset.

16. Quarto[a] anno, post quod Childebertus regnum Guntramni acciperat, de- 595.
functus est; regnumque eius filii sui Teudebertus et[b] Teudericus adsumunt. Teudebertus sortitus est Auster, sedem habens Mittensem[c]; Teudericus accipit regnum Gunthramni in Burgudia[d], sedem habens Aurilianes.

17. Eo anno Fredegundis cum filio Clothario regi Parisius vel reliquas civitates rito barbaro occupavit et contra filius Childeberti regis Teudeberto et Teuderico movit

Capp. 11—17. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a.

Cap. 11. a) epš $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; epiš 5a. b) condigni *corr.* condigne 1. c) sanctissema *corr.* sanctissima 1. d) E. a. l. o. e. E. a. i. F. e. B. s. f. V. b. e. o. *om.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. e) Vicinonea 3.

Cap. 12. a) Hebrechario 3. 5a; Ebrecharii $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; *infra* Ebrecharius 3. $4c^{1.2}$.

Cap. 13. a) Theudofredus 3; Theudefridus $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. b) cuius 3. c) u. ad (a $4c^{2}$. 5a) mediam diem (medio die $4c^{1.2}$; media die 5a) 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. d) pras *corr.* pars 1.

Cap. 14. a) ipsi *corr.* ipse 1. b) Quintrione *corr.* Quintrionē 1; *infra* Wintrio *vocatur.*

Cap. 15. a) 4. *corr.* 3. 3. b) stilla *corr.* stella 1.

Cap. 16. a) Anno 4. 3 (?). $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. b) et T. a. T. *sec. m. suppl.* 3. c) Mitt. *corr.* Mett. 1; Metensem $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. d) *ita* 1; *infra* Burdia.

1) *Thomas nullus episc. Hierosolymitanus erat; Amos* (*a.* 594—601), *Ruinart teste, coniecit Papebrochius.* 2) *Iohannes IV. a.* 582—595. *sedit.* 3) *Apr.* 25. *et Oct.* 18. 4) *La Vilaine; cf. Longnon, 'Géographie' p.* 159. *De rebus cum Britannis gestis v. Greg. H. Fr. X*, 9. 5) *A.* 578. *dux Francorum factus erat; cf. Marius h. a.* 6) *De pago Ultraiurano v. Jacobs p.* 238. 7) *Cf. Waitz, 'VG.' II*, 2^{3}, *p.* 121. 8) *A.* 590; *cf. 'N. Archiv' III, p.* 231. 9) *Die* 23. *Sept.* 10) *De anno Gunthramni regis emortuali egi 'Forschungen z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 456 *sqq.* 11) *Eius meminit Greg. H. Fr. VIII*, 18. *X*, 3. 12) *V. Librum Hist. Fr. c.* 36; *Paulus IV*, 4. 13) *Paulus, H. L. IV*, 10: Inter haec sequenti mense Ianuario paruit stella cometis mane et vespere per totum mensem. *In China a.* 594, *d.* 10. *Nov. stella crinita observata est; cf. Williams, 'Observations of comets'. Lond.* 1871. 14) *V. Waitz, 'VG.' II*, 1^{3}, *p.* 67.

exercitum loco nominante Latofao[1]. Castra uterque ex adverso ponentes, Chlotharius cum suis super Theudebertum et Teudericum inruens, eorumque[a] exercito graviter tru-
596/597. cidavit. Anno secundo regni Teuderici Fredegundis moritur.

597/598. 18. Anno tercio regni Teudeberti[2] Wintrio[a] dux, instigante Brunechilde, inter-
598/599. ficetur. Anno 4. regni Theuderici Quolenus[b] genere Francus patricius ordenatur. Eo anno cladis[c] glandolaria Marsilia et reliquas Provinciae civitates graviter vastavit. Eo anno aqua caledissima in laco Duninse, quem Arola[3] flumenis influit, sic validae aebullivit, ut multitudinem pissium coxisset. Eo anno Warnecharius[d] maior domi Teuderici transiit, qui omnem facultatem suam in alimuniis[e] pauperum distribuit.

19. Eo anno Brunechildis ab Austrasies eiecta est et in Arciacinsem[4] campaniam a quidam homini paupero singula reperitur. Secundum eius peticionem ipsam[a] ad Teuderico perduxit[b]. Teudericus aviam suam Brunechildem libenter recipiens, gloriose honorat. Huius vicissitudine meretum episcopatum Audicioderinsem[c], faciente
599/600. Brunechilde, adsumpsit[5]. Anno[d] 5. regni[e] Teuderici iterum signa, que anno superiore visa fuerant, globae igneae per caelum currentes et ad instar multitudinem astarum[f, 6] igneum, ad occidentem[g] apparuerunt.

20. Ipsoque anno Teudebertus[a] et Teudericos reges[b] contra Clotharium regem movint exercitum et super fluvio Aroanna[7] nec procul a Doromello[c] vico prilium[d] confligentes iuncxerunt; ibique exercitus Clothario gravissime trucidatus est. Ipsoque[e] cum his qui remanserunt in fuga verso, pagus et civitates ripa Sigona[8], qui se ad Clothario tradedirant, depopulant et vastant; civitates ruptas, nemi[f] pluritas captivorum ab exercito Theuderici et Theudeberti exinde ducetur. Chlotharius oppressus, vellit nollit, per pactiones vinculum firmavit, ut inter Segona et Legere usque mare Ocianum et Brittanorum limite pras Teuderici haberit, et per Secona et Esera[g, 9] docatum integrum Denteleno[h, 10] usque Ocianum mare Theudebertus reciperit[i]. Duodicem tantum pagi
600/601. inter Esara et Secona et mare litores Ociani Chlothario remanserunt. Anno sexto regni[k] Theuderici Cautinus dux Teudeberti interficetur.

Capp. 17–20. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 17. a) que *om.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 18. a) Quintrio 3. $4c^{1.2}$. 5*a*; Quintriono $4b^{2*}$. b) Ruuolenus $4b^{2*}$; Guolenus $4c^{1.2}$. c) gladis 3. $4b^{2*}$; gladiis $4c^{1.2}$. d) Varnacharius 3; Warnacharius $4b^{2*}$. c^{2}. 5*a*. e) elymosinis 5*a*.

Cap. 19. a) usque $4b^{2*}$. c^{2}. 5*a*. b) perduccetur 3; perducitur $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; producitur 5*a*. c) Audioderinsem 3; a theuderense $4b^{2*}$; Autisiodrensem $4c^{1.2}$; Authisioderinsem 5*a*. d) *ab* Anno *cap.* 20. *incipit* 3. e) *om.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. f) ::::::::::::::, *superscr. sec. m.* astrorum ignium 3; istarum ignium 3*b*. g) occidentē 1.

Cap. 20. a) Tendericus et Teudebertus 3. b) rēḡ 1. c) ad oromello 3; a Doromello 5*a*. d) priium *corr.* prelium 1. e) ipsi qui — — versi 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*; qui *post* his *om.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. f) *ita* 1; nimis *rell. libri.* g) Esera *corr.* Isera 1. h) Dentileno 3; Dentelino $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. i) recepit $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; recipit 5*a*. k) *om.* 3.

1) *Laffaux; v. Longnon, 'Atlas hist. Texte expl.' I, p.* 63. 2) *Monod, 'Archiv für Schweiz. Gesch.' III, p.* 149, *n.* 4, Teudeberti *pro* Teuderici *male scriptum esse opinatur.* 3) *Aar. Lacus Dunensis est Thunersee; cf. Longnon, 'Atlas historique. Texte expl.' I, p.* 63. 4) *Arcis-sur-Aube. Jacobs.* 5) *S. Desiderius episc. Autisiod. circa a.* 604/605. *factus, si Gestis episc. Autisiod. (ed. Duru l. l. I, p.* 332*) fides habenda est, regibus Francorum propinquus erat; cf. Gall. christ. XII, p.* 268. *Sed nescio, an, quod ad fidem attinet, Fredegarius Gestis anteponendus sit, qui illum pauperem a Brunichilde elatum habuit. Idem Digot II, p.* 109. *statuit.* 6) *V. Paulus, H. L. IV,* 15. 7) *L'Orvanne prope Dormelles (dép. Seine-et-Marne). Jacobs. Cf. Bonnell, 'Die Anf. d. Karol. Hauses', p.* 220, *n.* 2. 8) *i. e. Sequana, Seine.* 9) *L'Oise.* 10) *De ducatu Denteleno v. Jacobs, p.* 199 *sqq.; Digot II, p.* 323 *sqq.; Waitz, 'VG'. II,* 1[3], *p.* 149; *Bonnell l. l. p.* 221; *Longnon, 'Géographie', p.* 145; *'Atlas hist. Texte expl.' I, p.* 39.

21. Anno 7[a]. regni Theuderici de concubina filius nascitur[1] nomen Sigybertus, et Aegyla patricius, nullis culpis extantibus, instigante Brunechilde, legatus interficetur, nisi tantum cupiditatis instincto, ut[b] facultatem eius fiscus adsumerit[c]. Eo anno Teudebertus et Teudericus exercitum contra Wasconis dirigunt[d] ipsosque, Deo auxiliante, deiectus suae dominatione redegiunt et tributarius faciunt. Ducem super ipsos nomen Geniale instituunt, qui eos feliciter dominavit. 601/602

22. Eo anno corpus[a] sancti Victoris, qui Salodero[b][2] cum sancto Ursio[c] passus fuerat, a beato Aeconio[3] pontifice Mauriennense[d][4] invenitur. Quadam nocte in suam civitatem ei revelatur in sompnium[e], ut surgens protinus iret ad eclesiam, quam Sideleuba[f][5] regina suburbanum Genavinse construxerat; in medium eclesia designatum locum illum sanctum[g] corpus adesset. Cumque Genava festinus perrexisset cum beatis Rusticio[h][6] et Patricio episcopis, triduanum faciens[i] ieiunium, lumen per noctem, ubi illum gloriosum et splendidum corpus erat, apparuit. Quem cum selencio hii tres pontifecis, cum lacrimis et orationibus, elevato lapide, in arcam argentiam invenerunt sepultum, cuius faciem robentem quasi vivum repperunt[k]. Ibique princeps Theudericus presens aderat, multisque rebus huius eclesiae tribuens[l], maxemam partem facultates Warnacharii[7] ibidem confirmavit. Ad sepulchrum illum sanctum mirae virtutes ex ipsa diae, quo repertum est, prestante Domino, integra adsiduaetate ostenduntur. Eo anno Aetherius episcopus Lugdunensis obiit; ordenatur loco ipsius Secundinus episcopus[8]. 602.

23. Eo anno Fogas dux et patricius rei publicae victur a Persas rediens, Mauricio emperatore interfecit; in loco ipsius imperium adsumsit. 602, Nov.

Capp. 21—23. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a.

Cap. 21. a) 6. 3. b) in 3. $4b^{2*}$. c^{3}. 5a. c) adsumitur 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. d) direxerunt 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; dirixerunt 5a.

Cap. 22. a) corius 5a, *ut infra.* b) quis alodero 5a. c) Ursione 3; Urso $4b^{2*}$. c^{2}. 5a. d) Maurieninse 3; Maurinense $4b^{2*}$; Maurigennensi $4c^{1.2}$; Maurionense 5a. e) com. *corr.* som. 1. f) Sedeleuba 3. $4b^{2*}$. c^{1}. 5a. g) locum *repetit* 3. h) Rustico 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. i) ieiunium facientes 3 (?). $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a. k) repperunt *corr.* repperiunt 1. l) *om.* 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a.

1) *Pater quattuordecim annorum; v. Pertz l. l. p.* 158. 2) *Solothurn. SS. Victor et Ursus e legione Thebaeorum erant; v. Eucherius, Pass. Agaunens. mart. (Ruinart, Acta mart. Ratisb.* 1859, *p.* 320*):* Ex hac eadem legione fuisse dicuntur etiam illi martyres Ursus et Victor, quos Salodoro passos fama confirmat; *cf. Rettberg, 'Kirchengeschichte' I, p.* 109; *Lutolf, 'Die Glaubensboten der Schweiz', p.* 148 *sqq. De translatione v. Adonis Martyr., d.* 30. *Sept.:* S. Victor ad urbem Ienavensium translatus miraculorum gloria et veneratione fidelium celebratur. 3) *Cf. Pass. SS. Victoris et Ursi (Lutolf l. l. p.* 175*):* Hiconium Mauriennensem, discipulum olim beati Cadooldi Vienensis episcopi et ab eodem episcopo Mauriensi *(sic)* ordinatum, Rusticium atque Patricium cum aliis simul sacerdotibus et nobilibus undecumque viris. *Hiconius conciliis Matisc. I. et II. a.* 581. *et* 585. *subscripsit.* 4) *Saint-Jean-de-Maurienne.* 5) *Cf. supra lib. III, c.* 18. *Ecclesiam a Theudesinde regina conditam esse, auctor Passionis SS. Victoris et Ursi narravit (Lutolf l. l. p.* 174*):* Cum apud Burgundiorum gentem Gundisolus regnaret, opere Theudesinde illustris regine amore beatissimi martyris Victoris non longe a Genevensi urbe basilica fundata et honesto situ constructa est. *At ei fidem abrogavit Jahn. Cf. AA. SS. Sept. VIII,* 275. 6) *Rusticius* 13, *Patricius* 14. *episcopus in catalogo epp. Genavensium laudantur; cf. Gelpke, 'Kirchengeschichte d. Schweiz' II, p.* 53 *sqq., Jahn II, p.* 164 *n., qui alterum coadiutorem alterius fuisse opinantur. Ruinart autem alterum Octodurensem fuisse episcopum probe coniecit. Vero auctor Passionis SS. Victoris et Ursi (Lutolf l. l.):* Ex duobus, *inquit*, supra dictis episcopis alter Hocthodorensium, alter ex oppido Darentensium fuit. Tunc temporis sanctus Papolus mire sanctitatis vir senio iam gravatus Genevensium habebatur episcopus. 7) *Cf. supra c.* 18. 8) *V. Gall. christ. IV, p.* 39. *Secundino anno insequenti Aridius iam successerat; cf. infra c.* 24.

602/603. 24.[a] Anno 8[b]. regni Teuderici de concubina nascitur ei filius nomen Childebertus, et senodu ∞ Cabillonno collegitur[1]. Desiderium Viennensem episcopum deieciunt[c, 2], instigante Aridio Lugdunensi episcopo et Brunechilde, et[d] subrogatus est loco ipsius sacerdotale officio Domnolus[3]; Desiderius vero in insula[4] quedam[e] exilio retrudetur. Eo anno sol obscuratus est[5]. Eo quoque tempore Bertoaldus genere Francos maior domus palacii Teuderici[f] erat, morebus mensuratus, sapiens et cautus, in prilio fortis, 603/604. fidem cum omnibus servans. Anno 9[g]. regni Teuderici nascitur ei de concubina filius nomen Corbus. Cum iam Protadius genere Romanus vehementer in palacium ab omnibus veneraretur, et Brunechildis stubre gratiam eum vellit honoribus exaltare, defuncto Wandalmaro[h] duci[i], in pago Ultraiorano et Scotingorum[6] Protadius patricius ordenatur instigatione Brunechilde. Ut Bertoaldus pocius interiret, eum ripa Segona[k] usque Ocianum mare per pagus et civitates fiscum inquerendum dirigunt[7].

25. Bertoaldus a[a] Teuderico directus, cum trecentus tantum viros illis partibus properavit. Cumque Arelao[b, 8] villa venisset et venationem inibi exercerit, haec conperiens Clotharius, filium suum Maeroeum et Landericum maioris domus cum exercitum Bertoaldum opprimendum[c] direxit et maximam partem inter Segona et Legere pagus et civitates de regno Theuderici presumpsit contra pactum pervadere. Bertoaldus haec audiens, cum sustenere non prevalebat, terga vertens, Aurilianes ingreditur, ibique a vero beatissimo Austreno[d] episcopo suscepetur. Landericus cum exercito Aurilianes circumdans, vocabat Bertoaldum, ut[e] exiret ad prilium. Bertoaldus de muro respondens: 'Nos duo singulare certamen, si me expectare deliberas[f], reliqua multetudine procul suspinsa, iungamus ad prilium; a Domino iudecemur'. Sed haec Landericus facere distulit. Addens Bertoaldus dixit: 'Dum facere non audes, proximum temporis domini nostri pro ea que facetis[g] iungent ad prilio. Induamur uterque, ego et tu, vestibus vermiclis[9],

Capp. 24. 25. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 24. a) *distinctione carent* $4b^{2*}$. c^{1}. b) septimo 3. c) et *add.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. d) *om.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. e) q.dam (?) 1; quidem 3. f) erat Th. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. g) 8. 3. h) Waldelmaro $4b^{2*}$; Waldalmare $4c^{2}$. i) duci *corr.* duco 1. k) Sigona *semper* 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; Sygona *semper* 5*a*.

Cap. 25. a) ad Theudericum (Theodericum 5*a*) 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. b) Arelauno 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; Arelai 5*a*. c) prȩmendo 3; pr(a)emendum $4b^{2*}$. 5*a*; deprehendendum $4c^{1.2}$. d) Austrino 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. e) venire ad p. (*om.* ut) 3. f) deliberans 5*a*. g) facis 3.

1) *V. Mansi, Coll. Conc. X, p.* 493. 2) *Cf. V. Columbani n.* 54, *Mabillon, AA. SS. saec. II, p.* 26. 3) *Domnulus concilio Parisiensi a.* 614. *vel* 615. *subscripsit; cf. Friedrich, 'Drei unedirte Concilien', p.* 22. 4) *V. Vit. Desiderii auctore Sisebuto (Migne, Patrol. Lat. LXXX, p.* 378*)*: quae instructa, in concilio questa est, a beatissimo vim stuprum Desiderio esse sibi quondam illatum, — — quem statim homines punituri ab honore privatum exsilio ad monasterium insula religarunt. Subrogatur ei pseudosacerdos Domnolus quidem nomine. 5) *Die* 12. *Augusti a.* 603. 6) *Scotingorum pagi situm discimus ex Vita sancti Anatolii episcopi (AA. SS. Febr. I, p.* 359*), Salinarum patroni, quae habet 'Scodinga in Sequanis, ubi nunc Salinarum locus'. Salinae vero, vulgo Salins, opidum est ad Foricam amnem in Burgundiae comitatu Dolam inter et Vesontionem, quod archidiaconatus cognominis est caput. Vide notitiam Valesii (p.* 508*) ad verbum* Scutingi. *R. Cf. Zeuss, p.* 584 *sqq.; Guérard, 'Provinces et pays de France' ('Annuaire hist. pour l'année* 1837, *publié par la Soc. de l'histoire de France') Paris.* 1836, *p.* 135*; Jacobs, p.* 226*; Gisi in 'Anzeiger für Schweizerische Gesch.'* 1884, *p.* 288. 7) *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 92. 8) *Vatteville la Rue conicit Jacobs, p.* 191*; Arelaunum silvam ('la forêt de la Brotonne') intellexit Longnon, 'Géographie' p.* 137. 9) *Cf. Gloss. Pap.:* Vermiculum rubeum sive coccineum. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus, in quo lana tingitur, quae vermiculum appellatur. *Ital. 'vermiglio'; Gall. 'vermeil'; Hisp. 'bermejo'.*

precedamus[a] chetheris; ubi congressus erit certamenis, ibique tua[b] et mea utilitas adparebit; promittentes ante Deum ab invicem, promissionis huius[c] veritatem subsistere'.

26.[a] Cumque haec in diem festi sancti Martini antestites actum fuisset, [Nov. 11.] Theudericus cum haec conperisset, quod a[b] Clothario pars regni sui contra pactum fuerat pervasum, nativitate Domini [Dec. 25] protinus cum exercitum Stampas[c. 1] super fluvio Loa pervenit; ibique[d] obviam Meroeus, filius Clotharii regis, cum Landerico et magno exercito venit. Cum esset artus pervius ille, ubi Loa fluvius transmeatur, vix tercia pars exercitus Teuderici transiverat, initum est prilium. Ubique Bertoaldus secundum placetum adgreditur, vocetans Landericum; sed Landericus non est ausus[e], ut promiserat, tantum huius certaminis congressionem adire. Ibique Bertoaldus cum nimis citeris precessisset, ab exercito Clothariae cum suis interficetur, nec vellens exinde evadere, dum senserat se de sui gradus honorem a Protadio degradandum. Ibique Meroeus, filius Clothariae, capetur; Landericus in fuga versus est; nimia[f] multitudo exercitus Clothariae in eo prilio gladio trucidatus est. Teudericus victur[g] Parisius ingreditur. Teudebertus pacem cum Clothario Conpendio villa inivit, et uterque exercitus eorum inlesus redit ad propriam. Anno 10. regni Theuderici Protadius, instigante[h] Brunechilde, Teuderico iobente, maior domi substituetur, [604/605]

27. cum esset nimium argutissimus et strenuus in cunctis, sed saeva illi fuit contra personas iniquitas; fiscum nimium stringens, de rebus personarum ingeniose fisco vellens implere[a] et se ipsum ditare[a]. Quoscumque de gentem[b] nobilem repperiret, totusque[c] humiliare conabat, ut nullus[d] repperiretur, qui gratum quem adriperat potuisset adsumere. Haec[e] his et alies nimia sagatitate vexatus, maximae cunctos in regno Burgundiae locratus est inimicus. Cum Brunechildis nepotem suum Teudericum integra adsiduetate monerit[f], ut contra Teudebertum moverit exercitum, dicens, quasi Theudebertus non esset filius Childeberti[2], nisi cuiusdam ortolanum, et Protadius[g] ipsoque[h] consilio adsistens[i], tandem iusso Teuderici movetur exercitus. Quod cum loco nomen Caratiaco[k. 4] Teudericus cum exercito castra[l] metasset[m], ortabatur a leudibus suis, ut cum Theudeberto pacem iniret. Protadius singulos ortabatur, ut prilium committeretur. Teudebertus nec procul exinde cum exercito resedebat. Tunc omnes exercitus Teuderici, inventa occasione, supra Protagio[n] inruunt, dicentes, melius esse uno hominem moriturum[o], quam totum[p] exercitum in periculum missum. Protadius in tenturio Teuderici regis cum Petro archyatro tabulam ludens sedebat. Cum eum undique[q] iam exercitus circumdasset, et Teudericum leudis suae[r] tenebant, ne illuc adgrederit, misit

Capp. 25. 26. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. *Cap.* 27. 1. 3. $4c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 25. a) *ita* 1 (precedamos *Monod*). $4b^{2*}$; praecidamus 3; praecedamur $4c^{1.2}$; precidamur 5*a*. b) et mea et tua appar. util. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. c) *scr.* has; rei *add.* 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 26. a) *distinctione carent* $4c^{1.2}$. b) quod Clotharius (Chlotario $4b^{2*}$; Chlotarii $4c^{1.2}$; Chlothario 5*a*) 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. c) stam pas. pro fluvi Loa 5*a*. d) ibi quod 5*a*. e) Landericus non est consilii habundans $4b^{2*}$, *om.* ausus — *c.* 28. plenitudinem. f) n. (nimium 3) multitudine 3. 5*a*. g) victu: 1; victor 3; victus 5*a*. h) instante 1; instigante *codd. rell.*

Cap. 27. a) impleri — ditari $4c^{1.2}$. b) de genere nobili (nobile 5*a*) $4c^{2}$. 5*a*. c) que *om.* $4c^{2}$. 5*a*. d) nullis $4c^{1}$; in nullis $4c^{2}$. e) et *add.* 3. $4c^{1.2}$. 5*a*. f) nonerit 1; moneret 3 (?). $4c^{1.2}$. 5*a*; monuerit 3*b*. g) Protadium $4c^{1.2}$. h) ipso quoque $4c^{1.2}$. 5*a*. i) adsistente $4c^{1.2}$. k) Caratiacto $4c^{1.2}$; Caracinto 5*a*. l) *om.* $4c^{1.2}$. m) *extremum* t *pr. m. adiecit* 1. n) Protad. 3. $4c^{1.2}$. 5*a*. o) mori — — mitti $4c^{1.2}$; morituro 5*a*. p) tantum e. 3. 5*a*; tanto exercitu $4c^{1.2}$. q) cum *repetunt* 3. 5*a*. r) *om.* 3. $4c^{1.2}$ (*ubi* tenerent). 5*a*.

1) *Étampes ad fl. la Jouine, cui paulo infra la Louet fl. incidit. Jacobs.* 2) *V. Waitz, 'VG.' II, 2*[3], *p. 92.* 3) *Et Theudebertus et Theudericus Childeberti filii erant, teste Gregorio, H. Fr. VIII, 37. IX, 4.* 4) *Quiersy-sur-Oise prope Noyon.*

Uncelenum[a], ut suae iussionis verbum nunciaret exercitum, ut se de insidias Protadiae removerint. Uncilenus protinus ad exercitum nuncians dixit: 'Sic iobet domnus Theudericus, ut interficiatur Protadius'. Inruentes super eum, tenturium[b] regis gladio undique incidentis, Protadium interficiunt[c]. Teudericus confusus et coactus cum fratri Teudeberto pacem inivit, et inlesus uterque[d] exercitus revertit ad propriis sedibus. Post discessum Protadiae

605/606. 28. anno 11. regni Teuderici subrogatur maior domus Claudius genere Romanus, homo prudens, iocundus in fabolis, strenuus in cunctis, pacienciae deditus, plenitudinem[a] consiliae habundans, litterum[b] eruditus, fide plenus, amiciciam cum omnibus sectans. Priorum[c] exempla metuens, lenem se et pacientem huius gradi ascensus ostendit; sed hoc tantum inpedimentum habebat, quod saginam esset corpore adgravatus.
606/607. Anno 12. regni Teuderici Uncelenus, qui ad mortem Protadiae insidiose fuerat locutus, instigante Brunechilde, pede truncatum, de rebus expoliatus ad revillitatem[d, 1] perductus est.

29. Vulfos patricius, idemque Brunechilde instigante consilio, qui mortem Protadiae consenserat, Fauriniaco[2] villa, iobente Teuderico, occidetur, et in patriciatum eius Ricomeris[a] Romano generis subrogatur. Eodem[b] anno natus est de concupina Teuderici filius nomen Meroeus, quem Clotharius de sancto lavacro suscepit.

30. Eodem anno Teudericus Aridium episcopum Lugduninsem, Rocconem et Aeborinum[a] comestaboli ad Bettericum[b] regem Spaniae direxit, qui exinde Ermenberta[c], filia eius, Teuderico matrimonio sociandam adducerint. Ibique datis sacramentis, ut a Teudericum ne umquam a[d] regno degradatur[e], ipsamque accipiunt et Teuderico Cabillonno presentant; quem ille gaudens diligenter suscepit. Eadem factionem aviae suae Brunechilde virile coitum non cognovit; instigantibus verbis Brunechilde ava et Teudilane[f] germana, efficetur odiosa. Post anni circulum Theudericus Ermenbergam expoliatam a thinsauris Spaniam retransmisit[3].

31.[a] Bettericus haec indignans, legationem ad Clothario direxit. Legatus Clothario cum Betterici[b] ad Teudebertum perrexit. Iterum Teudeberti legati cum Clothario et Betterico legataries ad Agonem regem Aetaliae accesserunt, et unianimiter hii quattuor regis cum exercitum undique super Theudericum inruerint[c], regnum eius auferrint[d] et eum morte damnarint, eo quod tantam de ipso reverentiam ducebant. Legatus vero Gothorum, evicto navale, de Aetaliam per mare Spaniam revertitur; sed haec consilius divino noto non sortitur effectum. Quod cum Theuderico conpertum fuisset, fortissime ab eodem[e] dispicetur[3].

Cap. 27. 1. 3. $4c^{1.2}$. *5a.* *Capp.* 28—31. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5a.

Cap. 27. a) Uncilin. *semper* 3. $4c^{1.2}$; Uncilenum 5a (*infra* Uncelin. *et* Uncilaen.). b) in tentorio r. gladium (gladiis $4c^{2}$) $4c^{1.2}$. c) interficerunt 3. d) utrisque $4c^{1.2}$.

Cap. 28. a) *redit* $4b^{2*}$; *cf. supra p.* 131, *l.* 39. b) *ita* 1, *ut infra c.* 42: litterum eruditus; litterarum 3 (?). *3b. 5a*; litteris $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. c) prior 3. *5a*; prius $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. d) *ita* 1; brevitatem 3; vilitatem $4b^{2*}$. $c^{1.2}$; debilitatem *5a.*

Cap. 29. a) Rigomeris 3. b) Eo 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. *5a.*

Cap. 30. a) Eborino $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. b) Pettericum $4b^{2*}$. c^{1}; Pett. *corr.* Bett. $4c^{2}$; Bettheric. *semper* 5a. c) Ermenbergam 3. $4c^{2}$; Ermembergam $4b^{2*}$; Ermenberga 5a. d) ad regnum 3; de regno $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. e) *ita* 1; degradaretur *rell.* f) Teudelane 3; Thendalene $4b^{2*}$; Theodelan(a)e $4c^{1.2}$; Theudelan 5a.

Cap. 31. a) *hoc caput praecedenti coniunctum est* 1. 3. 4a. b^{2*}. 5a; *sed distinctio et indice praemisso et proximo cap. confirmatur, quod* 32. *in* 1 *dicitur.* b) legato *add.* $4b^{2*}$. $c^{1.2}$ (ubi legatu). 5a. c) *ita* 1; ut *add. rell.* d) auferrint *corr.* auferrent 1. e) eo 3.

1) *i. e.* revilitatem. 2) *Faverney ad fl. Lanterne, dép. Haute-Saône. Jacobs.* 3) *Hanc rem solus Fredegarius tradidit. Cf. Dahn V, p.* 174.

32.[a] Eo anno Teudericus consilio Aridio[1] episcopo Lugduninse perfedum utens et per suasum avae suae Brunechilde sanctum Desiderium de exilium egressum[b] lapidare praecipit[2]. Ad[3] cuius sepulcrum mirae virtutes a diae transitus sui Dominus integra adsiduaetate ostendere dignatur; per quod credendum est, pro hoc malum gestum regnum Theuderici et filiis suis fuisse distructum.

33. Eo anno, mortuo Betterico[4], Sisebodus Spaniae successit in regno, vir sapiens et in[a] totam Spaniam laudabelis valde, pietate plenissemus[b]. Nam et adversus manum publecam[5] fortiter demicavit; provinciam Cantabriam Gothorum regno subaegit, quam aliquando Franci possederant[6]. Dux Francio[6] nomen[c], qui Cantabriam in[d] tempore Francorum egerat[e], tributa Francorum regibus multo tempore impleverat; sed cum[f] parte imperiae fuerat Cantabria revocata, a Gothis, ut super legetur, preoccupatur, et plures civitates ab imperio Romano Sisebodus litore maris abstulit et usque fundamentum destruxit. Cumque Romani ab exercito Sisebodi trucidarentur, Sisebotus dicebat pietate plenus: 'Eu me misero, cuius tempore tante sanguis humanae effusio fietur[7]!' Cuiuscumque potebat occurrere, de morte liberabat. Confirmatum est regnum Gothorum in Spaniam per mare litora usque Paereneos[g, 8] montes.

34. Ago rex Langobardorum accepit uxorem Grimoaldi et Gundoaldi[a] germanam nomen Teudelendae[b, 9] ex genere Francorum[c], quem Childebertus habuerat disponsata[d]. Cum eam consilium Brunechilde postposuisset[e], Gundoaldus cum omnibus rebus se cum germanam Teudelende in Aetaliam transtulit et Teudelindae matrimonium Agonem

Capp. 32—34. 1. 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

Cap. 32. a) 31, *et sic deinceps* 3; 30, *et sic deinceps* $4b^{2*}$; *distinctione caret* $4c^{2}$. b) regressum $4b^{2*}$. c^{2}.

Cap. 33. a) *ita* 1. $4c^{1.2}$; *om.* 3 (?). $4b^{2*}$; per 5*a*. b) plenus 3. $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*. c) Francion (*om.* nomen) 3. d) *om.* 5*a*. e) egerant 3. f) a *add.* 5*a*. g) Parencos *corr.* Paereneos 1; Pireneos 3. 5*a*; Pirineos $4b^{2*}$; Perineos $4c^{1}$; Pereneos (?) *corr.* Pireneos $4c^{2}$.

Cap. 34. a) Gandoaldi 5*a*. b) Theulindę 3. c) F:::::::: *pr. m.*, Baioariorum *sec. m.* (*sic etiam* 5*a**) $4b^{2*}$. d) disponsatā 1. e) postposuit $4b^{2*}$. $c^{1.2}$. 5*a*.

1) *Aridius, quem die* 4. *Id. Oct. a.* 611. *diem obiisse putaverunt, synodo Parisiensi a.* 614. *vel* 615. *celebratae subscripsit.* 2) *Ionas, V. Columbani:* Eo tempore Theodoricus atque Brunechildis non solum adversus Columbanum insaniebant, verum etiam et contra sanctissimum Desiderium Viennensis urbis episcopum adversabantur, quem primo exsilio damnatum, ad postremum glorioso martyrio coronaverunt. *Cf. V. Desiderii a Sisebuto conscriptam, Adonis chron., Migne, Patr. Lat. CXXIII, p.* 111, *unde intellegitur, Desiderium* super fluvium Calaronam *interfectum esse. Quod a.* 607. *factum est; cf. Gall. Christ. XVI, p.* 29. 3) *V. Vitam Desiderii:* ad cuius venerantissimum corpus tanta Christus conferet copia sanitatum. 4) *Bettericus m. Octobr. a.* 610. *obiit, cui a.* 612. *demum Sisebodus successit. Gunthimari regnum* (610—612) *Fredegarius ignoravit.* 5) *Id est adversus Romanos seu imperatorem. Alias saepius rem publicam appellat et infra imperii partem. R. Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 118. 6) *Hanc fabulam esse, recte censuit Dahn V, p.* 120. 177, *n.* 3. *E nomine Francionis ducis intellegitur, ex eodem fonte haec fluxisse, unde Francio ille, qui populo nomen dedisse dicitur, originem traxit. Cf. supra lib. II, c.* 5, *lib. III, c.* 2. 7) *Cf. ep. Sisebuti ad Caesarium (Migne, Patrol. Lat. LXXX, p.* 367*):* quod si bella surgant, si mucro fervidus in qualibet parte desaeviat, si vita hominum tempus bellicosum non exigat, quam opinaris pro tantis sceleribus, pro ingestis cladibus, pro funestissimis inlatis vulneribus Deo reddere rationem? *Vide Dahn, 'Könige der Germanen' V, p.* 178, *n.* 4, *cui vix concedam, Fredegarium hac epistula usum esse.* 8) *A.* 615. 616*; cf. Dahn l. l. p.* 179. 9) *A.* 590. *una cum regno Theudelindam, filiam Garibaldi regis Baioariorum, viduam Autharii, Ago uxorem accepit; cf. Paulus III,* 35*; Pabst l. l. p.* 426*; Riezler, 'Gesch. Bayerns' I, p.* 73. *Eam cum Gundoaldo fratre ad Autharium confugisse, narrat Paulus III,* 30.

Altera epistulis Cassiodori praefixa, e Fredegario (II, c. 57. 58), Paulo[1] *(Hist. Rom. l. XV. XVI), Libro pontificali (V. Symmachi, Hormisdae, Iohannis), Gregorio (Dial. IV, 30) conscripta est, sed quae Fredegarius sermone rustico narravit, hic expolivit excoluitque nexusque causarum latentium indagare studuit. Hanc Vitam Fuldensem appellamus, cum in hac urbe scripta esse videatur. Codex enim unicus atque, nisi fallor, autographus Leidensis*[2] *inter Vulcanios nr. 46. signatus et saec. XII. ex. scriptus, f. 187, formae maximae, 'e monasterio beatae Mariae virginis extra muros oppidi Fuldensis' originem traxit. Fol. 3. haec leguntur:*

Iussu Rŏggeri liber altae materiei
Is meruit fieri matris et esse Dei.
Quem si quis vendat vel furtim tollere tendat,
Multetur penis acriter igniferis.

Ruggerus II. a. 1176—1177. *abbas Fuldensis erat, postquam monasterio S. Mariae in monte episcopi praefuit*[3]. *Post versus, quos dixi, hoc argumentum litteris maiusculis exaratum est:* In hoc volumine continentur Gesta Theoderici regis et epistolae eiusdem numero 300 et una. Liber etiam qui intitulatur Didascalon.

Quod iterum versus excipiunt:

Rugger prepositus, morum summa redimitus,
Me iussit scribi, virgo Maria, tibi.
Cuius sit merces cum sanctis gloria perpes,
Quam non inveniat, me tibi qui rapiat.

Fol. 3'—9'. *Gesta Theoderici manu recentiore correcta et marginalibus aucta, fol.* 10—129'. *Cassiodori Senatoris Variae*[4], *fol.* 130'—186'. *Hugonis magistri Didascalon occupant. Fol.* 1'. *Theodericus rex, f.* 2. *Cassiodorus Senator, f.* 130. *Hugo magister variis coloribus eleganter picti sunt. Hunc librum Berolinum benevole transmissum cum exemplari, quod Bethmann v. c. fecerat, ipse contuli.*

Tertiae Vitae auctor fere nihil egit, nisi quod Aimoinum (I, 9. 10. 11, *II,* 1*) ad verbum exscripsit. Itaque dum priorem libellum arte quadam e diversis chronicis compositum esse negare nequis, hic transcribendi tantum studium laudandum est. Codices tres noti sunt:*

1) *Codex Bruxellensis nr.* 4877—4886 *formae octavae, saec. XIII. in., olim S. Mariae de Villari, inter cetera hanc Vitam continet*[5], *quae fine caret. Titulus inscriptus est valde prolixus:* De vita et regno Theoderici, et quomodo Symmacum et Boecium et Iohannem papam occiderit, unde et dicitur vulgo Theodericus de inferno ad incuciendum pudorem his, qui prae timore temptationis ad matris uterum, id est ad vitam secularium, refugiunt; *cf. Thorbecke l. l. p.* 22. *Vitam nescio quis in usum nostrum descripserit.*

2) *Codex Vaticanus reginae Christinae nr.* 692 *(olim* 315. 785. 653*), membr. formae maximae, saec. XII*[6], *Gaufridi h. Brit., Bedae h. eccl., Einhardi V. Karoli, V. Ludovici Pii, Chron. regum Franc., V. Theoderici continet. Hunc Mau v. c. contulit.*

3) *Codex comitis de Ashburnham, Append. nr.* 101, *saec. XIV, f.* 41'. *'Vitam Theodorici regis Gotorum' continet. Incipit:* Antenio Romanum imperium gubernante; *cf. 'N. Archiv' IV, p.* 617.

1) *Scriptor codicem Berolinensi, Lat. IV,* 1. *saec. XII, similem habuit.* 2) *V. 'Archiv' VII, p.* 241. 3) *V. Thorbecke, 'Ueber die Gesta Theodorici' p.* 4. 4) *Desinunt:* Finiunt epistolae Theoderici regis numero trecentae et una. Reliquarum exemplaria longe lateque requisita reperire non potuimus. 5) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 493. 6) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 303.

Hanc Vitam I. Peringskiöld in Cochlaei Vita Theodorici, Stockholm. 1699, p. 171—184, e codice 2 edidit.

De Gestis Theoderici August Thorbecke in programmate Gymnasii Heidelbergensis 1875, docte egit, qui fontes optime detexit, fragmenta quoque secundae et tertiae Vitae e codicibus Leidensi[1] *et Bruxellensi edidit. Nos utramque integram publici iuris fecimus textumque in capita divisimus.* *B. K.*

1. VITA FULDENSIS.

(*f. 3'.) *RELATIO SECUNDUM FIDEM CHRONICORUM, QUIS FUERIT THEODERICUS ILLE, CUI SEQUENTES EPISTOLAE SUNT ANNOTATAE.

(cf. Fred. II, 57.) (1). Regnante[a] Leone imperatore augusto, Macedonia Romanis rebellavit. Qua subiugata, exercitus Romanorum multos nobiles pueros eiusdem provinciae dicioni suae (cf. Paulus H. R. XV, 12.) subdens, abduxit. Inter quos Theodomer, frater Walameris regis Ostrogothorum, capti- (cf. Fred. I, 1.) vus cum Arilewa quadam puella valde speciosa ducitur, et Idatio patricio atque uxori suae Eugeniae Romanis civibus traduntur. Quibus adultis, tanta dilectione idem Theodomer predictam puellam amplectitur, ut manifestis indiciis id ab Idatio simul et uxore eius Eugenia cognosceretur. Itaque cum eadem matrona sterilis maneret, marito suo de eisdem pueris suggessit et, ut coniugio copularentur, assensu eiusdem effecit. Deliberavit siquidem animo, si partum dignum suae generositati proferret, heredem sibi fieri et dominum rerum suarum haberi. Mutavit (Fred. I, 1.) autem nomen virginis, quam Lilia vocavit[2]. Igitur nuptiarum nocte instante, precepit Eugenia Liliae, ut, quicquid visu noctis animus ipsius conciperet, de mane sibi referret. Erat namque in votis antiquorum, nubentibus prima nocte vera occurrere futurorumque causam concipere. Circa medium itaque noctis vidit Lilia, natam fuisse de umbilico ventris eius arborem tante celsitudinis, quae nubes penetraret. Quod visum marito suo Theodomeri statim retulit, et quid sibi iniunxisset domina ipsorum, insinuavit. Qui timens, ne in suspicionem dominis oriretur, aliud somnium finxit, quod ipsis referri in mane precepit. Reddito die, dominis suis rettulit, equum et equam, ambos pulcherrimos omnium et comam nimiae pulchritudinis habentes, in domo sua deambulasse, quos poledrum[b. 3] admodum speciosum secutum fuisse. Haec cum audissent, futurum puerum et ipsos libertati donaverunt, (*f. 4.) et per tabularum scriptionem firmantes, rebus pluribus ditaverunt. Peperit igitur *Lilia filium, quem vocavit Theodericus. Qui alitus in domo dominorum suorum, maxima cura fovetur, et adoptivus illis factus, heres omnium rerum suarum creatur. Post haec Theodomer, quia libertati donatus fuerat, patriam remeabat, relicta Romae Lilia cum Theoderico filio. Interiecto vero brevi spacio, mortua Eugenia atque Idatio, Theodericus iura adoptionis matri Liliae optulit, ipseque patrem suum Theodomerem repatriando requirit.

(Paul H. R. XV, 11) (2). Eodem tempore, mortuo Attala rege Hunorum, Walamer Hunis eisdem, quibus tributa persolvebat, propter insolentiam Attale regis ipsorum dominium avite libertatis [memor[a]] excussit et Ardericum regem Gepidarum ceterasque gentes Hunis subiectas in eadem facienda provocavit. Huni itaque dolentes, Walamerem haec fecisse,

Capp. 1. 2. Cod. Leid. Vulcan. nr. 46.

Cap. 1. a) versus 1 et 2 litteris maioribus scripti sunt cod. b) o in litura scr. cod.

Cap. 2. a) desideratur cod., ex H. R. suppleri.

1) *Apographon quo utitur non satis accurate scriptum erat.* 2) *Ita scriptor nomen Paulinum Arileuvam cum Lilia Fredegarii conciliavit.* 3) tercius aequus parvolus *Fred.* Poledrus *pro pullo equino accipitur; cf. Ducange ed. Henschel V, p. 330.*

ut fugitiva mancipia ipsum cum suis insequentes, ad servitutem pristinam armis aggressi sunt revocare. Igitur Walamer, cumglobatis suis, duce Theoderico, fratrueli suo, super Hunos irruit tantaque cede in eos grassatus est, ut de reliquo qui superfuerunt Huni Ostrogothorum arma formidarent. Paul. H. R. XV, 11.

(3). Illiricum deinde Gothis[a] vastantibus Zeno[b] imperator occurrit[1] multosque ex eis captivavit. Ib. c. 12. Quibus pacificatis, predictus imperator Theodericum obsidem accepit, aliis Walamere relictis. Postea a Cyris Walamer occiditur, et Theodomeri, eius germano, regni[2] diadema imponitur. Diviso deinceps regno, Theodomer Orientis, Witimer vero, iunior frater ipsius, Occidentis sortitur regnum devastandum; sed mox ut[c] Witimer Italiam ingressus est, rebus excessit humanis, successorem regni Witimerem, filium ipsius, relinquens. Witimer vero, acceptis ab[3] imperatore muneribus, Gallias tendit, seseque cum parentibus Wisigotis iungens, unum populum effecit. Interea dum Witimer, sua[4] vi patrata victoria, domum revertitur, Theodomer[c] Theodericum filium a Leone imperatore remissum cum matre gratum accepit. Qui Theodericus cum[c] iam 18. etatis ageret annum, inscio patre, aliquantos sibi satellites assumit vicinamque sibi Sarmatarum gentem invadit et opima ex eorum manibus[d] patri spolia predamque copiosam reportavit.

(4). Theodomere itaque vita decidente, universis adnitentibus, ad regni gubernacula Theodericus ascendit. Ib. c. 13. Quod dum ad Zenonem augustum[*] fuisset perlatum, gratanter accepit et eum ad se Constantinopolim evocavit, magno simul honore et diviciis extulit in tantum, ut etiam consularibus *fascibus eum sublimaret, quae dignitas post imperiale fastigium prima est, ereamque equestrem illi statuam ante suum palatium collocaret. *f. 4'.

(5). Sed cum huiusmodi deliciis Theodericus Constantinopoli afflueret, gens illius, id est Ostrogothae, dum eis propter fidei sanctionem predas agere more solito non liceret, nec tamen ab imperatore oblata stipendia sufficere possent[a], cepere non minimam egestatis penuriam pati. Ib. c. 14. Execrantur itaque fędus compositum, vituperant inutilem pactionem mittuntque continuo ad Theodericum, qui dicerent, quia, dum ipse Grecorum epulis superflueret, inopiae miserias sustinerent; hortantur, ut, si sibi suisque consulere velit, cicius redeat, ne, si cuncta eadem gens pessundetur, novas ad habitandum terras requirant. His Theodericus cognitis ad augustum Zenonem accedit, questus penuriamque suorum exponit, Italiam sibi dari postulat, absolutionem efflagitat, adiciens, quia, si superare Odovacrem possit Italiamque obtinere, ad eius redundaret gratiam[b], a quo directus fuisset; si in bello superatus foret, eius nichilominus lucris accresceret, quandoquidem cottidianorum stipendiorum exactoribus careret. Eadem hora legati Romanorum[5] supervenerunt, qui pro defensione rei publicae Theodericum illis in patriciatus dignitatem ordinari postulabant, eo quod importunitate hostium amplius eandem tueri non possent. cf. Fred. l. l. Talia Zeno audiens, contristatus quidem est, eo quod eum nollet amittere; attamen, deliberato consilio, rei publicae utilitati prospiciens, peticionibus utrorumque annuit. Paulus l. l. Italiam ei tribuens, sacri velaminis dono confirmavit, senatum illi populumque Romanum commendans, abire permisit.

(6). Egressus igitur Constantinopolim Theodericus[a] Ostrogothos revertitur hortaturque, Ib. c. 15.

---

*) qui Leoni successerat *pr. m. in marg. add. cod. (om. Paulus).*

Capp. 2—6. Cod. Leid. Vulcan. nr. 46.

Cap. 3. a) h *pr. m. superscr. cod.* b) *ita cod. Berol. Pauli;* Leo *rell.* c) *ita codex Berol. Pauli.* d) *ita Berol. Pauli pro* manubiis.

Cap. 5. a) *ita Berol.;* possint *rell. libri Pauli.* b) gloriam *Paulus.*

Cap. 6. a) ad *desideratur.*

1) foedus iniit *Paulus; at* foedus *om. cod. Berol.* 2) regia iura suscepit *Paulus.* 3) Glyerio *add. Paulus.* 4) Suavis *Paulus.* 5) *A Gothis legatos missos esse, Fredegarius rettulit.*

[Paul. H. R. XV, 15.] ut quam primum parati sint, quatinus possessuri Italiam proficiscantur. Attamen, priusquam Italiam adventaret, Strapstilam[a] Gepidorum regem, insidias sibi tendentem, bello superans, extinxit; Busan quoque Bulgarorum regem magna simul cum suis agminibus cede prostravit. Egressus itaque a Misia cum omni Ostrogothorum multitudine universaque suppellectili, per Sirmium Pannoniasque iter faciens, ad Italiam venit. Ac primum iuxta Sontium flumen, qui [*f. 5.] non *longe ab Aquileia labitur, castra componens, dum uberrimis quae eo loco habentur pascuis fatigata aliquantulum ex itineris longitudine iumenta reficeret, ibi mox ei cum grandi suorum exercitu totisque Italiae viribus Odovacer occurrit. Quem Theodericus alacriter excipiens, magno superatum prelio postremo in fugam[b] convertit. Exinde movens castra Theodericus, cum Veronam venisset, iterum adversus eum idem Odovacer non minori quam prius belli sese apparatu opponit. Contra quem Theodericus haut procul a Veronensi urbe confligens, nimia eius exercitum cede contrivit, ipsumque pariter et omnem illius multitudinem dare terga coegit. Qui dum fugae metu se precipites in Athesim fluvium mergunt, ex magna parte rapidissimis eius gurgitibus implicati suffocantur.

[Ib. c. 16.] (7). Theodericus vero dum ipso impetu subsequitur fugientes, Veronam ilico, pavore civibus consternatis, invadit. Odovacer autem cum his qui evaserant fugiens, Romam contendit; sed, obseratis continuo portis, exclusus est. Qui dum sibi denegari introitum cerneret, omnia quae attingere potuit gladio flammisque consumpsit. Inde quoque digrediens, Ravennam ingressus est; ibique quibus se tueri posset adversus hostes, municionum preparare obstacula cepit. Theodericus itaque Verona exiens, Mediolanum pervenit. Ubi dum consisteret, magna ad eum multitudo militum pluresque Italiae populi convenere; sed, paucis interiectis diebus, rursus exercitus diversarum[1] urbium Odovacris se partibus reddidit. Ea res Theodericum in tantum perterruit, ut se simul et exercitum suum cum matre et cum sororibus suis apud Ticinensem urbem muniret.

[Fred. l. l.] (8). Accidit autem die quadam, eundem Theodericum impari manu adversus hostes exire, unde victus, compulsus est fugam inire. Qui sic fugiendo cum ad matrem suam ingressus fuisset, illa timens filio et suis, ne capti ab hostibus mortem aut, quod ea gravius est, captivitatis et afflictionis erumnas incurrerent, dixit ad filium: 'Non est, ubi fugias, fili, nisi levem vestimenta mea, ut ingrediaris uterum, de quo [*f. 5'.] natus es'. *Quod ille audiens, in tantum verecundabatur, ut mortem mallet incurrere, quam postmodum hostibus cedere.

[Paulus l. l. c. 17.] (9). Talium rerum varietates Burgundionum rex Gundebaldus aspiciens, Ligurgiam[a] cum ingenti exercitu ingressus, cuncta quae reperire poterat pro voluntate diripiens, infinitam [cf. Fred. l. l.] secum captivorum multitudinem ad Gallias abduxit. Congregata igitur innumera multitudine [Paulus l. l.] gentis Herolorum aliarumque gentium, Odovacer exercitum Ticinum[2] movit. Cui occurrens Theodericus, nichil dubius de Epiphanii viri sanctissimi fide, qui victoriam ei spondebat [cf. Fred. l. l.] Christi gratia, cum expeditis armorum cuneis bellare cepit. Cesis vero illa die utrobique multis fortium virorum milibus, tandem Theodericus, licet sera, potitus est cruenta [Paulus l. l.] victoria, fugato Odovacre usque Ravennam. Dumque eo loco cui Pinetum nomen est non procul ab urbe castra posuit, per continuum pene triennium Odovacrem obsedit. Qui dum frequenter ex urbe cum suis egrediens, exercitum ipsius inquietaret, novissime noctu in castra irruens, magna exercitum Theoderici strage prostravit; victus ad extremum, fortissime Gothis resistentibus, in urbem confugit. Nec multo post Odovacer a Theoderico in fidem susceptus, ab eo truculente peremptus est.

Capp. 6—9. Cod. Leid. Vulcan. nr. 46.

Cap. 6. a) *ita cod. Berol. Pauli pro* Trapstilam. b) infinitā *pr. m. corr.* in fugā *cod.*

Cap. 9. a) *i. e.* Liguriam.

1) deditieius exercitus *Paulus.* 2) Ticinum *e Paulo fluxit.*

(10). Egressis itaque a Ticinensi urbe Gotis, eandem mox urbem Rugenses invadunt, cuncta per circuitum loca[a] cum ipsa civitate per continuum biennium populatione vastantes, cum adhuc beatissimus Epiphanius superesset, afflictorum gemitibus conpacientissimus. Hic a Theoderico Gallias ad Gundebaldum pro captivis redimendis directus, excepta innumera multitudine, pro quibus precium tribuit, sex milia captivorum ob solam sanctitatis suae reverentiam concessa secum reduxit. Igitur Theodericus, extincto apud Ravennam Odovacre, tocius Italiae adeptus est dicionem. Paul. H. R. XV, 18

(11). Quibus Constantinopoli auditis, emuli Theoderici tantis prosperitatibus invidentes, suaserunt Zenoni[1] imperatori, ut pro eodem mitteret, et pro petita Italia quid annuatim persolveret, decerneret. Vocatus itaque Theodericus, collegit 12 milia virorum omnium Gothorum *fortissimorum, lorica, galea, arcu, gladio diligentissime instructos; ascensisque navibus, descripto comitatu, prosperoque comeatu Constantinopolim venit. Quod ut perlatum est in aulam regis[a], emuli Theoderici, ut isdem cum paucis ad imperatorem pro colloquio ingrederetur, ex consensu ipsius[b] imperatoris mandaverunt, quatenus ex itinere illum occupando interficerent. Interfuit autem huic consilio unus senatorum nomine Ptolomeus, Theoderico amicissimus. Hic, concepta voluntate eorum, imperatorem a sententia deduxit consiliumque illorum irritum duxit, dicens, non esse Romano imperio gloriosum, virum rei publicae utilissimum, tum in agendis bellis, tum in conservandis amiciciis per omnia iussionibus regis obtemperantem, fraudulenter interfici, ne forte obiceretur a suis, locum iusticiae in reddendis rationibus deesse illi, ingenioseque separatum a suis alio modo non posse, illis resistentibus, interimi. Ut autem idem Ptolomeus suspicionem emulorum Theoderici[c] a se transferret, dedit consilium, ut vinculis alligatus teneretur, senatuque ad Gothos transmisso, quia idem reus sit mortis propter traditionem[2] maiestatis, ediceretur; ibi decernerent, utrum capite truncaretur, an bestiis devorandus[d] traderetur. Interea Theodericus iussu imperatoris supervenit et, prout decretum fuit, traditur vinculis. Mittuntur statim quinque senatores, inter quos Ptolomeus unus fuit, ad[e] decretum imperatoris illis edicendum. At Ptolomeus secretissime ante se dirigens puerum suum, mandat, quae sententia data sit in regem Theodericum, et ad id destruendum addit suum consilium. Venientes igitur senatores, Gothi[f], audita sententia, ipsos ligaverunt vinculis cum Ptolomeo, mandantes imperatori, nisi vivum et salvum Theodericum sibi transmittat et Romam, emerito honore, dirigat, eosdem senatores vita privandos et impetum[3] Greciae secundum suum posse sese inferendos necnon Romanum imperium post reditum eorum destructuros. Coactus imperator hoc mandato, Theodericum absolvit et debito honore Romam mittit. Qui ut illuc pervenit, patriciatus honorem gloriosę suscepit[4]; indeque digrediens, plurima bella cum Avaris gessit. Tandem Theodericus prevaluit et eandem gentem in tributum redegit. Fred l. l. — *c. 6.

(12). Huni eodem tempore Italiam *invadentes, Theodericum et Gothos superant plurimasque civitates vastant. Item Avari, congregata acie, Theodericum nichil minus sperantem bello invadunt. Quibus ille paulatim cedens, quousque vires reciperet, locum dedit; postmodum in fugam convertit. Quos cum sequeretur usque *c. 6'.

Capp. 10—12. *Cod. Leid. Vulcan. nr.* 46.

Cap. 10. a) loci (?) *postea corr.* loca *cod.*

Cap. 11. a) *quae sequuntur ead. m. atramento nigriore scripta sunt cod.* b) impii *pr. m. corr.* ipsius *cod.* c) Th. *prima, ut videtur, manu in litura scr. cod.* d) devorandū *pr. m. corr.* devorandus *cod.* e) ad *ead. m. superscr. cod.* f) s. et aud., *sed & eras. et* Gothi *superscr. pr. m. cod.*

1) Leoni *Fred.* 2) *Gall. 'trahison'*; narrint eis offensionem Theuderici et iram gloriae tuae *Fred.* 3) et adversus civitatem hanc qua virtute possumus priliavemus *Fred.* 4) *Cf. supra p.* 203, *l.* 34.

Fred. II, 57. Pannoniam, tentoria ibidem fixit; non enim eam intrare presumpsit. Facta autem nocte, Theodericus rex cum aliis quatuor commilitonibus suis castra exploratum egreditur. Cui Xerses quidam adversariorum sese ad pugnandum offert. Qui duos[1] e suis ad capiendum illum misit, quos utrosque predictus interemit. Secundo item duos[1] misit; qui similem sententiam in eos dedit. Tercio ipse Theodericus occurrit, et diutissime duello confligens, tandem inmanissimum hostem devicit. Quem castris inductum, ut eundem fortissimum Avarorum, multis referentibus, cognovit, multis donariis sibi allicere temptavit, sed non profecit. Minas indixit, quas idem respuit. Ad ultimum fidem illius sub sacramento dare exegit; et hoc facere recusavit. Rennuentem itaque haec omnia, Theodericus absolvit repatriareque permisit. Qui Histriam flumen transiens, Theodericum retro aspiciens, haec verba libavit: 'Liberatus sum a dominatione tua; arbitrii propriae libertatis me esse cognosco, unde tua beneficia circa me perpendo. Ecce! gratissime ad te redeo, amplius libertate animi mei tibi quam violentiae tuae amodo serviens. Ignominiae asscribitur, qui coactus subicitur; reddere mihi vicem beneficiis est tui muneris'. Quem Theodericus regressum opibus ditavit, magis dilectum cunctis habuit. Cuius fidem animi corporisque fortitudinem in sequentibus bellis, quae adversus Wandalos Suevosque per multos annos gessit, sepe expertus fuit.

Paulus XV, 20. (13). Post haec Theodericus, ut sui[a] regni vires firmaret, Audefledam, Clodovei[b] regis Francorum filiam, sibi in matrimonium iunxit; Amalefredam, germanam suam, Wandalorum regi Hunerico, Malabergam, eiusdem Amalefredae filiam, Thuringorum regi Ermefrido, filias suas ex concubina, alteram Alarico Wisigotarum regi, alteram Sigismundo regi Burgundiorum consociat. *f. 7. 'Amalasuindam, terciam filiam, Eutarico, ex Alanorum stirpe venienti, evocato ab Hispania[c] tradidit. Nec erat[d] Italiae gens, quae Theoderico aut coniunctionis Fred. l. l. affinitate aut pactionis federe sociata non fuerit. Civitates Italiae universas quas regebat restaurare et munire sollertissime fecit. Palatia quoque splendidissima Ravennae, Veronae, Papiae fabricare fecit. Laborantibus ipsis Romanis fame, idem Theodericus Paulus XV, 18. advenit; et quia a[e] senatu populoque Romano gloriosissime suscipitur, annuatim illis 120[f] modios frumenti benigna mente largitur. Fred. l. l. His prosperitatibus regnavit pacemque victis propicia voluntate concessit.

Fred. l. l. (14). Verum, quia invidia comes est[a] virtutis, haec relata Constantinopolim emulos eiusdem Theoderici adversum se suscitabant, qui, ut e medio fieret, imperatori Zenoni[2] suggerebant. Evocatus itaque secundo Constantinopolim, in forti manu venit, et tentoriis e regione fixis, legatum ad Ptolomeum amicum suum exploratum misit. Decreto vero imperatoris sanccitum fuit, ut, si quis secretum consilium senatus in Theodericum datum Gothis revelaret, capite puniretur. Unde Ptolomeus remandare non presumpsit; sed, ut idem legatus vice pueri Ptolomei, cum in prandio assideret imperatori, a tergo observaret eum, iniunxit, et quicquid in fabulis ab ipso relatis audiret, domino suo regi Theoderico referret. Iam data fuit in eum sententia dampnationis; sed vivebat Ptolomei consiliis. Residentibus itaque cunctis in prandio, dixit Ptolomeus imperatori: 'Hodie dies festus est; iocundemur in fabulis'. Et ait: 'Leo fortissimus bestiarum omnium sententia in regem statuitur, cuius decreto bestiae agrestes

Copp. 12—14. *Cod. Leid. Vulcan. nr.* 46.

Cap. 13. a) ui *in litura scr. cod.* b) *ita cod. Berol.;* Lodoin *rell. libri Pauli.* c) h *pr. m. superscr. cod.* d) aliqua vicina *desiderantur.* e) *pr. m. superscr. cod.* f) 120 milia modiorum *Paulus.*
Cap. 14. a) est *pr. m. superscr. cod.*

1) tres *Fred.* 2) *Apud Fredegarium Leo imperator est; cf. p.* 205, *n.* 1.

hora prandii ad hunc convenerunt. Reverentiam igitur cunctis exhibentibus, cervus, cornibus submissis, similiter facit; cuius cornu leo apprehendens, reficere eodem ipsa die se voluit. Qui necessitate mortis cornu reliquit, fugiensque silvas, celerius repedavit. Cumque, ut reduceretur, decerneret, astuta vulpis ad id patrandum[a] iudicio omnium dirigitur. Sacramentis ergo[b] quam plurimis cervo[c] datis, sospitem illum recessurum, ut accessurum promisit; sicque eundem leoni obtulit, et de inobedientia convictus, occiditur. Cuius cor a vulpe *sublatum consumitur. Requirens leo cor cervi, cum non invenisset, fremuit in omnes et, nisi ocius redderent aut qui furtum admisisset proderent, dixit cunctos subituros mortem. Qui super verba eius trementes, tandem vulpem ad medium ducunt et, quia occisioni cervi interfuisset, asserunt. Haec addicta penis, respondit: "Cervus ille corde caruit. Si enim habuisset, primo hic afflictus, secundo venire distulisset. Sit mihi igitur ipsa causa in excusationem, cor non habuisse cervum eundem". Haec ut puer ille intellexit, ocius ad dominum suum Theodericum rediit ipsamque similitudinem ex ordine illi retexuit. Intellexit itaque Theodericus, leonem esse ipsum imperatorem, emulos suos vulpem, cervum se ipsum; deliberans, se prius vix evasisse, unde periculosum esse, secundo se fidei Grecorum committere. Dato[d] deinde, non longa habita deliberatione, redeundi signo, naves repetunt cursuque veloci Ravennam tendunt nec deinceps venire Constantinopolim proponunt[1].

Fred. II, 57.

*f. 7'.

(15). Post haec Theodericus viribus et armis confidens, Romanum imperium affectabat, sed propter finitimos reges propositum mentis suae exequi timebat; quos licet, ut in precedentibus legimus, affinitate quam maxima sibi devinxerat, dominium[a] suum tamen eos recusare sciebat. Tandem moram fecit suae voluntati, quod maximo commodo cessit illi. Nam non longo deinde spacio Alaricus rex Wisigothorum et Clodoveus rex Franciae arma corripiunt, sanguine et igne altrinsecus predantur. Exhaustis itaque viribus utrobique[b] et opibus, Alaricus infirmior factus, pacem peciit, et hoc ordine concordia decreta fuit, ut, quia Clodoveus intonsus barba usque in haec tempora fuit[2], Alaricus illi eam detonderet[3], et patrinus ei hoc modo effectus, perpetuam ad invicem pacem servarent et, ut suspicio omnis subtraheretur, ad[c] hanc conventionem Gothi et Franci inermes venirent decretumque votiva manu confirmarent. Igitur statuto temporis die legatus Clodovei in assignatum locum iussu domini sui venit et, an Gothi permanerent in decreta sententia, inquirit. Ubi cum Alarico salutem mandaret domini sui, retrorsum aspexit, et Gothos omnes *sicas[4] pro baculis manu habentes videns, Alarico dixit: 'Certum est, quod pacem non queras, cum tuos armatos contra legem indictam habeas'. Cui neganti consilio communi ad regem Italiae Theodericum pactio concordiae differtur, ad quem legatus[d] Clodovei nomine Paternus cum legato Alarici proficiscitur. Cognita igitur legatione, consilium[e] dedit, ne haec concordia ad effectum procederet, cogitans, quod in consequendo sibi Romano imperio id utilissimum fieret, et legatis sic respondit: 'Alaricus prius belli causa fuit, unde modus recon-

Fred. l. I. c. 58.

*f. 8.

Capp. 14. 15. *Cod. Leid. Vulcan. nr.* 46.

Cap. 14. a) p. *in litura scr. cod.* b) g *pr. m. superscr. cod.* c) i *eras. cod.* d) o *in litura scr. cod.*

Cap. 15. a) d:m suum *pr. m. corr.* dominium *cod.* b) q; *postea insertum cod.* c) d *e corr. cod.* d) us *e corr., post* Clodovei 2 *litt. eras. cod.* e) silium *pr. m. in marg.*, dedit *in litura scr. cod.*

1) *Haec anonymus fusius tractavit. Fredegarius enim haec tantum habet*: Iterum Theudericus de pericolis liberatur. 2) *Causam anonymus repperit.* 3) tangerit *Fred.* 4) uxos *Fred.*

Fred. II, 58. ciliationis iste sit. Paternus iste legatus Clodovei regis ante aulam Alarici regis in equo veniat et erigat hastam, quanto altius possit; cui tantum denariorum[a] argenteorum gratia reconciliationis circumferatur, quousque cacumen hastae non videatur. Hoc est meum decretum, quod pro nostro consilio et suo honore utrique ducant ratum'. Redeuntes igitur ad Alaricum legati, consilium Theoderici referunt; quod propter multitudinem aeris fit ab Alarico irritum. Eadem nocte Paternus in solario cuiusdam antiqui edificii hospicio recipitur, ubi de nocte cadens, eo quod interceptum fuisset pavimentum, brachium sibi colliditur; sicque vix superstes vitae reservatur. Crastina autem die facta, Alaricus Paterno universum thesaurum suum ostendit, dicens: 'Hae mihi sunt divitiae[b]; sed unum solidum offero domino tuo pro pacis reconciliatione[1]'. Quod Clodoveus audiens, referente eodem Paterno, arma adversus illum suscepit victumque interemit ac regnum ipsius dicioni Francorum subegit.

Paulus XVI, 2. (16). Post[a] Zenonis imperatoris excessum Anastasius purpuram induit, qui septimus et quadragesimus in regum numero extitit. Hic Romani decus imperii Euticianae hereseos Ib. c. 5. illuvie maculavit et ideo post vigesimum octavum[2] annum regni eius divino fulmine Lib. pont. Symm. § 2. periit. In illis diebus, separato Romae pro electione pontificis clero et senatu diviso, ordinati sunt sub contentione Symmachus atque Laurentius Nucerinae civitatis Ib. § 8. episcopus. Post quatuor vero annos quidam ex clero atque senatu zelo ducti, falsos Ib. § 2. testes subordinaverunt[b], et Symmachum papam, qui iuxta aequitatis iudicium decreto Ib. § 3. Theoderici regis prior ordinatus fuerat, multis modis incriminantes, apud ipsum Paulus XVI, 2. Theodericum regem frequenter accusaverunt. Unde nimirum tanta dissensio facta est, *f. 8'. ut senatores partibus Laurentii *faventes, Fausto exconsuli ceterisque, qui pro ecclesia pugnabant et Symmacho pontifici adherebant, bellum inferrent; multasque cedes et homicidia in medio urbis facientes, plerosque ex sacerdotali numero, multos eciam clericorum ac Lib pont. Symm. § 4. perplures civium Romanorum extinguerent. Symmachus ergo papa, congregata synodo 115 episcoporum, cum se purgasset a crimine falso, dampnavit iudicio omnium episcoporum Petrum Altine[c] civitatis episcopum atque Laurentium, qui contra canonum decreta, vivente adhuc pontifice, sedem apostolicam invaserat.

Paulus XVI, 4. (17). Per idem tempus Theodericus rex, dum apud Italiam pacifice regnaret, per sin- Lib. pont. Horm. § 10. gula quaeque celebriora loca regia sibi construxit habitacula. Tunc etiam obtulit beato Ib. § 8. Petro apostolo cereostata duo argentea, pensantia libras septuaginta. Quo in tempore Hor- cf. Paulus XVI, 5. misda papa, qui post Symmachum constitutus fuerat, misit cum consilio Theoderici regis ad Iustinum imperatorem orthodoxum, successorem Anastasii, rogans et obtestans, ut auctoritate sua pax ęcclesiarum ad unitatem sedis apostolicae redintegraretur, et omnes hereses ubique terrarum dampnarentur. Interea Theodericus rex quorundam hereticorum falsis docmatibus et venenatis infectus suggestionibus, circa fidem catholicam naufragare cepit, sicut[a] insequentibus evidentibus indiciis ista legentibus apparebit.

Lib. pont. Ioh. § 1. (18). Anno[a] dominicae incarnationis[b] quingentesimo quinto decimo[3] Iohannes natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit Romae post Hormisdam papam annos duos,

Capp. 15—18. *Cod. Leid. Vulcan. nr.* 46.

Cap. 15. a) ::ilenariorum *corr.* denariorum *cod.* b) divitię *corr.* divicię *cod.*

Cap. 16. a) P *minio scriptum versum ducit cod.* b) subornaverunt *Lib. pont.* c) Altoie *m. rec. in marg. corr.* Altinae *cod.*

Cap. 17. a) c *et* t e *corr.; post* sicut *duae litt. eras. cod.*

Cap. 18. a) A *miniatum versu ineunte cod.* b) incarñationis *cod.*

1) *Fredegarium scriptor minime intellexit.* 2) septimum *Paulus.* 3) *Annus falsus est; Hormisdae a.* 523. *mortuo Iohannes successit.*

menses novem, dies sedecim a consulatu Maximi usque ad consulatum Olibrii temporibus (Lib. pont. Ioh. §. 1.) Theoderici regis et Iustini augusti christianissimi. Hic vocatus a rege Theoderico in Ravennam[1], missus est ab eo in legatione Constantinopolim ad Iustinum imperatorem orthodoxum, quem audierat ardore et amore religionis christianae velle hereticos extirpare et ęcclesias Arrianorum summo fervore christianitatis catholicas consecrare; dans (Ib. §. 2.) eidem in mandatis, ut redderentur ęcclesiae hereticis in partibus Orientis; quod si non, omnem Italiam gladio deleret et extingueret. Dum igiter venisset Constantinopolim (Ib. §. 3. Ib. § 2.) Iohannes papa et una cum eo Theodorus, *Importunus, Agapitus exconsules et (*f. 8.) alius Agapitus patricius, occurrit eis ab urbe miliario quinto decimo omnis civitas cum (Ib. §. 3.) cereis et crucibus in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli, quia veteres Grecorum hoc testificabantur, dicentes, a tempore Constantini augusti et beati Silvestri sedis apostolicae episcopi temporibus tantum Iustini augusti meruisse partes Greciarum beati Petri apostoli vicarium suscepisse. Veniens autem ad portam quae vocatur Aurea, in con- (Greg. dial. III, 2.) spectu omnium qui occurrerant ei roganti ceco lumen reddidit Iohannes papa. Quo viso, Iustinus augustus dans honorem Deo, humiliavit se pronus et adoravit beatissimum (Ioh. §. 3.) papam. Tunc Iohannes et supradicti senatores cum grandi fletu legationis suae seriem (Ib. §. 4.) exponentes, Iustinum imperatorem obnixis precibus implorabant, ut pro aeterni Regis amore Italiam liberaret a manibus heretici regis Theoderici. Cumque voluntatem imperatoris ad omne velle suum, maxime in his quae ad divinam legem spectant, promptam esse cognovissent, laetati sunt plurimum, gratias agentes Deo et domino Iesu Christo. Repletus est etiam imperator gaudio magno, quia meruit temporibus suis vicarium beati Petri apostoli videre in regno suo; de cuius manibus cum gloria coronatus est. Positis igitur apud Constantinopolim Iohanne papa cum pre- (Ib. §. 5.) dictis senatoribus, quorum tamen unus, Agapitus scilicet patricius, Thessalonice defunctus est, Theodericus rex hereticus tenuit Romae duos senatores preclaros, exconsules Symachum et Boetium, quos occidit interficiens gladio. Post haec revertentes a Con- (Ib. §. 6.) stantinopoli Iohannem papam et qui cum eo erant rex Theodericus cum grandi dolo et odio suscepit, volens etiam eos gladio interficere; sed timuit indignationem Iustini imperatoris. Quos tamen omnes in custodia vehementer afflictos vita[a] privavit, ita ut beatissimus papa Iohannes moreretur apud Ravennam 15. K. Iunii. Cuius corpus (Ib. §. 8.) postea inde translatum, sepultum est Romae in basilica beati Petri apostoli.

(19). Omnipotentis autem Dei nutu nonagesimo octavo *die, postquam defunctus est (Ib. §. 6. *f. 9'.) sanctissimus papa Iohannes in custodia, Theodericus rex hereticus subito interiit et mortuus est anno[a] tricesimo[2], ex quo regnare cęperat in Italia, succedente in regnum Alarico[3], nepote eius. De[b] quo nimirum Theoderico, ut in dialogo[4] legitur, IULIANUS[c] Romanae ęcclesiae defensor, qui crebro ad beatum Gregorium adhuc in monasterio positum veniebat et cum eo de utilitate animae multa loqui consueverat, inter cetera narravit eidem beatissimo viro, dicens: '*Theoderici regis temporibus pater soceri mei in Sicilia exactionem canonis exegerat atque iam ad Italiam rediebat. Cuius navis appulsa est ad insulam quae Labaris*[5] *appellatur; et quia illic vir quidam solitarius magnae virtutis habitabat, dum nautae navis armamenta repararent, visum est predicto patri soceri mei ad eundem virum Dei pergere seque eius orationibus*

Capp. 18. 19. *Cod. Leid. Vulcan. nr.* 46.

Cap. 18. a) v. p. *in litura scr. cod.*

Cap. 19. a) anno — nepote eius *pr. m. in marg. suppl. cod.* b) De — legitur *in litura scr. cod.* c) I. *minio scriptum versum duxerat, sed erasum atramento exaratum est.*

1) *Cf. Anon. Vales.* §. 88: evocans Ravennam Iohannem. 2) *Cf. Anon. Vales.* §. 59: Cuius temporibus felicitas est secuta Italiam per annos 30. 3) *Potius Athalarico. Cf. Paulus, H. R. XVI,* 11. 4) *Gregorii dial. IV,* 30. 5) Liparis *Greg.*

commendare. Quos vir Domini cum vidisset, eis inter alia colloquens dixit: "Scitis, quia rex Theodericus mortuus est?". Cui illi protinus responderunt: "Absit! Nos eum viventem dimisimus, et nil tale ad nos de eo usque nunc perlatum est". Quibus Dei famulus addidit, dicens: "Etiam mortuus est; nam hesterno die hora nona inter Iohannem papam et Symachum patricium discinctus atque discalciatus et vinctis manibus deductus, in hac vicina Vulcani olla iactatus est". Quod illi audientes, sollicite conscripserunt diem, atque in Italiam reversi, eo die Theodericum regem invenerunt mortuum, quo de eius exitu atque supplicio Dei famulo fuerat ostensum. Et quia Iohannem papam affligendo in custodia occidit, Symachum quoque patricium ferro trucidavit, ab illis iuste in ignem mitti apparuit, quos in hac vita iniuste iudicavit'.

EXPLICIT VITA THEODERICI REGIS[a].

2. VITA EX AIMOINO HAUSTA.

VITA[a] THEODORICI REGIS.

Aim. I, 9. (1). Antemio Romanum gubernante imperium, Leone[b] Constantinopolitanum, Odoacer, qui Herulis[c] atque aliis nationibus, que Danubii ripas incolunt, imperitabat, victoria elatus, quam, Feleteo[d] Rugorum rege bello devicto, adeptus erat, Italiam[e] a parte Pannoniorum[f] invadere cogitabat. Cumque fines Noricorum ingrederetur, colloquium cuiusdam servi Dei nomine Severini petiit, qui his in locis monasterium sibi construxerat. A quo petita benedictione et impetrata, dum egredi domum[g] vellet et se ad limen hostii[h], ne caput offenderet, inclinasset, — erat enim statura procerus, — haec ab eodem viro[i] Dei audivit: 'Vade, Odoacer, vilibus nunc animantium pellibus vestitus, Italie dominus mox futurus'. Qua viri Dei prophetia ille audita Italiam ingressus, non ut debuit, sed ut voluit, caedibus et rapinis cuncta vastavit. Antemio[k] vero imperatore fraude Richimari[l], generi sui, interempto, ipsis etiam Romane urbis summis arcibus[m] infestus minitare[n] coepit. Qua de causa Romani et maxime Gothi legatos ad Leonem Constantinopolitanum imperatorem dirigunt, oratum, ut sibi[o] aliquis mitteretur principum, per cuius auxilium impetum propulsarent hostium.

Ib. I, 10. (2). Erat quidam inter primores imperialis aulae Theodoricus nomine vir spectatae prudentiae[a], cuius pater Theodorus[b] Macedonia genitus, cuiusdam Idacii[c] patricii dum[d] esset famulus, quandam conservam suam nomine Liliam amare cepit ardentius. Quod agnoscens dominus[e], coniugis suae nomine Eugeniae consilio usus, eam illi tradidit coniugem[f], sciens eadem de gente esse prognatam. Cuius domina, quae se fructu ventris dolebat esse privatam, haec illi in mandatis dedit, ut quae prima nocte iugalis thori in somnis videret, id sibi nuntiare curaret. Ea igitur nocte, qua primum cum viro suo secreta petiit cubiculi silentia, videt[g] mulier ab umbilico sibi procedere arborem usque ad tecta domus[h] excrescentem. Terrore visionis expergefacta, narrat viro visionem simul et dominae iussionem. Ille mirari cepit visum domineque laudare praeceptum. Sed timens pueri[i] interitum, mutari iussit somnium[k] taleque dedit mandatum: 'Dum', inquit, 'ante dominae veneris conspectum et iussa fueris pandere[l] somnium, dices, vidisse[m] te equam et equum pulcherrimos omnium obambulantes alium-

Cap. 19. *Cod. Leid. Vulcan. nr.* 46. *Capp.* 1. 2. *Codd.* 1. 2.

Cap. 19. a) *sequitur:* SEQVVNTVR EPISTOLĘ EIVSDEM. *cod.*

Cap. 1. a) *ita* 3; De vita et regno Theoderici *etc.*, *ut supra p.* 201, 1; *titulum om.* 2. b) Leooe? 1. c) Hetulis 2. d) Feleceo? 1. e) Ytal. *semper* 2. f) aunoniarum? 1. g) dom̄ 2. h) ostii? 1. i) uire? 1. k) Antenio 2. l) Ricuini sui generis 2. m) artibus 2. n) minitari 1. o) a. s. 2.

Cap. 2. a) providentiae? 1. b) Theodericus 1. c) Yd. 2. d) f. d. e. 2. e) domn. *semper*? 1. f) coniungens 2. g) vidit 2. h) dom̄ 2. i) int. p. 2. k) sompnium 2. l) sompnium p. 2. m) te v. equum et equam 2.

que parvulum pone eos sequentem'. Parens illa verbis viri, refert dominis ficti verba somnii. Aim. I, 16. Gratulantur illi pro auspicio nascituri[a] pueri, famulos libertate donant[b] natumque puerum sibi adoptant in filium. Post hec Idatio et eius coniuge vita decedentibus, iussu Leonis Theodoricus[c] castris imperialibus miles est adscitus[d]. Qui cum ceteris proceritate corporis esset eminentior, fortitudine quoque membrorum virtuteque animi erat praestantior. Unde ipsi imperatori multisque senatoribus carus habebatur. Venientibus itaque supradictis Romanorum Gothorumque legatis et propter quae venerant intimantibus, imperator Theodoricum patriciatus[e] honore insignitum ad partes direxit Italie tutandas. Qui evectu navali Hesperiam ingressus, cum Odoacre ac Herulis variis successibus gessit bella. Quadam autem vice bello devictus, Ravennam fugiens petere est coactus. Cui mater Lilia obviam venit, orat, ut in bellum redeat; cunctanti taliter infit: 'Michi crede, fili, non est tugurium, quo fugiens te recipere possis, nisi allevem vestem et eam, ex qua primam[f] fusus es in lucem, ingrediaris domum'. Quibus verbis irritatus iuvenis pudoreque[g] inflammatus, collecta suorum quos ad presens repperit parva[h] quidem, sed robusta manu, super hostes irruit, qui securi victoriae lato diffusi iacebant in campo. Hos ergo circumfusos sternit fugatque ipsumque[g] Odoacrem[i] capit. Quem non multo post occidit omnemque Italiam a dominatione[k] Herulorum eripuit. Sed hunc eius[l] prosperum successum invida mutavit[m] fortuna. Nam, sicut fieri assolet, ut virtutis augmentum apud improbos invidiae det locum, quidam[n] e senatoribus, apud urbem Regiam commanentes, secundis Theodorici invidebant actibus. Quapropter derogare apud imperatorem rebus ab eo optime gestis conati sunt, adeuntesque Leonem imperatorem, eius clementissimum animum, ex sua lenitate[o] alios existimantem, ab amore Theodorici avertere gestiebant, confingentes, velle Theodoricum Hesperiae arripere regnum. His imperator credulus verbis, ab Italia eum accersivit. Cuius Theodoricus parens praeceptis, cum nobilibus Gothorum ei Constantinopolim occurrit. Delatorum vero versutia princeps deceptus, segregatum a suis Theodoricum interficere cogitabat. Sed huius machinationis technis[p] obviavit Ptholomeus[q] vir senatorii ordinis, providus consiliis. Qui fidissimus amicorum Theodorici dum esset et ab adolescentia[r] viri[s] amicitiae foederatus, nulla poterat[t] in eius odium calliditate deflecti. Hic ergo subdola adversariorum persentiscens[u] consilia, adiit principem talique apud eum oratione[v] usus est: 'Romani', inquit, 'gloria nominis quamvis sit bellorum sublimata triumphis, plus tamen[w] decoris[x] emeruit insignibus integrae fidei magnificaeque pietatis. Maiores quippe nostri plus se alterutrum pietate quam hostes certabant evincere belli[y] iure. Praestantissimum quidem, quod[z] fertur Scipio de Carthagine[a] triumphasse; praestabilius vero, quod dicitur infestissimi hostis exequiis non solum interfuisse, verum etiam funus ipsum subiectis vexisse humeris. Laudabile[b] quoque, Pompeium Mythridatis[c] delesse copias[d] ipsumque ad mortem coegisse; laudabilius etiam, Tigranem[e] sese dedentem terraeque ante pedes prostratum ac diadema suum super genua eius ponentem non solum elevasse, verum etiam coronam capiti eius imposuisse sibique consedere fecisse. Quid mirabilem Reguli consulis referam fidem[f], qui maluit inter inimicorum manus inauditis perire suppliciis, quam iurisiurandi frangendo fidem Romae amantissimus vivere civis? Non ergo suscipias, clementissime imperator, eorum verba, qui decus imperii tui perfidiae volunt inquinare macula! Quid enim toto[g] dicetur in orbe, si praestantissimum ducem tam infandissima peremeris morte? Sed placeat tibi consilium meum, et dum palatium[h] intraverit Theodoricus[i], custodiae mancipetur vinctus. Post

Cap. 2. *Codd.* 1. 2.

Cap. 2. a) naturi 2. b) donavit, *infra* adoptavit ? 1. c) Theoderic. 1 *semper.* d) ascitus 2. e) patritiatus 1. f) primum 2. g) que *om.* ? 1. h) per arva quid esset ? 1. i) Odoacram 2. k) damnatione ? 1. l) cuius ? 1. m) imitavit ? 1. n) q. autem a s. 2. o) levitate *Aim.* p) tehenis 2. q) Tolomeus 2. r) ad°hlesescentia, *expunct.* se 2. s) *deest* 2; iure *Aim.* t) potuit 1. u) pres. ? 1. v) u. e. o. ? 1. w) mihi ? 1. x) decoas 2. y) bellico *Aim.* z) *om.* 2. a) Kartag. 2. b) laudabite ? 1. c) Metr. 2. d) copiis 2. e) Tygr. ? 1. f) fidere, *infra* fid'e 2. g) dicerent toto ? 1. h) palacium 2. i) *om.* ? 1.

Aim. I, 10. haec mittantur ex senatoribus aliqui, qui hoc a tua pietate responsum referant Gothis[a, 1]'. Praemiserat[2] sane puerum haec illis intimaturum, ut et[b] eum cum ceteris venientem caperent et haec imperatori mandarent: 'Non remittentur senatores, nisi receperint dominum[c] suum Gothorum nobiles'. Illi monitis sibi utilissimis[d] obsecundant et venientes senatores in vincula[e] coniciunt. Qua re comperta, cesar[f] feritatem gentis veritus, ne quid in suos crudele agerent, consulto predicavit[g] et Theodoricum salvum Gothis reddidit. Ita provido amici consilio ad praesens liberatus est de mortis periculo. Cum vero Romam reversus esset, varios eum contigit bellorum habere successus. Nam et Avares sepe bello devicit, victusque ab[h] eis est. Quadam autem die supradictos hostes proelio[i] superatos fugientesque[k] totis caedens viis[l], haut procul ab amne cui Hister nomen est castra constituit et, paucis suorum assumptis, speculatum hostes processit, cum ecce! quidam[m] Avar[n] Serses nomine itidem tentoria Theodorici exploraturus adveniebat. Quem Theodoricus solum adventare conspicatus, tres e suis dirigit, qui eum captum ocius[o] sibi presentarent. Quos Avar Serses, fugam fingens, singillatim[p] interemit. Alios quoque tres pari modo neci tradidit. Tunc Theodoricus, sociis reformidantibus, eum aggreditur. Cum quo[q] diu multumque decertans[r], tandem Avar[s] Serses brachio vulneratus, a Theodorico capitur atque in castris Gothorum vinctus statuitur. Cuius virtutem supradictus princeps admiratus, primum blandiciis[t], dehinc minis ad cohabitandum sibi[u] cogere nitebatur. Sed dum eum nec terrore concuti nec promissis flecti posse conspexisset, multis affectum iniuriis ad patriam redire permisit invitus. Ille vero natatu flumen[v] Histrum ingressus, retro respiciens, ad Theodoricum taliter infit: 'Tua', inquit, 'exutus dominatione[w] meaeque redditus libertati, ad te meum revertar dominum, pollicens, me tibi fidelem fore famulum[x]'. His dictis, ripam quam reliquerat repetiit et ditioni se[y] Theodorici commisit. His prosperis successibus dum in Italia saepe fatus polleret patricius[z], Constantinopolim apud imperatorem invidis detrahentium lacerabatur relationibus. Improborum etenim mentes hominum aliorum incommodis sua volentes augmentare commoda, bonorum benefacta virorum contrariam moliuntur convertere in partem. Denique imperator[a] delatorum versutiis[b] in errorem inductus[c] insimulationibus[d] furensque animo, quod Theodoricus insidiator regni esse ferebatur, iterum eum ad se venire mandabat; habitoque cum senatoribus mortis eius tractatu, iurisiurandi[e] fide eos obligat, ne quis archani sui proditor existat. Theodoricus autem, legatione principis accepta, e[f] vestigio ad Ptholemeum[g], cuius supra meminimus, mittit puerum, ut sibi remandet, utrum expediat imperatoris audire praeceptum. Ille dum simulat, se velle non reddere responsum, pueri qui missus fuerat instantia veterique[h] viri devictus amicitia, tandem Theodorici legato talia dat praecepta: 'Hodierna die natalicio[i] imperatoris existente nobisque[k] senatoribus cum eo pariter discumbentibus, tu vice obsequentis famuli pone stans, meo adhaerebis lateri, et inter convivandum de qua re mihi fiet sermo ad senatores vel ad principem, intenta curabis aure percipere eique a quo directus es[l] nuntiare'. Paret ille mandato ac sedulus Ptholemei[m] auditor fit in convivio. Tunc inter epulas et pocula cum procerum mero incaluissent corda, tali eos Ptholemeus[n] est hortatus affamine: 'Hic', inquiens[o],

Cap. 2. *Codd.* 1. 2.

Cap. 2. a) Gotis *semper* 2. b) et eum *om.* 2. c) suum dominum 2. d) utillimis 1; utilissimus 2. e) vincla? 1. f) imperator 1. g) precavit *Aim.* h) est ab eis 2. i) *om.* 2. k) que *om.* 2. l) viiis 2. m) quidem? 1. n) Anar? 1. o) otius 2. p) sigillatim 2. q) Cumque 2. r) decertantibus 2, *sed pr. m. corr.* s) Aver? 1. t) blandit⁹ 2. u) eum *add.*? 1. v) H. f. 1. w) damnatione? 1. x) famulatum 2. y) sue? 1. z) patritius 1. a) seo *add.*? 1. b) versutis *Aim.* c) deductus? 1. d) insimul actionibus? 1. e) i⁹iurandi fidem eis 2. f) ad 2. g) Thelomeum 2; sibi amicissimum *add.* 1. h) veterisque *Aim.* i) natalitio 2. k) vobisque? 1. l) *om.*? 1. m) Tholomei f. a. 2. n) Tholomeus 2. o) inqrens, *sed r expunct.* 2.

1) *Responsum:* Non, inquiant, dimittetur Theodoricus, nisi se purgaverit obiectis criminibus *om. Anonymus.* 2) *Scil. Ptolemaeus.*

'dies cum sit magnificis[a] letus epulis, iocundus oportet fiat delectabilibus fabulis. Satis ergo fiat eorum voluntati, qui his delectantur[b] perfrui, quandoquidem auxit talium aviditatem exuberans opulentia[c] vini'. Omnibus ergo hoc sermone suspensis, hec ille dicere est orsus[d]: Atm. I, 10.
'Eo', inquit, 'in tempore, quo humanae copia eloquentiae cunctis inerat[e] animantibus terrae, bestiae saltus in unum coiere[f] consensum, ut sibi eligerent regem; et quia hominum fastidiebant dominium, haberent sui generis imperatorem electum. His sese mutuo cohortantes, adoriuntur leonem rogantque[g], ut earum non abnuat voluntatem. Dicunt, se velle eum habere principem, quem scirent esse[h] consilio prudentem. Suscipit ius dominationis leo et ab universis feris solio sublimatur regio. Conveniunt ad eum salutandum frequentes et adorant ut dominum. Inter ceteras igitur advenit cervus forma corporis egregius ramosisque[i] pollens cornibus. Qui dum, submissa[k] cervice, procideret[l] adoraturus, a leone arripitur, epulum ei mox futurus. Sed ipse dolum persentiscens[m] fortique conamine caput excutiens, amissis cornibus, silvam petiit profugus. Imperator indignatus contemptum sui et[n] impatiens irae, multa furibundus cervo interminatur. Conqueruntur ferae inter se pro principis iniuria, nec tamen invenitur ulla, quae cervum persequi[o] audeat, hanc contumeliam vindicatura; qui etsi videretur esse inermis, pernici tamen cursu transiliens ardui[p] iuga montis, evaderet sine beneficio noctis. Erat inter eas[q] vulpes artibus callens ingeniosis[r]. Hanc mittunt, ut cervum callide[s] conveniat et ad leonem redire faciat. Obtemperat illa iussis, cervum adit[t] dicitque, se dolori compati eius[u] non modice et, quod sine[v] causa talia passus sit, sibi iniustum videri. Ille e contra multa[w] in leonem congerens maledicta, se, dum obsequitur, male multatum conqueritur. Cui vulpes: "Videndum", inquit[x], "est, ne quod[y] tu iniuriae deputas, ille amoris tui causa fecisse comprobetur; nam, dum, ut estimo, te sibi supplicem ad suum elevare vult osculum, tu forte putans morsum, eius declinasti conspectum. At ipse nunc te absentem esse dolet, de te absente sermonem agitat, in te solo eius moratur intentio". Quid plura? Suadet cervo, ut leonem adeat ac eius se ditioni committat. Qui dum, ut ante, inclinato capite, regem adoraturus veniret, cervice tenus unguibus infixis, a leone arripitur et a circumstantibus feris sine mora discerpitur. Vulpes prope stans furtim cor[z] eius aufert et devorat. Cor cervi querens et non inveniens leo fremit grave[a]. Tremefactae ferae inquirunt sollicite, quae earum huic sit obnoxia culpae. Suspicio erat, vulpem huius furti esse[b] ream, eo quod vidissent eam proximius cervo adhaerentem. Inquisita vulpes negat se huius[c] fore criminis consciam. Sed dum ei non creditur, cruciatibus addicta, in haec prorupit[d] verba: "Vae", inquit, "mihi miserae, quae tantas poenas patior indigne; ut quid enim a me exquiritur, quod eum minime habuisse certa ratione cognoscitur? Etenim si cor habuisset, profecto huc non redisset. Primo, cornibus avulsis, aufugit inermis, secundo non dubitavit subire periculum mortis. Nullatenus ergo cor habuit, qui sibi consulere nescivit". Haec locutus Ptholomeus[e] conticuit. Puer[f] Theodorici haec intente auscultans et sagaci animo dicta intelligens, ad dominum suum reversus, cuncta per ordinem pandit et cautiorem[g] adversus dolos insidiantium[h] esse premonuit. Theodoricus itaque[i], imperatoris iussionibus spretis, quibus Constantinopolim adire iubebatur, in Italia resedit. Denique postmodum Gothorum, qui Italiam invaserant, rex est[k] effectus et dominus. Imperii vero partibus quodannis[l] modium terrae dependebat. Unde veritatem rei ignorantibus, dum modium[m] rex Theodoricus aerariis publicis

Cap. 2. *Codd.* 1. 2.

Cap. 2. a) magnific⁹ 2. b) delectatur 2. c) habundantia 2. d) exorsus est 1. e) *deest* 2. f) coniere? 1. g) negantque 2. h) c. e.? 1. i) que *deest* 2. k) summissa? 1. l) procideret *ex* procederet *pr. m. corr.* 2. m) persentiens 2. n) suique 1. o) a. p. 2. p) ardua 1. q) eam? 1. r) ingenuosis? 1. s) conv. call. 2. t) adiit 2. u) c. suo 2. v) sine o causa 2. w) i. l. m. 2. x) e. i. 2. y) que? 1. z) a. c. e. 2. a) graviter 2. b) r. e. 2. c) f. h. 2. d) prorumpit 2. e) Tholomeus 2. f) ergo *addit* 2. g) cautionem? 1. h) *om.* 2. i) ergo 2. k) eff. est 2. l) quotannis 2. m) modum? 1; medium 2.

Aim. I, 10. solvere diceretur, non addito cuiusquam rei vocabulo, ut puta vini aut[a] olei, modium nummorum conferre putabatur.

Aim. I, 11. Aim. II, 1. cf. Beda. (3). Post multum vero temporis[a], Anastasio[b] defuncto, qui post Leonem[1] curam imperialis maiestatis optinuerat, Iustinus senior[c] successit. Cuius tempore sanctissimus papa Iohannes, qui Ormisdae successerat, post Symmachum[d] Constantinopolim ad imperatorem Iustinum est profectus, a Theodorico Gothorum[e] rege missus. Iustinus namque augustus, cum esset vir fide catholicus, hereticos impugnans, ecclesias[f] eorum orthodoxis condonaverat, consilio usus papae memorati. Quapropter Theodoricus, Arrianae existens hereseos, eum cum aliis catholicis[g] viris ad imperatorem direxit, mandans, quod nisi Arrianis ecclesiae redderentur, cunctum Italiae populum gladio percutiens extingueret. Secundus[h] autem antistes, ut erat languidus, iter arripiens, navigio Constantinopolim est evectus. Occurrit autem ei augustus et omnis civitatis clerus, gaudente principe, suscepisse se in Regia civitate pontificem sedis apostolicae. Peroratis igitur[i], pro quibus ierat, et impetratis, ipsi[k] Iustino[l] augusto, ut vicarius beati Petri[m], imposuit imperialem coronam et, accepta remeandi[n] licentia, reversus est Ravennam. Quem Theodoricus, eo quod audierat, eum ab augusto honorifice susceptum, diutina custodia maceratum, ieiuniis ac squalore[o] carceris[p], ultimum coegit exalare spiritum. Qui deficiens, animam Christo martyr[q] reddidit. Alios quoque qui cum eo fuerant partim igne V. Boetii I. cremavit, partim variis penis interfecit. Inter quos Symmachum[r] patricium et Boetium Aim. l. l. insignem[2] consulem, eius generum, eo quod imploraverant auxilium ab imperatore Iustino contra eum, volentem invadere rem publicam, ut rei maiestatis, iudi-Aim. l. l. cante licet invito senatu, post carceris custodiam cum Iohanne papa in conspectu V. Boetii II. omnium amicorum suorum et parentum decollati sunt. Dum autem Boetius esset[s] in carcere, philosophiae consolationem sibi adhibuit ac descripsit, ne prae tristitia Aim. l. l. desperaret. Qui videlicet[t] Boetius quam disertus fuerit in secularibus litteris quamque fuerit fide catholicus, ex eius comprobatur codicibus. Testatur hoc arithmetica nec non et dialectica, ipsa etiam[u] omnium[v] animis gratissima musica ab eo translata et Latinorum iam dudum eam desiderantibus auribus delectabiliter[w] infusa. Porro eiusdem[x] de sancte Trinitatis consubstantialitate liber liquido ostendit, quam eximius suo, si ei licuisset, tempore sanctae ecclesiae colonus extitisset. Theodoricus autem inmanis[y] sceleris statim precium luit. Nam nonagesimo octavo[z] post hoc facinus die[a] subita morte defunctus, indignam vitam digno exitu finivit[b]. Cuius animam quidam solitarius, apud Lyparim[c] manens insulam, vidit inter sanctissimum papam Iohannem et Symmachum ex consule[d] deductam in Vulcani demergi[e] ollam ei loco vicinam. Quae ideo sic dicitur[f], quod inibi[g] tanquam aeneum vas fervescat ab igne[h]. Hoc modo periit Theodoricus, homo in suis inimicus[i] honestis pollens moribus. Romanis etenim primitiis quotannis conferebat ad subsidium tritici 120 modiorum milia. Qui veniens ad extrema, ut ex superioribus patet, polluit omnia. Huic fuit in coniugio iuncta soror Clodovei Francorum regis nomine Audefleda. Suas quoque sorores aut filias Theodoricus principibus circumpositarum sociaverat nationum, nec erat ulla gens vicina Italie, cuius rex esset affinitatis expers.

EXPLICIT VITA THEODORICI GOTHORUM REGIS.

Capp. 2. 3. *Codd.* 1. 2.

Cap. 2. a) et 2.

Cap. 3. a) tempus 2; Eo tempore *Aim.* b) Anastio 2. c) succ. senior 2. d) Simm. 2. e) r. Gotorum 2. f) eorum eccl. 2. g) v. c. 1. h) Sanctus *bene Aim.* i) ergo 2. k) ipso 2. l) Iustitio? 1. m) apostoli *add.* 2. n) l. r. 2. o) squaloribus 1. p) afflictum *deest.* q) martyri? 1. r) Symacum 2. s) in carcere esset 2. t) B. v. 2. u) autem? 1. v) a. o. 2. w) desiderabiliter 2. x) eius de s. 1; eiusđ s. 2. y) imani 2. z) CCVIII. 2. a) s. m. def. die 2. b) fini|nivit 2. c) *ita* 1; Lipaiam 2. d) exconsulem 1. e) dimergi? 1. f) dicit? 1. g) ubi? 1. h) *hic desinit* 1, *ubi sequitur:* De nativitate eiusdem regis. i) initiis *bene Aim.*

1) *Zeno Anastasium praecessit.* 2) *Inde ab h. l. frustula ex Vitis I. et II. Boetii (ed. Peiper p. XXXI) sumpta sunt.*

LIBER HISTORIAE FRANCORUM.

EDIDIT

BRUNO KRUSCH.

Labente regno Merowingico, res Francicas ultimus descripsit auctor libelli, qui 'Gesta Francorum' vulgo dicitur, rectius autem ad vetustiorem, eandem meliorem editionem 'Liber historiae' inscribitur, cum quod altera editio fert lemma: Incipit liber sancti Gregorii Toronis episcopi gesta regum Francorum, *cum hoc libello non convenire, nemo sit qui non videat. Sin vero Gregorius Turonensis huius Historiae scriptor minime habendus est, auctoris nomen omnino latet. Certe homo Neustrasius erat, id quod inter omnes constat. Cum enim reliquorum incolas regnorum Austrasios Burgundionesque appellaverit, Neustrasios ubique Francos* κατ' ἐξοχήν *vocavit, ut reliqui scriptores Neustrasii*[1]. *Praeterea res gestas omnino ex conspectu Neustrasio narravit, id quod Historiam cum Fredegario continuato comparanti luce clarius patebit. Patriam Cauer, De Karolo Martello p. 15, et Monod*[2] *accuratius circumscribebant, quorum alter Rotomagensem, alter Parisiensem scriptorem habuit. Sane de ecclesiis Parisiensibus anonymus optime instructus erat*[3]. *Nam postquam Chlodovechum ecclesiam S. Petri vel SS. Apostolorum (hodie S. Genovefae) se aedificaturum vovisse narravit (c. 17), ipsum (c. 19) et filiam Chlodchildem (c. 23), quam Gregorius 'iuxta patrem suum' requiescere scripsit, in eadem ecclesia sepultos esse, memoriae tradidit. Deinde Childebertum S. Vincentii ecclesiam (hodie S. Germain des Prés) construxisse (c. 26) Germanumque episcopum ibi depositum esse (c. 33), Gregorium supplens rettulit, ipsoque teste etiam Fredegundis ossa eadem ecclesia teguntur (c. 37). Tum brachium S. Dionysii a Chlodovecho 'instigante diabulo' abscisum esse, solus rettulit (c. 44). Denique non ignoravit, Chlodoaldum 'Noviente villa Parisiace suburbane' (hodie 'Saint-Cloud') iacere (c. 24). His de causis Monod v. c. scriptorem in monasterio vel S. Vincentii vel S. Dionysii Parisiensi degisse coniecit. Idem Historiam hanc nisi auctoritate regum Neustrasiorum compositam non esse contendit*[4]. *Quod ad hanc rem spectat, libellus adeo mendis*

1) *Cf. Waitz, 'VG.' II, 1³, p. 154, n. 1.* 2) *'Les origines de l'historiographie à Paris' in 'Mémoires de la société de l'histoire de Paris et de l'Ile-de-France' tom. III, p. 219—240.* 3) *Monod v. c. p. 231, octo, quae in Historia commemorantur, villas regias protulit, quae opinionem suam probarent. Quid? Spinogili Dagobertum mortuum esse, ut Fredegario Burgundioni (IV, 79) notum erat, ita Rotomagensis ignorare non potuit; Clepiacum ab anonymo laudatur, eo quod Audoenus Rotomagensis ibidem obiit. Quae restant aliae propius Rotomagum quam Lutetiam sitae erant, aliae e Gregorio fluxerunt.* 4) *l. l. p. 230: 'où peut-elle avoir été écrite, si ce n'est dans le voisinage même des rois, près de leurs résidences habituelles et sous leur influence?' Sed cf. p. 233: 'mais il ne devait pas écrire sous leurs ordres immédiats et sous leurs yeux'. Certe scriptor V. S. Lantberti abbatis Fontanellensis monasterii prope Rotomagum siti necem*

foedissimis scatet, ut eum ab homine rerum summopere imperito scriptum esse dicere malim. Accedunt alia argumenta, quibus Monod v. c. opinio destruatur. Gregorio teste (IV, 13. 16) Chramnus a Chlothario patre 'Arvernus' missus, in Historia (c. 28) autem 'ultra Ligere' profectus est. Ille (IV, 47) Theudobertum 'Toronus et Pectavis vel reliquas citra Legere sitas' urbes pervasisse scripsit, at anonymus: ultra, *inquit,* Ligire cum hoste direxit *(c. 32). Idem eodem modo pro 'Pectavus', quod apud Gregorium legitur, 'ultra Ligere' (c. 33) scripsit. Itaque dum Gregorius 'citra Ligerem', id est ad meridiem fluvii, degit, anonymi 'ultra Ligerem', id est ad septentriones fluvii, patrium solum iacebat. Quod iam accuratius circumscribamus necesse est. De Sigiberto Gregorius (IV, 51):* obtentis, *inquit,* civitatibus illis, quae citra Parisius sunt positae, usque Rhotomaginsem urbem accessit. *Quae verba anonymus ita reddidit:* Sighibertus vero civitates illas, quae ultra Parisius sunt positae, usque Rothomacum accepit. *Ut igitur Gregorius Turonensis citra Parisius scribebat, ita Historiae auctoris patria ultra hanc urbem sita erat. Ecclesiae autem S. Vincentii Parisiensi addictus quae Turonensi citra Lutetiam iacebant civitates 'ultra Parisios' positas dicere non potuit. S. Dionysii monasterium a Parisiis ad septentriones situm conveniret quidem, sed ad hanc ecclesiam brachium tantum sancto abscisum spectat, dum alias vix commemoratur*[1]. *Hac sola de causa scriptorem S. Dionysii monasterio iniungere minime licet, id quod Monod quoque sensisse videtur.*

Postquam anonymum a Parisiis ad septentriones vixisse probavimus, Caueri sententia quibus qualibusve rationibus innitatur, nobis inquirendum est. S. Audoenus Rotomagensis episcopus magis quam par est laudibus effertur. Postquam Dagoberti regnum augustum anonymus cecinit, ad Audoenum episcopum creatum transit: Tunc, *inquit,* et beatus Audoinus episcopus exortus enituit *(c. 42). Miraris, quod Audoeni solius mentionem fecit neque Eligii, qui amicitia cum illo coniunctus eodem anno dieque consecratus est; at nisi Audoeni nullius episcopi electio in Libro historiae Francorum celebratur. Eundem Audoenum quomodo Ebroinus consulturus accesserit, c. 45. narratum est:* Ad beatum vero Audoinum direxit, quid ei consilio daret. At ille per internuntios hoc solum, scripta dirigens, ait: 'De Fredegunde tibi subveniat in memoriam'. *Postea cum Warattonem patrem Ghislemarus 'ab honore generositatis subplantare' cogitaret, iterum 'Audoinus episcopus prohibuit, ne hac nequicia contra patrem inferret' (c. 47), et cum in proposito pessimo persisteret, 'a Deo percussus, iniquissimum spiritum exalavit, iuxta quod sanctus Audoinus ei predixerat'. Denique mortem eiusdem episcopi anonymus ita explicat, ut inter ipsum et sanctum necessitudinem quandam intercessisse nemo negare possit.* Sub his, *inquit,* diebus beatus Audoinus Rotomagensis episcopus plenus dierum ac virtutibus preclarus Clepiaco villa regale in suburbana Parisiorum civitate migravit ad Dominum. Cum gloria basilica sancti Petri apostoli Rothomacum civitate sepultus est *(c. 47). Itaque cum Cauero contendo, libellum Rotomagi vel potius in dioecesi Rotomagensi scriptum esse*[2]. *Addam, quod c. 32. verbis Gregorii (IV, 50):* Chilpericus — — vero se infra Thornacensis

Childerici regis atque Bilhildis filiique Dagoberti multo fusius accuratiusque quam Historiae auctor narravit. Unde probatur, etiam extra Lutetiam res a regibus Neustrasiis gestas conscribi potuisse.

1) *Dagobertum in basilica S. Dionysii sepultum esse, etiam Fredegarius (IV, 79) memoriae tradidit, idem fusius hanc rem tractavit. Quod autem filium Chilperici ibidem iacere anonymus narravit ('l'auteur avait eu soin de noter' Monod), res nullius momenti est, cum e Gregorio id petiverit. Denique Librum historiae Francorum medio aevo in monasterio S. Dionysii notum fuisse non nego, sed ubi ignotus fuerit, quaero.*

2) *Singulari veneratione auctorem S. Audoeno deditum fuisse, Monod quidem non negavit l. l. p. 230: 'Il a évidemment une admiration particulière pour saint Ouen'; sed quia librum omnino Parisiis scriptum esse voluit, adiecit: 'mais il n'ensuit pas pour cela qu'il fût un prêtre de Rouen'.*

murus cum uxore et filiis communivit *ab anonymo per* Rothomaginsem fugiens *inserta sunt, et c.* 25. *Chlotharius I. in silvam* Arelauno, *quod nomen Gregorius, H. Fr. III,* 28. *silentio praeteriit, c.* 38. *Chlotharius II. in eandem ingressus esse fertur:* Chlotharius namque a Parisius exiit et Arelauno silva ingressus est. *Arelaunus autem silva prope Rotomagum sita erat.*

Ex Hispania anonymum in Gallias advenisse, Monod inde coniecit, quod e Gregorio Wisigothica exscripsit eaque ampliavit. At in ea parte, quae scriptori peculiaris est, ne nomen quidem Hispaniae legitur, id quod admodum mirum esset, si, Arabibus a. 711. *hanc regionem occupantibus, in Gallias advenisset. Sed Gothos perisse Arabesque triumphasse, scriptoris ita intererat, ut has res gestas omnino silentio praetermiserit. Sin autem vel strictim posteriorem libri partem legeris, hanc historiam Francorum a nullo nisi ab homine Franco conscriptam esse concedes. Neque Historiae codices duo Hispani, ex eodem exemplari prognati, Gabrielis Monod sententiam confirmare possunt, ut Ewald opinione celerius statuit*[1], *cum utriusque textus deterrimus atque e Pseudo-Turpino*[2] *interpolatus sit talisque auctoritatis libri plurimi in bibliothecis totius fere Europae supersint.*

Quo tempore Liber historiae Francorum compositus sit, ex fine intellegitur. In haec enim verba liber desinit: Franci vero Theudericum Cala monasterio enutritum, filium Dagoberto iunioris, regem super se statuunt, qui nunc anno sexto in regno subsistit. *Theudericus cum a.* 722. *in. rex creatus sit, sextum regis annum cum a.* 727. *convenire oportet*[3].

Fontes, Gregorio excepto, fere nulli supersunt. Hunc excerpsit, modo verba eius servans, modo sententiam tantum reddens; paginae vero nonnullae ad verbum cum Gregorio congruunt. Quod nonnumquam verba singula ita omissa sunt, ut iam textus hiet, scriptori Merowingico vix vitio id dandum est. Aeque ac Fredegarius Historiae auctor sex tantum priores Gregorii libros habuit, quibus ad c. 35. *usus est. Codex, quem adhibuit, cum ad genus B pertinuerit, satis mirum est, quod caput IV,* 19. *Gregorii, quod in his libris desideratur, Historiae auctori notum erat (c.* 29*). Deinde Prologus legis Salicae (ed. Behrend p.* 125*) ab anonymo exscriptus est (c.* 4*). Tum inter Appendicem Marii et Historiae c.* 38. 40, *in quibus de nece filii minoris natu Theudoberti et de Brunechilde crudeliter interempta agitur, necessitas quaedam intercedit, id quod Monod v. c. l. l. p.* 224 *sqq. primus vidit. Fredegarii autem chronicae anonymo praesto non erant. In illis partibus, quae, cum fontes desint, propriae habendae sunt, plurima e carminibus, quae per vulgum ferebantur, fluxisse, coniecit Junghans, 'Childerich und Chlodovech' p.* 51. *Quae fabulae quod cum Fredegario aliquo modo conveniunt, consensus procul dubio inde ortus est, quod uterque rettulerit quae in ore omnium erant Francorum. Praeterea scriptis quoque historiis anonymus usus est. De Chlodoveo II. enim c.* 44*:* Huius, *inquit,* mortem et finem nihil dignum historia recolit. Multa enim scriptores eius finem condempnant; nescientes finem nequitiae eius, in incertum de eo alia pro aliis referunt. *Hoc ex loco memoria dignissimo post Fredegarium et ante hunc, qualiscumque est, historicum alios res gestas posteris tradidisse discimus, quorum opera perisse non satis dolendum est. Illa enim quae superest Historia Francorum auctoritatem fidemque minimam habet.*

Nam quae in priore Historiae parte e Gregorio non fluxerunt, merae sunt fabulae, ut Francorum origo (c. 1—4*), res, quae ad principes regesque primos Francorum pertinent, praecipue ad Childericum (c.* 6. 7*) et Chlodovechum (c.* 11—14*), dolus Fredegundis (c.* 31. 32*), alia. Capitis* 35, *ubi etiam Gregorius adhibitus est,*

1) *'N. Archiv' VII, p.* 306. 2) *Karlus enim Martellus cum Magno constanter confunditur.* 3) *Cf. 'N. Archiv' X, p.* 94.

maxima pars scriptoris est, qui inde ab hoc loco narrationem ad suum tempus perduxit. At cave nimis fidas ei, qui ab eruditis 'fabulator anonymus' merito appellatus est. Omnia enim, quae a Fredegario non confirmantur, aut suspecta sunt aut prorsus ficta, ut expeditio Dagoberti (c. 41) in Saxones suscepta et pugna 'super Wisra' commissa, ubi etiam a Chlothario Saxones victos esse voluit anonymus Gregorium fortiter supplens (c. 27). Neque meliora sunt, quae in c. 43—45. referuntur: mendis ea scatere, alio loco dixi[1]*. Maior fides extremis capitibus tribuenda videtur esse, ubi ad historiam sui temporis scribendam aggressus est. At cum c. 49. Theuderici atque Chlodovei, qui a. 695. diem obiit, regni annos perperam tradiderit, vix ante a. 700. pro teste spectatoreque accipiendus est. Quae vero relatu digna habuit perpauca erant, sive ipse de rebus gestis non satis instructus erat, sive eas litteris mandare aut neglexit aut nequivit.*

Temporum indiciis anonymus adeo vagis utitur, ut, quo anno res singulae gestae sint, ex Historia perspici non possit. Summam tantum annorum quos reges regnaverunt saepius prodidit, eandem plerumque falsam. Praeterea tempus semper ut insequens vel idem his verbis indicavit: Post haec, Nec multo post; Cedendum itaque tempore, Cedendum enim tempore, *quae a lingua Latina plane abhorrent,* Decedente vero tempore, Sequenti tempore, Succedente quippe temporum, Succedente igitur tempore, *vel* In his diebus, Sub his diebus, Eo tempore, Eo itidem tempore, Id temporis, Per id tempus, Tunc. *Haec omnia nihil valere, commemorare vix necesse est. Sermo Fredegariano aliquanto melior est, quamquam persaepe casus quartus et sextus permutati sunt, nonnumquam participium pro verbo finito, verbum activum pro passivo*[2] *accipiuntur, neque vocabula barbara desunt, ut* balc iumente, livorare, stapplo. *Adde, quod litterae* ag *in* ayg *productae sunt, velut fere semper* Daygobertus, paygus *scripta reperiuntur, id quod in alio libro non legi. At nimia litterarum vocalium* e — i, o — u *permutatio scriptoribus Merowingicis propria in Libro historiae Francorum non deprehenditur, ita ut is iam aevi humanioris vestigium quoddam prae se ferre videatur. Connexus enuntiatorum satis simplex est, cum fere unicuique verbo* que *additum sit; cf. c. 1:* appellaveruntque eam Sicambriam habitaveruntque illic annis multis creveruntque in gentem magnam.

Paucis annis post a. 727. altera huius opusculi editio parata est, cuius codices quam plurimi aetatem tulerunt. Priorem a. 727. compositam A, posteriorem B vocamus. B nonnulla addidit, ut ea quae c. 5. de Germania[3] *ex Isid. Etym. IX, 2, §. 97, rettulit, alia omisit, elocutionem saepe mutavit*[4] *atque narrationem e Gregorio supplevit, quem titulo quoque, ut supra dixi, inseruit. Cum itaque qui B recognovit hoc opusculum Gregorii esse existimaverit, hanc editionem non ab ipso auctore A paratam esse, sed ab alio, qui verum scriptoris nomen ignoravit, luce clarius intellegitur. Gregorium a B iterum consultum esse, capite 8. luculente probatur, ubi enuntiatum* Adovacrius itaque de Andegavis et de aliis civitatibus obsedis accepit *ab A omissum B demum e Gregorio textui inseruit. Vice versa B dimidium fere c. 16. ab A ad verbum e Gregorio exscriptum praetermisit. In extrema Historiae parte B perpauca mutavit. Nonnullis locis textus A a B emendatus est, ut c. 28:* illudque inter Absalonem et patrem eius David posuisti *(ita A), ubi B verba* inpone iudicium, quod condam *post* illudque *e Gregorio adiecit. At loquentem te audio, editionem B pro priore, A pro posteriore*

1) *Cf. 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXII, p. 474.* 2) *Cf. Indicem capitum:* eam Merovechus adsumitur, regnum Theudericus adsumitur, Waratto maiorum domato adsumitur, Audoinus ad Dominum migratur. 3) *Cf. etiam Francorum etymologiam c. 2.* 4) *Neque vero ubique ad artem grammaticam, nam pro* adlata *in B* deferta *saepe scriptum est; cf. c. 12.* Hostem, *qui pro* exercitu *in A accipitur, in* exercitum ostilem *B mutavit (c. 4).*

accipiendam esse. Itaque quibus opinio mea confirmaretur argumenta nonnulla colligenda mihi esse duxi. C. 37. *B scripsit:* Ibi enim in ipso certamine visus fuit angelus Domini evaginato gladio supra populo illo, *dum in A haec leguntur:* In ipsa pugna angelus Domini gladio evaginato super ipso populo. *Cum verbum* visus fuit *insertum sit, elocutio B multo lucidior est, quam A, qui si B textum recognovisset, non quae scripserat scripsisset obscura. C.* 27. Chrodchildis regina bonis operibus predita apud urbem Toronicam migravit ad Dominum *verbum* predita *B omisit, qui c.* 31. Nunc autem ad coepta redeamus *verba* ad coepta *in* accepta *corrupit. Haec leviora sunt. Summi momenti est, quod quae c.* 38. *ex. A de filio Theudoberti minore natu scripsit:* Minorem enim in albis ad petram percussum cerebrum elisit, *B hoc quidem loco praetermisit, sed c.* 39. *ex., ubi de filiis Theuderici agitur, inseruit:* Iuniorem, *inquit,* enim puerum in albis eliso cerebro ad petram interfecit. *Quod plane falsum est, nam ex Appendice Marii et ex Fredegario iuniorem Theudoberti filium hoc crudeli modo interisse scimus, ut A recte tradidit. C.* 31. *de Galsuinta agitur a Chilperico petente, ut in Hispaniam remitteretur. Id cum Gregorius et A et B descripserint hoc modo:*

redire permitteretur ad patriam *Greg. IV,* 28,
redire permitteret ad patrem suum *A,*
redire dimitteret in patria ad patrem suum *B,*

facile apparet, A e Gregorio hausisse, B textum A exscripsisse et e Gregorio supplesse. Denique quos A accurate adnotavit dimidios Pippini et Chilperici regni annos B omnino praetermisit. Quibus ex causis B posteriorem huius opusculi editionem habendam esse censeo.

Qua in regione B scripserit, iam quaeritur. Mortem Childeberti regis Austrasiae et Burgundiae A plane silentio praeteriit, at B hanc lacunam explevit c. 37: Eo, *inquit,* tempore mortuus est Childebertus rex iunior regnavitque annis 20. Teudobertus, filius eius, in regnum patris sui in Auster statutus est, Teudericus vero in Burgundia. *Ut Fredegarius Burgundio Childeberto 4 annos tribuens Burgundici tantum regni rationem habuit, ita B scriptor quot Austrasium regnum egerit* (575—595) *annos recte memoriae tradidit. Unde forte coniciendum est, hominem in hac regni Francici regione degisse, at in sinistra Rheni ripa, ut c. 5. demonstratur:* Propterea Germanie omnes regiones gentium, que ultra Renum fluvium sunt, huic nomine noncupantur Germanias.

Theuderico rege etiam tum vivo hanc editionem factam esse, ex fine intellegitur, ubi verba anno sexto, *quae A praebet, omissa sunt, sed* nunc *servatum est:* qui, *inquit,* usque nunc in regno subsistit *(B). Theudericus autem a.* 737. *diem obiit. Quid? Iam ante a.* 736. *recognitam hanc Historiam Francorum extitisse, Fredegarii continuatione luculente probatur. Nam quicumque priorem huius partem libro, quem iam edituri sumus, usus composuerit, non priorem A, sed posteriorem editionem B adhibuit. Cuius rei pauca exempla proferam: c.* 44. tres filios habuisse *A,* filios tres *B cum Fred.; c.* 45. de regno deiciunt *A,* a regno *B cum Fred.*; propter Childericum mittentes *A,* legacionem *ante* mittentes *B et Fred. addunt;* filio Erchonoldo *A,* filio Erchonoldo nobile *B et Fred.; post* Ebroinus *B et Fred.* consilio accepto *addunt; c.* 46. dirigit nuncios *A,* nuncius dirigit *B cum Fred.; c.* 47. *pro* consilio pertractantes *(A) habent* consilio accepto *B,* accepto consilio *Fred.; c.* 48. Austrasiis *A,* Auster *B et Fred.;* Bercharius ab adulatoribus occisus est et instigante Anseflide *etc. A, at* et *B omisit, quare Bercharius ibi auctore Anseflide interimitur, et ita Fred.:* interfectus est, instigante Ansflede matrona sua. *Itaque qui Fredegarium continuavit homo Karolingicae stirpi addictus editione usus est B, id quod mirum non est, postquam in regno Austrasio illam ortam esse probavimus. Cum prior continuati Fredegarii pars*

a. 736. *composita sit*[1], *hominem Austrasium B librum A a.* 727. *editum paucis annis post, id est ante a.* 736, *recognovisse necesse est.*

Eandem editionem Aethicus exscripsisse videtur. Teuffel quidem, 'Römische Lit. Geschichte' §. 497, *Cosmographiam circa a.* 630. *compositam esse voluit, sed quas attulit rationes non sufficiunt. Neque enim Fredegarius neque Isidorus illa usus est, sed qui vulgo Aethicus vocatur ex Isidoro hausit, inter ipsum autem et Fredegarium ne minima quidem ratio intercedit. Multo melius Aethicum post Librum historiae Francorum recensuit Ebert v. c., 'Literaturgeschichte' I, p.* 573. *Sermone Aethicus utitur eodem, quo Historia Daretis Frigii Fredegario a continuatore inserta conscripta est; cf. Aethicus ed. Wuttke p.* 24, *l.* 6. gignarum, *p.* 51, *l.* 10. gignarosque, *l.* 22. gignaras *pro* gnarus *et 'N. Archiv' VII, p.* 513. *Quare mihi persuasum est, Aethicum continuatoris Fredegarii aequalem priori saeculi VIII. parti tribuendum esse. De Germania autem auctor B Libri hist. Fr. iisdem fere verbis atque Aethicus rettulit:*

Lib. h. Fr. c. 5.

Propterea Germanie omnes regiones gentium, que ultra Renum fluvium sunt, huic nomine noncupantur Germanias, eo quod inmanea corpora sint inmanisque nationes, sevissimis durate semperque indomiti, ferocissimi, quorum fuisse paugus centum traditur scriptura.

Aethicus ed. Wuttke p. 16.

Nam et illarum regionum pagi omnis Germania est appellata, eo quod sint inmania corpora inmanesque nationes, saevissimis moribus duratae, adeo indomiti, frigore et rigore ferentes ultra omnes gentes. Centum pagos dicit esse inter habitabiles et inhabitabiles a Reno fluvio usque Oceanum insolas plurimas et Meotidas paludes.

Inter sevissimis *et* durate *in Libro h. Fr. vocabulum excidit; Aethicus autem* moribus *inseruit. At* frigoribus *supplendum esse, ex Isidoro, Etymolog. IX,* 2, §. 97. *intellegitur:* Germaniae, *inquit,* gentes dictae, quod sint immania corpora immanesque nationes, saevissimis duratae frigoribus, qui mores ex ipso caeli rigore traxerunt, feroces animi et semper indomiti, raptu venatuque viventes. *Huc accedit, quod Historiae verba* semperque indomiti *magis quam Aethici* adeo indomiti *cum Isidorianis* semper indomiti *congruunt. Itaque Historiae auctor Isidorum, Aethicus vero Historiam exscripsit. Cum autem aliis locis Isidorum ipsum Aethicus certe adhibuerit, non mirum est, quod huius verba* et rigore ferentes ultra omnes gentes *illius similitudinem quandam prae se ferunt. Quae vero de Suevis Isidorus l. l. enarravit:* Quorum fuisse centum pagos et populos, multi prodiderunt, *Historiae auctor B fere ad verbum deprompsit, Aethicus excerpsit tantum; uterque ad totam Germaniam ea rettulit. Etiam cap.* 1. *Libri h. Fr. Aethicus adhibuisse videtur.*

Historiae Francorum per medium aevum tot exemplaria facta sunt, ut vix omnia quae nota sunt a me collecta esse opiner. Magni enim hunc libellum ut brevitatis ita fabularum causa aestimabant, quas non inamoenas esse iudico. Qui autem in catalogis codicum mss. 'Gesta Francorum' appellantur libri, non raro Ademari Cabannensis exemplaria sunt, dum opusculi nostri codices ut Gregorii Turonensis historiae libri in iisdem tabulis recensentur. Itaque complures libros me fugisse pro certo habeo; sed, ne codicum quos attuli conspectus lectoribus taedium iam pariat, vereor.

Primum codices editionis A collegi, quos in tres classes numeris 1. 2. 3. *distinctas divisi.*

1) *A* 1*a. Codex Bernensis nr.* 599.[2] *membranaceus, formae octavae, saec. VIII, f.* 136, *olim ecclesiae cathedralis Argentoratensis, — in cortice enim exteriore haec leguntur:* vient de la cathédrale de Strasburg, — *deinde Bongarsii erat, cuius nomen*

1) *Cf. supra p.* 8. 2) *Cf. 'Archiv' V, p.* 485.

f. 132. exstat. Continet f. 1—132. Librum historiae Francorum. Duo quae praecedebant folia excisa, decem versus folii 132. et totum folium 132'. erasa sunt; f. 133—136. chronologica ecclesiasticaque sequuntur. Post fol. 131. folium unum excisum est, ut textus a c. 53. disceptavit et thesauros ad Franci v. Theudericum Cala perierit. Constat ex quaternionibus et uno ternione. Folium versus 15 occupant. Codex pulcherrime scriptus, litteras quas initiales vocamus rubro, viridi, croceo colore distinctas habet. Primus quisque capitum versus litteris maiusculis exaratus est. Quae librarius postea emendavit, pro nihilo aestimanda sunt. Liber, qui ex exemplari litteris maiusculis scripto fluxit, cum c. 45. pro vi numerus VI reperiatur, optimus est, at verba quaedam desiderantur. Iisdem atque compluribus mendis qui sequuntur codices A 1 inquinati sunt.

Exscripsit vel Gerber vel Durheim bibliothecarius (cf. 'Archiv' V, p. 752); quisquis erat, negotium susceptum accuratissime perfecit. Postea Arndt v. c. codicem recognovit.

2) A 1b. Codex Parisiensis nr. 5596 (Colbertinus nr. 5432) membranaceus, formae octavae, saec. IX. in. litteris rudibus scriptus, quae codicem Bruxellensem Gregorii (B 2) maiorem in modum aequant, post Vitam S. Remedii[1] Librum historiae Francorum continet, quem epistula S. Augustini de igne purgatorio et dicta S. Hieronymi excipiunt. Librarius 'eius' per notam expressit. In scribendi ratione cum A 1a plerumque consentit, si orthographica excipis haec: diditus, lantia; tradedit; monarchyam, Parysius; cognuscerit, commotu, currueruntque, in quarto casu parvolus, thesaurus; histis (= istis), hostensuram; apellare saepe. Loco ae saepe e posuit, velut hec (semper).

Contulit Bethmann v. c.

3) A 1*b. Codex Remensis S. Remedii[2], de quo Bouquet II, p. XIII: 'Gestorum stilus in codice Remigiano limatior est quam in aliis: voces barbarae ac minus Latinae puriori Latinitati redduntur. Qui Gesta recognovit, floruisse videtur post Hincmarum, a quo sanctae Ampullae historiam mutuatus fuerit'. Ultima Historiae verba qui nunc anno sexto in regno subsistit, ut in A 1b, desunt; cum libris A 1 in c. 49. Baltildis pro uxore Theuderici accipitur. Codex nullius auctoritatis est, cum sermo ubique mutatus, textus ex B interpolatus sit[3]. Eum ex editione tantum Bouquetiana novimus.

4) A 1c. Codex Vindobonensis hist. prof. nr. 991, membr. saec. XII, formae quadratae, textum ad arbitrium librarii immutatum continet. Desunt folia nonnulla a c. 2. annis decim ad c. 10. Francorum grande. Ex exemplari A 1b simili exscriptus est neque vero ex hoc ipso. Historiam Francorum breviarium quoddam Fredegarii f. 46—54. excipit, de quo 'N. Archiv' VII, p. 290. egi. Librum non curavi.

Contulit Pertz v. c.

5) A 1c*. Codex Vindobonensis hist. prof. nr. 91, chartaceus, iisdem mendis atque A 1c laborat, quibus alia non pauca accedunt. Ipsum ex A 1c fluxisse ratus plane seposui. Capitibus singulis tituli superscripti sunt, qui cum capitum indice reliquorum codicum non conveniunt. Desinit in titulo c. 25. De|.

Contulit Pertz v. c.

6) A 2. Codex S. Mariae Camaracensis nr. 711, saec. IX, formae quadratae,

1) Codicem littera C distinxi in Fortunati Opp., Auct. Antiq. IV, 2, p. XXIV. 2) Monod l. l. p. 221. codicem eundem ac A 1b habuit, sed obstant, quae Bouquet de Remensi scripsit. Neque enim in Parisiensi sermo mutatus est, neque ampullae historia ibidem legitur. Sed forte idem Remensis A 1*b est, de quo Ruinart, Praef. Gregorii §. 82. scripsit. 3) Cf. c. 7, ubi A: Et illi responderunt: 'Calidus enim erat nobis, paenitet nos; B: Ille dixerunt: 'Quia sine legem abutebatur filias nostras, penitet nos; Remed.: Illi dixerunt: 'Callidus enim erat nobis, qui sine lege abutebatur filiabus nostris.

foliorum 21, *e tribus fasciculis constat, qui* 8 *et* 6 *et* 7 *folia continent. Caret et indice et titulo; incipit enim* Principium regnum Francorum. *Capita plerumque non distinguuntur. Extremum folium cortici olim agglutinatum vix legi potest. Librarii duo vel tres vetusti atramento diverso librum emendaverunt. Alter calamo rudi, alter nitido usus est, sed quo saeculo vixerint, difficile dictu est. Praecedit alius codex iam saeculo XV. cum hoc colligatus, qui librum continet qui inscribitur:* Historia mistica ecclesie catholice Maximi, quam transtulit Anasthasius.

Codex ut summi pretii est, quippe qui verba in A 1 *omissa omnia habeat neque mendis codicum A* 3 *inquinatus sit, ita non satis dolendum est, quod iniuria temporum maxima eius pars periit. Desinit enim c.* 28. *in verbis:* Chlotharius rex. *Litterae quas initiales vocamus saepe omissae sunt, nam* ibus *pro* Quibus, ibi *pro* Tibi, uit *pro* Fuit *scriptum est. Quas lacunas iam in exemplari, ex quo A* 2 *fluxit, extitisse, inde conicio, quod spatium litteris supplendis sufficiens in A* 2 *minime vacat. Huc accedit, quod c.* 10. *pro* Verum *in A* 2 erunt *legitur, quod librarium ex* erum *archetypi formasse patet. In ratione scribendi cum A* 1a *fere convenit; discrepant vero haecce:* depręcor, ęquos, itaquę, quoquę; edificare, penitet, quereret; ancille vestre, camere, depredate, puelle, que; valedus; cepi (*pro* coepi); consolatu, cobicolum, cubicolariis, oscolans; abitavit; audatia, mendatium, patientiam, votiferatione; consenciebant, sedicione. *Denique* eo *pro* quo, Tholosa, Chlodovechus *librarius fere semper scripsit.*

Post Bethmannum Waitz v. c. librum accurate contulit.

7) *A* 2^*. *Codex Parisiensis, 'fonds Duchesne nr.* 91', *f.* 76, *e codice A* 2 *transcriptus est; cf. 'Archiv' VIII, p.* 328.

8) *A* $3a^1$. *Codex Petropolitanus* λ. *F. Otd. IV.* 4, *saec. IX, 'ex museo Dubrowsky', f.* 1—32. *Historiam Francorum continet; cf. 'N. Archiv' V, p.* 220, *ubi fusius descriptus est. Primum folium, in quo indicis pars scripta est, saec. XII. demum librarius quidam adiecit. Idem aut alter saec. XII. etiam posteriorem codicem et emendavit et interpolavit, nonnumquam litteras vetustas atramento superlivit. Membrana folii* 1. *admodum tenuis et polita est. Libro historiae Francorum ut* 52—55. *capita Fredegarii continuati c.* 10 (*a* Deinde) — 24. *adnexa sunt, quae Ann. Laur. maiores, Vitae Karoli auctore Einhardo et Hludovici II, Genealogia regum Francorum excipiunt.*

Litterae e *et* ę (que, quereret; cępi, gloriosę rex) *saepe permutantur,* ti *locum* ci *occupat* (inditia, sotiare), com *et* con *pro* cum *accipitur et vice versa* cummater, cumvenissent, cummovet, cummoti *deprehenduntur. Praeterea in nominibus propriis aspiratio aspera plerumque in lenem cessit, ut* Chlodovehus (*vel* Chlodoveus), Hrenus, Hrodanus, Huni, *id quòd hic monuisse sufficiat.*

Contulit Arndt v. c.

9) *A* $3a^2$. *Codex Parisiensis nr.* 10911, *antea Suppl. lat. nr.* 125, *saec. IX, olim baronis de Crassier Leodiensis erat; cf. Bouquet II, p. XIII. Teste Monod*[1] *v. c. liber a.* 887. *scriptus est, in monasterio quodam Leodiensi, ut Bethmann v. c. coniecit. Historiam, quae titulo caret, ut c.* 52—55, *aeque atque in A* $3a^1$, *Fredegarii continuati c.* 10 (*a* Deinde) — 24. *sequuntur. Idem librarius, postquam insequentia* $3^1/_2$ *folia vacua reliquit, quae epistula Alexandri Magni saeculo demum XII. vel XIII. scripta iam occupat, ad novum quaternionem scribendum aggressus, Annales Laurissenses* 741—829. *adiunxit.*

Bethmann hunc librum qui conferretur dignum non iudicavit, ipsum ex A 1b *fluxisse ratus. Quod neque editione Bouquetiana, quam appellat, probatur, neque re ipsa verisimile est, cum omnes libri A* 3 *verba in A* 1 *omissa suppleant.*

10) *A* $3a^{2*}$. *Codex Giessensis bibliothecae universitatis nr.* 254^a, *saec. XVIII, e bibliotheca Crasserii a Meermanno emptus, codicis Chiffletiani saec. X. membr., formae*

1) *l. l. p.* 221.

quadratae, fol. 119, *quem eundem ac A* 3a^{2} *esse conicio, apographon est. Certe post c.* 24. *Fredegarii continuati alia manus adnotavit, in codice epistulam Alexandri Magni ad Aristotelem datam sequi, quam libro A* 3a^{2} *postea additam esse, supra dixi; cf. 'Archiv' IX, p.* 577.

11) *A* 3a^{3}. *Codex Sancti Galli nr.* 547. *membranaceus saec. XII. vel XIII. inter cetera Historiam Francorum continet. Praecedit index:* De origine ac gesta — sua redigit potestate, *tum opusculum ipsum sequitur, cui ut appendix Fredegarii continuati c.* 10 (*a* Deinde) — 24. *adiecta sunt. Desinunt in verbis:* 11. Kal. Nov. sepultus est in basilica S. Dion. mart.; *tunc demum clausula addita est haecce:* Expl. gesta Fr. *Quae denique subsequuntur:* Chlodharius rex de Austria, postquam Theoterichus et Theodobertus — videbantur vincere constabat, *eadem manu scripta, paginam unam occupant.*

Liber 'Archiv' I, p. 396. *descriptus est; cf. 'Archiv' V, p.* 504.

12) *A* 3a^{4}. *Codex Parisiensis nr.* 4998, *olim Colberti nr.* 433, *membranaceus saec. XIV, inde a f.* 27'. *capita* 1—9. *Historiae Francorum exhibet; cf. 'Archiv' VIII, p.* 346. *Post titulum:* Incipiunt capitula de origine et gestis regum Francorum *index ad c.* 9. *exaratus est, quem textus A ad verba* Chlodovehus recepit *(c.* 9. *ex.) excipit. Sequitur:* De potentia igitur magnitudinis tanti viri — inter se fecerunt; *deinde:* Quomodo disiunctum sit regnum Francorum a genealogia Priami primi regis Francorum, *tum alia genealogia regum Francorum a Karolo Magno ducta, quae in verbis:* Eustachius vero genuit filiam nomine Mathildem, quam postea duxit in uxorem Stephanus rex Anglorum *desinit.*

Hic liber cum et in titulo ipso et in verbis frequenti certamine *(c.* 1. *indicis) cum A* 3a^{1} *accurate congruat, sine dubio huic generi tribuendus est.*

Quae de A 3a^{4} *attuli, Löwenfeld v. c. adnotaverat.*

13) *A* 3a^{5}. *Codex Parisiensis nr.* 9767. *saec. XV, chartaceus, 'Liber*[1] *de origine ac gestis Francorum' inscriptus, item in titulo cum A* 3a *convenit.*

E codicibus A 3a, *de quibus 'N. Archiv' VII, p.* 324. *egi, unus in usum nostrum collatus est Petropolitanus A* 3a^{1}.

14) *A* 3b. *Codex Vaticanus bibliothecae Christinae reginae nr.* 713, *saec. VIII/IX, formae octavae, foliorum* 83, *a Pertz, 'Archiv' V, p.* 61. 115. *descriptus, post Fredegarium (3 II) Erchanbertumque Libri hist. Fr. c.* 1—32. *exhibet, foliis reliquis excisis. Desinit in verbis:* vos et filios *(c.* 32*). Codex ab optimis stat, quod ad scribendi rationem spectat, A* 3a *praeferendus. Praeterea summi momenti est, cum solus exemplar aequet, unde omnes qui sequuntur libri A originem traxerunt.*

Quas Pertz v. c. exscripsit varias lectiones fere omnes adnotavi.

15) *A* 3β^{1}. *Codex Vaticanus bibliothecae Christinae reginae nr.* 549, *saec. XII, formae maximae, post Historiam Romanam Pauli, quae lib. II, c.* 11. *incipit, f.* 131'. *librum Historiae Francorum exhibet. Praemissus est index:* Incipiunt capitula de gestis Francorum — Expliciunt capitula, *quem textus excipit:* Incipit liber de gestis Francorum. Principium regum Francorum eorumque originem vel gentium illarum his gestis proferamus. *Cap.* 40. *ex. et* 41. *ex. quinque lacunis hiat. Librum hist. Fr. Annales Alamannici ad* Karlus et Karlomannus simul, — *annorum numerus suppletus non est, — sequuntur, qui SS. XIII, p.* 724. *editi sunt. Denique f.* 145'—148. *Gesta Theoderici regis occupant, de quibus v. 'N. Archiv' VII, p.* 319; *supra p.* 13.

Codicem Pertz v. c. inspexit; cf. 'Archiv' V, p. 115, *XII, p.* 288.

16) *A* 3β^{2}. *Codex Carlsruhanus bibliothecae aulicae A* 5, *saec. XII. in., formae maximae, ex duobus tantum foliis constat, quae Mone, 'Anzeiger f. Kunde des deutschen Mittelalters' IV, p.* 10. *edidit. Fragmentum a c.* 31. *incipit; extrema verba* qui nunc anno sexto in regno subsistit. Finit historia Francorum *Annales Alamannici ad*

1) *Cf. Delisle, 'Inventaire des Manuscrits' p.* 49.

Karlus et Karlomannus simul *sequuntur, quos Gesta Theoderici* Incipiunt Gesta Theoderici regis *excipiunt, sed finis truncatus est.*

17) *A* $3\beta^{2}$. *Codex Vindobonensis bibliothecae universitatis nr.* 3334 *(antea* 838, *Repert. Schwandneri I,* 611*), chartaceus saec. XV. ex., formae maximae, Fuchsmagen v. c. erat. Historiam Annales Alamannici sequuntur, qui in verbis* Karlus et Karlomannus similiter *desinunt. Saepe* ci *pro* ti (furencium) *et* Clodoveus, Clodovehus, pulcer, pulcra, deffuncto *scripta sunt.*

Contulit Pertz v. c.

In omnibus libris A 3β Librum historiae Francorum Annales Alamannici atque Gesta Theoderici excipiunt; cf. 'N. Archiv' VII, p. 319. *In codicibus, de quibus iam acturi sumus, A* $3^{*}\beta$ *Annales quidem omissi sunt, sed Gesta adsunt. In plerisque libris Paulus Historiam praecedit. Et A 3β et A* $3^{*}\beta$ *eundem textum quam maxime deformatum et ex codice quodam B interpolatum praebent, quem vero non prorsus neglegendum esse duxi, quia plurimi huius generis libri supersunt.*

18) *A* $3^{*}\beta^{1}$. *Codex Graiacensis bibliothecae universitatis fol.* 42/59. *saec. XII. ex. apud S. Lambertum scriptus est. Historiam Francorum Pauli Historia Romana praecedit, Gesta Theoderici regis sequuntur.*

Liber a Wattenbach v. c. descriptus est; cf. 'Archiv' X, p. 623.

19) *A* $3^{*}\beta^{1*}$. *Codex Graiacensis bibliothecae universitatis oct.* 33/52, *chartaceus saec. XV. ex superiore libro transcriptus videtur esse; cf. 'Archiv' X, p.* 625.

20) *A* $3^{*}\beta^{1**}$. *Codex Graiacensis bibliothecae universitatis oct.* 37/21. *chartaceus saec. XV. ad idem librorum genus forte pertinet, quippe qui cum A* $3^{*}\beta^{1}$ *fere congruat; cf. 'Archiv' X, p.* 625.

21) *A* $3^{*}\beta^{2}$. *Codex Vindobonensis nr.* 428 *(antea nr.* 57. *et hist. prof. nr.* 230*) saec. XIII, formae maximae, f.* 207, *post Historiam Francorum Gesta Theoderici mutila continet, quae Mone, 'Anzeiger'* 1838, *p.* 355. *edidit. Verba c.* 40. Ad extremum *ad finem c.* 41. *desiderantur.*

Pertz v. c. contulit.

22) *Codex Oxoniensis collegii, quod Corpus Christi dicitur, nr.* 73. *membranaceus saec. XII. in verba desinit:* qui nunc anno 6. in regno subsistit, *quare priori editioni attribuendus est; cf. 'N. Archiv' IV, p.* 387.

Alterius editionis B libros in duas classes distribui. Ad priorem duo tantum codices pertinent, dum reliqui omnes posteriorem efficiunt. Capitum distinctio in omnibus huius editionis libris, excepto B $2b^{1}$, *nulla est; idem indicem solus praebet.*

23) *B* 1*a*. *Codex Londiniensis Musei Britannici Arund. nr.* 375, *saec. IX.*[1], *fol.* 75, *formae quadratae, Henrici Howard Norfolciensis erat, qui Soc. Reg. Lond. eum donavit. Index desideratur; titulus fere evanuit. Liber historiae Francorum f.* 1—47'. *exstat. Paginam* 20 *versus occupant. Liber* 23 *cm. altus,* 15 *cm. latus est; membrana optima, scriptura egregia. Historia in capita divisa non est, at manus posterior argumenta margini plerumque adscripsit. Post f.* 6. *folium excisum est, ita ut textus a c.* 9. Chlodovechus enim missos suos *ad c.* 12. Chrotchilde. Audiens *hiet. Folium* 7. *ordinem turbat: est enim inter fol.* 12. *et* 13. *transponendum. Alterum folium post f.* 28. *excisum est, ut textus a c.* 31 (simpli)citatem tuam coniux *ad c.* 32. derelictus ad suis *perierit. Liber ex exemplari vetustissimo transcriptus est, in quo nonnumquam* βαῦ *adhibitum erat, quod circa a.* 750. *abolitum fuisse constat. At librarius hanc numeri notam male intellexit, qui c.* 50. XCII. *pro* XϚI *(i. e.* XVII), *c.* 51. XXCII. *pro* XXϚI *(i. e.* XXVII) *scripserit. Regionis, quae Ardennam silvam adiacet, librarius optime peritus erat, nam c.* 41. *puerum Dagoberti, qui e Saxonia profectus, Ardennam silvam transiit*

1) *Non saec. XI, ut 'Archiv' VIII, p.* 759. *legitur. Liber fusius describitur in 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum' II, p.* 86.

et ad priorem editionem 'usque fluvio penetravit', non cum reliquis codicibus B 'Reno fluvio' pervenisse perperam scripsit, sed 'usque Longolario' ipsum profectum esse statuens, errorem apte evitavit. Longolarii Gestorum quoque Dagoberti scriptor meminit, qui simili codice usus est. Fol. 34'. hi versus eadem manu litteris maioribus scripti leguntur:

Adnexique globum Zephyri freta kanna seccabat,
Omne quod est nimium semper vitare memento.

Item in in superiore margine f. 35. scriptum est:

Scando caeli templa, virgo digna tanto foedere.

Quod ad scribendi rationem attinet, quae digna sunt, quae commemorentur, hoc loco colligenda mihi esse duxi. Saepe ae *pro* e *vel* oe *positum est, ut* aecclesia *(semper),* aegregius, aequo, caelebrę, caepit *vel* cępit (*pro* cepit *et* coepit), caerea, concaepit, illae, inaebriati, iustae, procaeribus, quaem, *et vice versa, ut* estimarent, milicie, tue. *Permutantur* e *et* i (rediamus, adveniret *pro* advenerit, *nom. sing.* illi *saepe,* ipsi *saepe, plur.* Burgundionis, calicis, discriptionis gravis, insidiatoris, maioris, prioris gentilis, superioris, vigilis custodis; baselica, Rene), i *et* y (Audoynus *semper,* Ebroyno, Martyni), o *et* u (rumur *et in casu quarto* Alanus, alius, parvulus, thesaurus; commonivit, iogulavit, *nom. sing.* excommunicatos, populos, domos, *abl.* senato). *Aspiratio desideratur:* adortare, istoria, pulcrius, sepulcrum; *eadem saepissime abundat:* habiit, habutebatur, hac, haccepto, hędificare, hatrocissima, hibi, hobiit, Franchos *semper. E consonantibus* c *et* qu (quoortans; corum *pro* quorum) *permutantur;* t *pro* c (pate; *praecipue ante i:* defitiatis, fatiam, Frantia *saepe,* interfitiam, iuditio, lanefitii, sacrifitia, sotiis, suffitiat), i (inienio) *et* c (Cotthorum) *pro* g *accipiuntur. Praeterea* b *et* p (obtimus *et semper* babtismus, babtisterium, babtizare), d *et* t (set; adque *saepe,* capud, essed) *fluctuant, et pro* v—f (fociferans), *pro* x—s (iusta) *scribitur. Litteris* st *saepissime* i *vel* e *praemissa est:* istabilirent, istans, istipitem; estatuit; *similiter* iscramsaxos, Ispinogilo *producta sunt. Denique* defficiens, committe *pro* comite, summus *pro* sumus *et* efectus, aparatu *librarius scripsit nominaque propria ita deformavit:* Clodoveus, Ostrasii, Suasionis *pro* Suessionis.

Post Historiam Francorum f. 47'. Incipit exposicio exsidium Troie, *manu alia eadem nitidiore exarata. Expositionem, quae f.* 72'. *in verbis:* Explicit excidium Troie *desinit, fragmentum de Pippino principe*[1] *sequitur, quod Freherus quondam ex hoc ipso codice edidit. Extrema codicis pagina* 75'. *iam legi vix potest neque Freheri temporibus melius conservata erat.*

Ad fol. 8'. *Vogel v. c., inde Peters v. c. codicem accurate contulerunt.*

24) *B* 1b. *Codex Montepessulanus H. nr.* 360, *formae quadratae, complura opuscula continet, diversis temporibus exarata, quae iam saec. XV, ut index in cortice positus docet, uno volumine comprehensa erant. Sex tantum priores quaterniones vetustum codicem efficiunt. Is saec. IX/X. scriptus monasterii Pontigniacensis erat, nam f.* 2. *et* 48. *verba* Ex Biblioteca Pontigniacensi 168. *leguntur. Adnexa sunt passiones sanctorum*[2] *aliaque ecclesiastica atque Sallustii libri. Fol.* 1—2. *finem Historiae ecclesiasticae Rufini continet, tum, indice nullo praemisso, f.* 2—29'. *Historia Francorum sequitur, quam f.* 29'—48. *post versum vacuum, titulo nullo praefixo, Einhardi Vita Karoli excipit. Ei eadem manu, ut videtur, sed postea versus Gerwardi adiecti sunt*[3]. *Tertius quaternio, qui, cum duo excisa sint, folia* 6 *tantum continet, post quintum male transpositus est. Itaque in Vita Karoli post fol.* 40. *Historiae Francorum fragmentum exstat, et textus a c.* 28*:* sed Chramnus noluit, *ad c.* 29*:* Medardi

1) *Cf. Wattenbach, 'GQ.' I*[5], *p.* 406. 2) *F.* 115. *intra permagnam litteram* T *haec verba picta sunt:* Balduinus a Deo sit illuminatus de agie sophie. 3) *Cf. Dümmler, 'N. Archiv' IV, p.* 263.

sepelierunt, *et a c.* 38*:* (pluri)mum commovit, *ad c.* 40*:* gyrata deinde equorum indomitum, *interiit. Etiam exemplar, ex quo Montepessulanus fluxit, mutilum erat, cum a c.* 36*:* villa veniens multa dona, *ad c.* 37*:* exinde Parisius urbe, *spatio nullo vacuo relicto, medio in versu textus hiet. Quaternio primus f.* 5. Q XXVI, *f.* 8. Q XXV. *signatus cum sit, (e quibus numeris unum falsum esse patet), maiorem codicis partem interisse oportet.*

Codex a librario imperito natione Gallo-Romano neglegentissime confectus est. Itaque menda soloecismique fere tot ac verba. Ratio scribendi talis est, qualis nisi in codicibus Italis non deprehendimus. Unde illis qui historiae linguae Francogallicae student, codex Montepessulanus pro monumento pretiosissimo habendus est. Permutantur e *et* ae (cecis, estimarent, hec; caeperunt, dæbeam, aecclesia, aeum, frequentaer, negaetis, obprimaentes, Afflictoquę, atquae, cumquę, nostrisquę, tibiquę, Venientesquae, vaeniens), *quin immo pro littera* a *scriptum est* e *vel* æ (civitetem, corem, pectum, credem; faciæm, parære, peregrinaere, portæm, reparæns). *Deinde litterae* e *et* i *permutantur* (di = de, dios, eligantem; audeam); y *plerumque pro* i *accipitur* (Aegidiy, ayt, paradysy, patrys, regy, regyna, Remygyum, trya mylia, trybulatio, trybuta, trybutario, trybutarios, tryduanum). *Littera* u *in* o *transiit* (verom). *Pro* cum *librarius modo* com, *modo* con *vel* cun, *modo* co *scripsit; vice versa pro* con *legitur* cum (cumiungere, cumtra). *Litteras* al *iam saeculo IX. in* au *transisse* (*cf.* altus, haut), *ex forma male emendata* obaldiens *pro* obaudiens *intellegitur. Aspiratio saepe desideratur, ut* ec (*pro* haec), adortare, coortare, ostium, *eadem in nominibus Francicis plerumque lenis est* (Hildericus *et* Ildericus, Hlodeveus), *at semper* michi *scribitur. Pro* t, *si littera* i *sequitur, nonnumquam* c (gracias, legacionem, pacientiam, vociferacione) *ponitur, si extrema est,* d (potuissed). *Litterae* m *et* n *huic librario omnino idem valent. Scripsit enim:* anplius, canpo, inperii, interento, ponpis; incredulan, fovean, animun, laboren, nobilen, urben, Constantinopolin; nan, nunquid *et* ageremtur, aliquamdo, captivamtes, columtur, dicems, facumdo, numcios, ostemsuram, quamdo, quamta, redumdant, volumtas. *Littera* x *in* ss *dissoluta est:* massima, massimam, massime, *dum* x *pro* s *accipitur:* Xaxonorum. *Sparsim* s *duplicatur:* thessauri, transsiebat, *at plerumque pro litteris geminis simplices reperiuntur, ut* c *in* sucurrunt, r *in* consurexit, s *in* beatisimi, dulcisimi, ferocisimus, fortisimus, nobilisima, severisimus, introisent, respondise, veniset, vidisent, t *in* miteret. *Extremae litterae* d (quo *pro* quod), n (no), s (sacerdo), t (au, e *pro* et, pos ec, sicu; quera, respondi *pro* respondit) *desiderantur. In verbis compositis praepositiones assimilantur:* afflicto, irruant. *Denique hos soloecismos commemorare libet:* quidpe *pro* quippe, monozerio *pro* monasterio, ehr bam *pro* herbam. *Corruptelae autem in priore codicis parte plures sunt, quam in posteriore, quia inde a f.* 18. *alius librarius scribere perrexit, qui sermone Latino paulo melius imbutus erat. Quod ad scripturam pertinet, monuisse sufficiat, litteram* u *superscribi* (aͧxilio), *litteram* a *cum* s *ligari, syllabam extremam* us *nonnumquam* u⁹, *in eius autem* e ꝫ *scribi.*

Textus B 1a *simillimus est neque ex illo neque ex exemplari, unde liber B* 1a *ortus est, exscriptus. At B* 1a *hunc codicem longe praestat, cum accuratissime scriptum sit. B* 1b *autem ex libro originem duxit, qui duobus saltem locis ex editione A emendatus erat. Legitur enim c.* 30. *ex. in B* 1b iterum *cum A, dum reliquis libris B id vocabulum deest, et c.* 32. *B* 1b Audite consilium et pergite ad Sigiberto et simulantes fingite *aeque ac A scripsit, cum reliqui B libri* Ite ad cuneum Sigiberti et adsimulate *habeant. Ex eadem editione A ea fluxerunt, quae non multo post codicem confectum librarius quidam emendavit atque supplevit. Quod ex c.* 5. *luculente confirmatur, cuius finis in B omissus codici B* 1b *ex A postea additus est. Has emendationes, ut sunt nullius momenti, praetermittendas esse duxi neque menda omnia attuli neque res orthographicas admisi.*

Postquam Waitz v. c. initium finemque libri contulit, Berolinum liberaliter transmissus codex a me totus collatus est.

25) *B* 2a[1]. *Codex Vaticanus bibliothecae Ottobonianae*[1] *nr.* 663, *formae octavae, fol.* 5—64, *saec. VIII. ex., a Pertz v. c. fere totus transcriptus est, qui ipsum 'Archiv' V, p.* 113. *accurate descripsit. Extrema pagina a c.* 46. de Auster Martinus et Pippinus *fere evanuit, ut vix legi possit. Codex in verbis* nuntios dirigit ad (Martinum?) c. 46. *desinit, ita ut c.* 47—53. *prorsus perierint. Ipsum manus alia ubique emendavit atque locos omissos supplevit, quas emendationes ex exemplari alio*[2] *fluxisse, inde intellegitur, quod liber B* 2a[2] *ex eodem codice ac B* 2a[1] *ortus semper fere cum priore lectione convenit. Quod ad rationem scribendi spectat, raro* e *pro* ae *scribitur* (Burgundie, hec, regine), *saepius* ae *pro* e (aciaem, dae, decaepit, depraecans, aet, laegacionem, Landericae, praesbiter, quæm, raecede, temporæ; *in inf.* irae, reciperae, resisterae. *Permutantur* e *et* i (accipisset, advinit *et* invinit, divicit, fiminarum, ipsi *pro* ipse *saepissime,* iubi, nimpe, periam, rigina, strinuum, tisaurum, *in voc.* dulcissimi, piissimi; extetit, ille *saepe pro* illi, enclusit, receperit *pro* reciperet, repenetens, undeque, valeda *saepe, in gen.* patres, reges, seniores), o *et* u (Gutorum, nubilis, pundera, tutum, *in acc.* Alamannus, Alanus, filius, finitimus, nuncius, plurimus, thesaurus; consolatu, copolavit, com, docatus, exercito *semper,* nonciatum, suborbane, *in nom.* Chlodoveos *saepe,* clipeos, dignatos esto, novos Constantinos, servos tuos). *Aspiratio nonnumquam abest:* abere, ac, os, ostes, umata, ymnis; adortare, peribetur, pulcrum; *eadem abundat in* hec(c)lesia, hoberrantes, hoccidere; cetheri, exhercitum. *Permutantur* b *et* p (Purgundiones, decupant, deperent; babtizatus, obtimus), *et pro* c — qu *scriptum est* (quomoto). *Litterae* ti *in* ci *transierunt:* contricione, gracias, invocacionem, reverencia, tribulacio. *Praeterea* ad *pro* at *(raro* at *pro* ad) *et* adque *librarius fere semper scripsit,* x *in* s *mutavit* (praecinsiste = praecinxisti), *litteris* st *praefixit* i: istatim. *Saepe pro geminis simplices consonantes posuit, ut* c (eclesia, eclesiastico), f (dificile), l (ilic), m (comotus *semper,* comunia, excomunicatus, imanissimi), r (discurente, perexit), s (diutisime, iusit, misarum), *dum nimis pingui sonu verba* contullit, inducti *pro* induti *(bis) distinguuntur. Nomina locorum saepe syllaba* us *terminantur* (Aurilianus, Toronus); cum *etiam in compositis servatur:* cumloquerentur, cummunivit. *Denique hi soloecismi qui proferantur mihi digni videntur esse:* eieciens, egecerunt, febra *plerumque pro* febre, pauco *vel* payzo *pro* pago, rena *pro* regina, salencio *pro* psallentio, Spaniis, storia, tensaurum.

Codex ut optimus inter libros B 2 *permagni habendus est.*

26) *B* 2a[2]. *Codex Vaticanus bibliothecae Palatinae nr.* 966, *olim monasterii S. Nazarii Laureshamensis, saec. VIII. ex. vel IX. in.*[3], *formae magnae, f.* 1—53. *Librum historiae Francorum continet, quem Pertz v. c. contulit et 'Archiv' V, p.* 114. *descripsit. Complura folia desunt, ita ut textus a c.* 3*:* Igitur post transactos — *c.* 4. legem habere coeperunt, *a c.* 28*:* (con)fugit. Tunc ipsa basilica — *c.* 29*:* magnos reges interfecit, *quam lacunam sec. m. in marg. supplevit, a c.* 30*:* Theudobertum vero filium — *c.* 31*:* uxores sororem Brunchilde, *a c.* 32*:* Si abieris et fratrem —

1) *In schedula praefixa haec a Stephanotio scripta sunt:* Hic codex olim fuit bibliothecae Floriacensis, deinde Petavianae, tum reginae Sueciae, hoc usus est Andreas du Chesne in editione Gregorii Turonensis tomo I. scriptorum Gallicorum. *Quae quin veritati respondeant, maxime dubito, cum Stephanotius hunc codicem Gregorii Historiam Francorum continere putaverit.* 2) *Cf. c.* 12*:* ancillam tuam ea::: dedisti (*corr.* ancille vestre ex ea d.) *B* 2a[1], ancillae tuae ea dedisti *B* 2a[2], *sed* ancillae vestrae ex ea d. *B* 2b[1]. c[1]. *C.* 37. *ex. verba* regionem illam — vico, *quae hoc quidem loco desiderantur, sed c.* 38. *post* Colonia c. ingressus *reperiuntur, corrector omissa ratus suo loco supplevit. In exemplari, ex quo B* 2a[1] *fluxit, procul dubio imae margini adscripta erant.* 3) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 349.

adprehensum Childebertum filium *hiet. Librarius* eclaesiae; audit *pro* audet, requerere, sancte Martine *(gen.)*; docatum; adortare, oste, ostium; nemphe; abunculi; extrenuus *pro* strenuus; cassibus *pro* casibus *et fere semper* Flotarius *pro* Chlotharius *scripsit. Exemplar, ex quo B 2a*^{2} *haustum est, libro B 2a*^{1} *simillimum erat, nam utrique menda permulta communia sunt. Quin immo vel uno loco consensus is est, qui alterum ex altero librum ortum esse demonstrare possit:*

c. 2. per incognita latibula] per *sec. m. corr.* super *B 2a*^{1}*;* super *B 2a*^{2}, *sed alias B 2a*^{2} *semper cum textu nondum emendato B 2a*^{1} *convenit, ut c.* 13. suppellectique *corr.* suppellectileque *B 2a*^{1}, subelectique *B 2a*^{2}*; c.* 25. Illi vero prostrati, in terra corruentes, cesi grandinibus validis *sec. m. supplevit B 2a*^{1}, *om. B 2a*^{2}. *Obstant etiam loci quidam, quin B 2a*^{2} *apographon B 2a*^{1} *non emendati esse censeamus: c.* 8. deruta *perperam B 2a*^{1}, derupta *recte B 2a*^{2}*; c.* 18. Ragnaehario *pro* Ricchario *B 2a*^{1}, *sed* Ribario *B 2a*^{2}*; c.* 35. *pro* sursum *B 2a*^{1} retro, *B 2a*^{2} rursum *habet, quod ad veram lectionem propius accedit; item c.* 45. *pro* pregnante *in B 2a*^{1} praedignante, *in B 2a*^{2} prignante *legitur. Denique c.* 17. *verba* omnesque urbes illas accipiens *in B 2a*^{1} *desiderantur, quae vero B 2a*^{2} (omniaque urbis *cet.) exhibet. Negare autem nequeo, admodum pauca esse, quae B 2a*^{2} *meliora quam B 2a*^{1} *praebet. Plerisque enim locis B 2a*^{2} *menda antiquioris codicis cumulavit auxitque atque textum ad arbitrium suum mutavit. Huc accedit, quod exemplar eius iam emendatum erat, nam c.* 44, *ubi B 2a*^{1} vi *in* via *corrupit, B 2a*^{2} via vim *pro* vi *exhibet,* vim *in exemplari B 2a*^{2} *a correctore super* via *scriptum fuisse videtur. Itaque codex non magni aestimandus est, sed prorsus seponere eum nolui, quia codicis B 2a*^{1} *lectio prior a correctore nonnumquam fuscata est. Huc accedit, quod idem codex fine caret.*

27) *B 2b*^{1}. *Codex Lugduno-Batavensis e bibliotheca Vossii Lat. oct. nr.* 86, *saec. IX, f.* 85, *olim Petavii erat, nam f.* 1*:* Petavius 1603. *legitur. Continet f.* 1—31. *Librum historiae Francorum in capita divisum, cui index quidem, sed titulus nullus praemittitur. Totus versus primus litteris maioribus iisdem rubris scriptus est. Historiam Acta S. Iudae (AA. SS. Mai. I, p.* 446*) excipiunt. Codicem Holder v. c. fusius descripsit, qui legem Salicam emendatam ex eodem edidit. Quaterniones f.* 16'. *et* 24. *litteris signati sunt. Codex adeo male conservatus est, ut summi fere paginarum versus iam legi nequeant. Praeterea post f.* 24. *et post f.* 30. *extrema quarti quaternionis folia excisa sunt, quare textus a c.* 35*:* interficiat et proclament — *c.* 36*:* ipsam silvam pascencium *et a c.* 50*:* Tunc enim bonae — *c.* 53*:* patris sui sagaciter *hiat. Codex a duobus librariis litteris parvulis exaratus est. Littera* a *saepe aperta cum* t *et* r *ligatur. Ligantur etiam* mi *et* lx. *Littera* n *nonnumquam superscripta et in indice numeri nota* Ç *bis adhibita est. Praeter librarium priorem, qui perpauca mutasse videtur, tres codicem emendaverunt. Primum is qui posteriorem Historiae partem inde a f.* 18. *scripsit etiam in priore quaedam ad exemplar ipsum atramento nigriore optime restituit. Deinde librarius quidam litteris vetustis, sed atramento pallidiore initium et finem opusculi sine exemplari emendavit, quem, ut est nullius auctoritatis, non curavi. Tum manu recentiore (Petavii ?) ad editionem Freheri, ut videtur, nonnulla mutata, litterae, quae palluerant, restauratae sunt. In ratione scribendi B 2b*^{1} *plerumque cum B 2a*^{1} *consentit. Scripta sunt* ae *pro* e (caeperunt, caeteri, deprępcans, ęcclesia *et* aeclesia *et* ecclęsia, aecclesiasticus), e *pro* oe (fedus). *Litterae* e *et* i (difixit, subolim, *nom. sing.* illi *saepius, plur.* rebellis; devidenda, trea), o *et* u (Alanus *acc. plur.,* multu; exercito, mortuos est *saepe) permutantur. Nonnumquam pro* i *semivocali* g (geiunium, congugio), *pro* ch — h (Hildericus) *scriptum est. Aspiratio deest:* abuit, ac, Goti *semper,* retoricus; *abundat in* habiit, lavachrum. *E litteris consonantibus* s *et* x (iuxit *semper pro* iussit; ausiliante), d *et* t (aliut; ad *pro* at, capud), ci *et* ti (amititia, iuditia; duricia,

miliciae) *commiscentur. Bis* et *pro* t *accipitur:* dictionibus, ędictus, *et* ss *pro simplici* (remisserunt); *simplices autem litterae pro geminis saepe positae sunt* (eficax *bis*, opidis, conbusit). *Nonnumquam librarius* extrenuus *pro* strenuus, *plerumque* predia *pro* praeda *scripsit. Idem primae declinationi nimis favit* (coniugiam *bis*, vincularum; febra, Ligera, rebellam) *atque sextum casum quarto saepe anteposuit. Denique post* usque *semper* ad *supplevit.*

Codex ex exemplari litteris maiusculis scripto fluxit, cum c. 14. CXLI *pro* coeli *scriptum sit.*

Eum Berolinum benigne transmissum ipse contuli.

28) *B* $2b^{1}$. *Codex Florentinus bibliothecae Laurentianae LXV*, 35, *membranaceus, formae maximae, saec. XI. in. post Iordanem*[1] *Historiam Francorum et Einhardi Vitam Karoli continet; cf. 'Archiv' V, p.* 668. *VII, p.* 340. *XII, p.* 721, *atque Catalogum Bandinii tom. II, p.* 752 *sqq.*

Inspexit Pertz v. c.

29) *B* $2b^{1*}$. *Codex Florentinus bibliothecae Laurentianae LXVII*, 17, *membranaceus, formae maximae, saec. XV. in usum Mediceorum ex superiore exscriptus est*[1]; *cf. 'Archiv' XII, p.* 722.

Inspexit Pertz v. c.

30) *B* $2b^{1**}$. *Codex Vindobonensis nr.* 3126, *antea hist. prof. nr.* 477, *chartaceus saec. XV. apographon codicis B* $2b^{1}$ *est, cum c.* 1. *verba* Priamus et *inter* ubi regnavit rex *et* Eneas *manu recentiore in B* $2b^{1}$ *superscripta, in textum B* $2b^{1**}$ *admissa sint. Liber mendis fere iisdem ac B* $2b^{1}$ *inquinatus est, alia vero non pauca emendata sunt. Interpolationibus non plane vacuus est, quas num B* $2b^{1}$ *habeat, discernere nequeo, cum Pertz v. c. Florentinum vetustum non contulerit. Librarius leges grammaticae saepe perfringens, casum sextum pro quarto posuit.*

Contulit Pertz v. c.

In ultima classe libros immutatos atque interpolatos reposui.

31) *B* $2c^{1}$. *Codex bibliothecae regiae Hagae comitum nr.* 921, *foliorum* 51, *formae octavae, saec. X, f.* 2—47'. *Historiam Francorum continet. F.* 1. *saec. XI. scriptum et codici postea insertum finis 'Originis gentium Francorum*[2]*':* inter se consilium, ut sibi regem, sicut aliae gentes, constituerent — usque Ligerem fluvium Romani habitabant *(= Lib. hist. Fr. c.* 4. 5*), occupat. Quae Origo maximam partem e duobus codicibus Libri historiae Francorum excerpta est: altero scilicet B* $2b^{1}$, *quocum c.* 5. *post* in finibus Toringorum *verba* in regionem Germaniam *inseruit, altero editionis A. Post* 4 *versus vacuos fol.* 1'. *index quidam eadem manu saec. XI. scriptus sequitur, quem hic proferendum mihi esse duxi.*

INCIPIUNT CAP̄ GEST̄ FRANCORUM.

1. De origine Francorum.
2. De Romulo et Remo.
3. De Frigione et filiis eius.
4. De Faramundo crinito[a].
5. De gestis regum Francorum.
6. De Alanorum rebellione.
7. A Valentiniano Franci appellati sunt.
8. Sub Faramundo legem habere cęperunt.

a) cri to *cod.*

1) *Cf. Auct. antiq. V,* 1, *p.* XLIX. 2) *Cf. infra codicem B* $2c^{3}$.

Reliquum cum huius folii spatium vacet, et f. 2. codex vetus incipiat, de quo mox agendum est, opusculum, cui index iste respondit, periit quidem, sed ex ipsa quae superest tabula intellegitur, haec Gesta Francorum *interpolata fuisse. Nam de Romulo et Remo, de Frigione et filiis eius neque in reliquis Libri hist. Francorum codicibus neque in Hagensi quicquam legitur. Vetus codex saec. X. scriptus indicem nullum habet neque in capita divisus est, at manu vetusta numeri margini adscripti sunt, qui cum vulgaribus minime conveniunt. Hos saeculo demum XVI. librarius quidam adnotavit, idem glossemata nonnulla margini addidit. Liber interpolatus est*

1) *manu coaeva, quae f. 26'. (c. 27) filiam Chlotharii I.* Chlodsindam *in* Blitsindam *mutavit, et cruce rubra nomini praefixa, haec margini adscripsit:* Quam Blitchildim accepit Ansbertus nobilissimus genuitque ex ea Arnoldum; post duos quaterniones et dimidium plenius invenies. *Cum vero post $2^{1}/_{2}$ quaterniones, i. e. f. 47', codex vetus desinat, genealogia haec Carolingorum desideratur. Fol. 46. super* Karolum *scripta sunt:* qui vocabatur Martulus, *et sic deinceps huic nomini semper* Martulus *additum est;*

2) *manu saec. XI, quae, schedulis singulis post fol. 4. et 26. insertis, interpolationes supplevit, quibus codices B $2c^{3}$ (c. 6. 26) inquinati sunt.*

Ultimae paginae, f. 47', spatium vacuum manus paulo posterior hisce verbis explevit: Iamque aves, in qua silva gaudenter voces concrepant, laudent Dominum *etc. Schedulae, quae codici postea adnexae sunt, tres saeculo XI. scriptae tractatum, quem Pertz v. c. SS. III, p. 708. edidit, quarta parvula locum Fredegarii II, c. 6.* gesserat parva ex ipsis manus remanserat — ad primum olimpiadem fiunt anni 206. *continent.*

Quod ad textum Historiae Francorum pertinet, sermo ubique immutatus est. Itaque multa verba, quin immo enuntiata desiderantur; alia male contracta sunt. Pro hostis *librarius* exercitus *semper scripsit, quod ut sententiam bene reddit, ita ab auctore alienum est. Saepe* ae *in* e, ci *in* ti *mutata sunt; plerumque* ymperator, habiit, pulcer, *nonnumquam* Parius *pro* Parisius *librarius scripsit. Exemplar, ex quo B $2c^{1}$ fluxit, erat liber quidam B $2a^{3}$ ad codicem B 1b emendatus, cum utriusque*

a) dilodovei *cod.*

menda in B $2c^1$ deprehendantur. Saepius autem cum B $2a^2$ quam cum B 1b congruit; raro cum B 2b convenit.

Codicem summa liberalitate Berolinum transmissum ipse contuli.

32) *B $2c^2$. Codex* G u e l f e r b y t a n u s *e bibliotheca Gudii, olim Lutetiam asportatus, nr.* 131, *foliorum* 168, *complura opuscula continet, diversis temporibus scripta. Historia Francorum fol.* 87—112. *occupat, quae codicis pars olim monasterii S. Pantaleonis Coloniensis erat; cf. f.* 87*:* Liber sancti Pantaleonis Coloniae. *Opusculum Bernonis abbatis Augiensis praecedit,* Loci communes seu auctoritates ex variis Theologis et Philosophis *saeculo XV. scripti sequuntur. Historia f.* 87. *ita incipit:* INCIPIUNT GESTA REGUM FRANCORUM A SANCTO GREGORIO TURONENSI EPISCOPO BREVITER EXCERPTA. Principium quoque Francorum gentes *etc. Desinit f.* 112*:* qui usque nunc in regno subiit. EXPLICIT. *Textus eodem modo ac in B $2c^1$ a librario suo arbitratu saepe immutatus est, nam c.* 19. *pro* eamque ipse sibi in matrimonium adsumpsit *in B $2c^1$* eam illi dederunt in matrimonium, *in B $2c^3$* dederunt illi in matrimonium, *infra pro* paygo Attoarios vel alios devastantes *in B $2c^1$* terram devastantes, *in B $2c^1$* regionem devastantes *scripta sunt. Nonnumquam etiam hic codex cum B $2b^2$ convenit.*

Codicem Berolinum missum indignum duxi, qui conferretur.

33) *B $2c^3$. Codex* M a t r i t e n s i s *bibliothecae quae nationalis dicitur F.* 58. *chartaceus, formae maximae, saec. XVII. ex 'vetustissimo Ovetensi' exscriptus est; cf. 'Archiv' VII, p.* 303. *Continet f.* 185—186 (Incipit prologus vel origo gentium Francorum. Explanatio vel origo gentis (?) Francorum vel multi ferunt a Troia urbe Frigiae fuisse egressos — usque Ligere fluvio Romani habitabant) *non caput* 9. *l. II. Gregorii, ut Ewald coniecit, sed opusculum idem, cuius fragmentum codici B $2c^1$ praefixum esse supra dixi. Id enim in iisdem verbis:* usque Ligerem fluvium Romani habitabant *desinit. Sequitur:* Incipit liber sancti Gregorii Turonensis episcopi gesta regum Francorum. Principium quoque Francorum gentis originem vel regum gesta proferamus vel cuncti audiamus. (Hic erat depicta effigies episcopi consedentis et suprascriptum: Gregorius episcopus). Est autem in Asia opidum Troianum, ubi est civitas qui Illiricum vocatur — f. 213. qui usque nunc ex eius prosapia in regno subsistunt. Finis chronicorum Gregorii Turonensis. *Historia in capita divisa non est. Textus ubique immutatus et ex Pseudo-Turpino rebus interpolatus est, quae ad historiam Hispaniensem spectant.*

Knust et Ewald vv. cc. librum inspexerunt.

34) *B $2c^{3*}$. Codex* M a t r i t e n s i s *bibliothecae regiae* 2 *G* 4. *chartaceus, formae quadratae, saec. XVI, e codice quodam membranaceo Juan Dias de Juen exscriptus, olim bibliothecae collegii maioris Cuencae erat. Eadem ac B $2c^3$ (f.* 185—213*) continet; cf. 'N. Archiv' VI, p.* 346.

35) *B $2c^4$. Codex* P a r i s i e n s i s *nr.* 5923. *membranaceus, formae quadratae, saeculo XI. ex. vel XII (cf. 'Archiv' VII, p.* 64*) scriptus, olim S. Mariae Rivipullensis, nihil continet nisi Historiam Francorum. Desinit:* qui usque nunc in regno suo stetit. Amen. *Index nullus praecedit; textus male immutatus est.*

Inspexit Bethmann v. c.

36) *B $2c^{5a}$. Codex* P a r i s i e n s i s *bibliothecae quae Mazarine dicitur*[1] *nr.* 543, *membranaceus saec. XII, olim 'ecclesie beati Dyon.' erat. Continet f.* 136—158. *Historiam Francorum:* Incipit gesta gentis Francorum excerpta de libro Gregorii Turonensis. *Sequitur Historia quaedam Francorum brevis, de qua v. SS. IX, p.* 342.

37) *B $2c^{5a*}$. Codex* P a r i s i e n s i s, *nr.* 11793, *olim S. Germani nr.* 77, *ex monasterio S. Cornelii Compendiensi originem traxit. Est membranaceus, formae maximae,*

1) *Cf. 'N. Archiv' VI, p.* 493.

saeculo XIII. per binas columnas exaratus; cf. 'Archiv' VII, p. 268. *Initium periit; incipit enim:* partem tibi remisero scias *(c.* 6*). Desinit:* statuunt, qui usque nunc in regno subsistit. *Historiam Francorum alia brevior excipit, eadem, ut videtur, quam superior codex continet.*

38) *B* $2c^{5b}$. *Codex Parisiensis nr.* 5512, *membranaceus formae quadratae, saec. XIII, Pithoei et Colberti erat; cf. 'Archiv' VII, p.* 61. *Incipit:* Inc. gesta Fr. excepta de libro Gregorii Turon. archipresulis; *desinit:* statuunt, qui usque nunc in regno subsistit.

39) *B* $2c^{5c}$. *Codex Thuanus a Chesnio adhibitus; cf. Hist. Fr. Script. I, p.* 708. *in marg.:* Sequentia addita sunt ex Cod. illustris viri Francisci Thuani. *Is iam latet.*

In omnibus huius generis libris, de quibus per Loewenfeld v. c. officiose instructus sum, textus eodem modo immutatus atque interpolatus est. Incipiunt: Est (quidem *add. B* $2c^{5a}$) in Asia opidum Troianorum, ubi est civitas, que Ylium dicitur, ubi regnavit rex Eneas. *Post verba c.* 6*:* sublimissimo rege *tractatus de S. Servatio Chunisque*[1] (Temporibus Merovei regis — ac devicti fugati sunt), *post c.* 26. *historia rerum Italicarum* (Sed quia loca illa — in 33 his conditionibus fuit) *e Gregorio inserta sunt. Inter se libri ita cohaerent, ut B* $2c^{5a*}$ *cum B* $2c^{5a}$ *propius coniunctum sit, quam B* $2c^{5b}$. *Alio codice B* $2c^{5}$ *is usus est, qui B* $2c^{1}$ *interpolavit.*

40) *Codex Romanus bibliothecae Minervae A* 1. 21. *membranaceus formae maximae, saec. XIII, initio absciso, c.* 5 *(potius* 8*)* itaque Egidio Siagrius e. f. in princ. Rom. *incipit; desinit c.* 57 *(potius* 53*)* Karolus a. Lot. r. pr. rec. ac dehinc Saxones: *quae restat pagina vacat. Verba quae protuli cum textu genuino minime congruunt.*

Cf. 'Archiv' XII, p. 403.

41) *Codex Taurinensis Athenaei nr.* 585, *saec. XV, 'Gesta regum Francorum' continet; cf. 'Archiv' V, p.* 476.

42) *Codex Mutinensis saec. XVIII. item 'Gesta regum Francorum' continet; cf. 'Archiv' V, p.* 471.

43) *Codex Pistoriensis bibliothecae quae 'Sapienza' dicitur 'Gesta Francorum' continuit; cf. A. Zaccaria, Bibl. Pist. praef.* 37. *Iam latet; cf. 'Archiv' XII, p.* 756.

44) *Codex Petavianus a Chesnio adhibitus item latet. Historiae capita* 22—33. *Fredegarii continuati:* Eo enim tempore ab urbe Roma — sublimatur in regno *adiecta erant, quae post Chesnium Bouquet II, p.* 572—574. *ut appendicem Historiae edidit.*

Vetusta editionis B^{2} *retractatio in tribus codicibus servata est. Sunt hi:*

45) *B* $2d^{1}$. *Codex Bambergensis E III,* 14. *saec. XI, de quo Waitz, 'Archiv' IX, p.* 684. *egit.* Incipit Gregorii Turonensis historia. Est in terra civitas de Asia, quae dicitur Troia; homines autem, qui ibi habitabant, fuerunt fortissimi bellatores — *f.* 83. Franci vero, consilio accepto, Waranthonem virum illustrem in loco eius iussione regis maiorum domo palatii constituunt *(c.* 47*). Praecedit Pauli, sequitur Iordanis*[3] *Romana.*

46) *B* $2d^{2}$. *Codex Oxoniensis ms. Magdal. Lat.* 14 *(antea nr.* 2155*) membranaceus saec. XIV, quem Pauli v. c. 'N. Archiv' I, p.* 165. *descripsit. Caput primum, inscriptum:* De Troia capta a Grecis, *incipit:* Erat in Asia civitas, que dicitur Troia; homines, qui ibi habitabant, fuerunt bellatores fortissimi. *Codex f.* 58'. *in iisdem verbis ac B* $2d^{1}$ *desinit. Paulus praecedit, Iordanes*[4] *subsequitur.*

1) *Quem in Thuano extitisse, affirmare nequeo, cum Duchesne nihil adnotaverit.* 2) *Non A, ut Waitz v. c. coniecit, quamquam Bambergensem magis cum codice Crasseriano A, quam cum editionibus Chesnii et Bouquetii B convenire negare nolo. Id autem Chesnio vitio dandum est, qui quomodo textum corruperit, infra exposuimus.* 3) *Cf. Auct. antiq. V,* 1, *p. LI.* 4) *Cf. Auct. antiq. l. l. p. LII.*

47) $B\ 2d^2$. *Codex* Vaticanus *nr.* 1984. *saec. XI/XII; cf. 'Archiv' V, p.* 82.

Alia Historiae retractatio in duobus libris exstare videtur, quorum initia tantum mihi comperta sunt.

48) $B\ 2e^1$. *Codex* Vaticanus *bibliothecae Christinae reginae nr.* 946. *saec. XIII. in Britannia scriptus 'Gesta Francorum' continet:* Anthenor et alii profugi — matrine fuerunt; *cf. 'Archiv' XII, p.* 311.

49) $B\ 2e^2$. *Codex* Cantabrigiensis *collegii quod Caius dicitur nr.* 177 *(olim* 1071*) post Einhardi Vitam Karoli 'Gesta Francorum' continet. Incipit:* Antenor et alii profugi ab excidio Troiae. *Codicem iam non exstare, Pertz v. c., 'Archiv' VII, p.* 87. *affirmavit; sed cf. SS. II, p.* 436, *'N. Archiv' IV, p.* 392.

Denique Librum historiae Francorum B excerptum praebet:

50) *Codex* Vindobonensis *nr.* 473 *(antea hist. eccl. nr.* 90. *et Ambras. nr.* 277*), formae maximae, saec. IX. ex. scriptus. Erat S. Petri Wormatiensis; cf. 'Archiv' X, p.* 456. *Incipit f.* 90. *ab orbe condito:* Ante omne tempus omnemque creaturam condidit Deus angelos — ubi postea fuit aedificatum templum Domini, ubi fuerunt prophetae et reges. Postea a Salomone magno rege vocata est Hierosolima quasi Hierosolomonia. *Deinde librarius ad Historiam Francorum transit:* Nunc autem revertamur ad capitula regnorum. Est provintia in Asia Troia dicta, ubi est civitas, quae Ilium dicitur, ubi regnavit Aeneas *(c.* 1*). Desinit c.* 43*:* Mortuus est autem rex Clipiaco villa plenus dierum et sepultus in ecclesia Dionisii martyris. Regnavit autem| (annis XLI. *sec. m. suppl.). Quae sequuntur folia duo excisa sunt. Historiam Fredegarius continuatus excipit; cf. 'N. Archiv' VII, p.* 324. *Textus hic illic e Gregorio interpolatus est, nonnulla vero alibi non legi.*

Historiam Francorum Ademarus *Cabannensis fere totam in corpus quod collegit historicum coegit, cuius codices plerumque pro Libro historiae Francorum accipi supra commemoravi. Pauca quae ipsius Ademari sunt Waitz v. c. SS. IV, p.* 113. *edidit*[1], *quae repetere nolui; ea vero quae ex Historia petita sunt ad rem nostram nihil prosunt, cum Ademarus textum e duobus codicibus compositum tanta licentia tractaverit, ut ubique a fide mss. recesserit. Habuit codicem quendam B*[2], *quem ad A 3a emendavit atque e Fredegario supplevit. Itaque Ademarum nullus curavi.*

Quae ratio inter singulos utriusque editionis libros intercedat, iam disserendum mihi est. Quod ad codices A pertinet, classis quidem A 1 *fidem optimam meretur, quippe quae merum textum, interpolationibus non inquinatum praebeat atque vetustissima sit, at in omnibus libris A* 1 *verba singula desiderantur, quae hic collegi: c.* 6. Galliarum (in Galliis *Greg.*), *c.* 6. *et* 15. rex, *c.* 7. *et* 27. que, *c.* 8. igne (incendio *Greg.*), *c.* 21. conlesi, *c.* 32. atque captivantes, *c.* 35. valida. *Ne forte dicas, codices A* 2. 3. *B interpolatos esse, enuntiatum quoddam c.* 21, *ut in A* 1 *legitur, proferam:* Burgundiones valde cum Godmaro fugierunt. *Nemo est qui non videat, haec hiare; sin autem* conlesi *post* valde *inserueris, sententia quadrat. Praeterea e Gregorio quoque confirmatur, quae dixi verba in textum admittenda esse. Sunt etiam perpauca alia menda, quibus libri A* 1 *inquinati sunt: c.* 20. Agaunenses *A* 1*a. b. c,* Agaunos *A* 2. 3*b.* β^2 *cum Gregorio; c.* 28. esse patri *A* 1*a. b. c,* patri esse *A* 2. 3. *B cum Gregorio; c.* 32. seramsaxis *A* 1*a,* seransaxis *A* 1c *pro* scramsaxis; *c.* 34. iungentes *A* 1*a. b,* lugentes *A* $3a^1$. β^2. $^*\beta^2$ *cum Gregorio; c.* 46. dicente *A* 1*a. b pro* decidente; *c.* 49. *mater Chlodovei in A* 1*a* Balthilde, *in A* 1^*b Baltilde, *in A* 1c Bathildae *appellatur: erat autem* Chrodchilde, *ut in codicibus A* 3. *B legitur. Quibus praemissis, facile apparet, omnes codices A* 1 *ex eodem libro fluxisse, qui pro autographo minime habendus est.*

1) *Addam, quae de monasterio S. Martini Iunanti a Chlodovecho condito c.* 27. *Historiae Ademarus inseruit.* 2) *B 2b, ut videtur.*

Itaque quamquam codex A 1a *praestantissimus est, ita ut ipsum in textu recensendo potissimum secutus sim, tamen ab eo mihi semper recedendum erat, ubicumque A* 2. 3 *et B vel, postquam A* 2 *desiit, A* 3 *et B cum A* 1 *discrepabant. In posteriore Historiae parte, cum libro A* 2 *destitutus essem, nonnumquam haesitavi: exempli gratia* Turnacum *(c. 32), quod a libris A* 1a. *b. c. aeque atque a Gregorio abest, in reliquis vero codicibus adest, uncinis inclusi. Quotienscumque A* 1 *ab A* 3 *et B ab A dissentiebant, absente A* 2, *quid verum esset, vix discernendum erat, cum et libri A* 1 *et libri A* 3 *mendis inquinati sint. Inter se libri A* 1 *ita cohaerent, ut A* 1*b et A* 1c *ex eodem codice exscripti sint, qui ab A* 1a *differebat. In utroque enim libro c.* 10. que, *c.* 14. cum, *c.* 27. febre *desiderantur, quae verba in A* 1a *adsunt. Eorum fons A* 1x *ex A* 1a *ortus esse non potest, cum c.* 41. rege clamabat *A* 1*b*, regem clamabat *A* 1c *(?) recte praebeant, quae A* 1a *in* reclamabat *male corrupit. Neque A* 1*b fons codicis A* 1c *habendus est, cum c.* 24. *in A* 1*b* ad eum *addita sint, quae A* 1c *cum reliquis libris omittit; c.* 31. deicere *A* 1*b depravaverit, dum in A* 1c *recte* eicere *legitur. Praeterea c.* 19. *verba* plenas naves de captivis *prorsus desunt A* 1*b, quae, si ex silentio Pertz v. c. concludere fas est, in A* 1c *adsunt. At A* 1c* *cum A* 1c *ita convenit, ut ex hoc codice ipsum fluxisse persuasum mihi sit. Cap.* 19. *in A* 1c dir^{esn}igens *scriptum est, quod A* 1c* direxit *reddidit, sed* dirigens *probandum est. Quod ad A* 2 *pertinet, neque cum A* 1 *neque cum A* 3 *menda communicat, quare maxime dolendum est, quod prior tantum codicis pars exstat. A* 2 *quidem non ubique praestat, sed menda sunt perpauca eaque levia. Exempli causa c.* 10. *pro* acceptumque — acceperuntque, *c.* 25. *pro* humo prostrati — hunc p. *A* 2 *tantum scripsit, idem c.* 24. *verba* angustiae compremunt *transposuit. Codices A* 3 *omnes ex eodem exemplari locis quibusdam corrupto atque interpolato originem traxerunt, quod ex codice quodam A* 2 *simili fluxisse videtur. Omnes libri A* 3 *haec menda communicant: c.* 10. apud armorum apparatu *A* 1. 2, cum a. a. *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$; *c.* 16. populo . . movent *A* 1. 2, p. . . moventes *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$; ad eum transire consimulo *A* 1. 2 *cum Gregorio,* ad eumque transire me simulo *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$; *c.* 19. Gallias appetent *A* 1. 2 (appetunt *Greg.*), G. petunt *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$; *c.* 26. aliquid maleficii esse *A* 1. 2, a. m. gessisse *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$; c. 43. exercuit, ipsius mors valido cruciatu finivit *A* 1 *et B,* exercuit valido cruciatu vitam finivit *A* $3a^1$. β^3. ${}^*\beta^3$. *Praeterea haec verba interpolata sunt: c.* 10. *inter* a Chlodovecho *et* exercitu depredatae sunt *addunt* eiusque *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$; c. 17. *post* Multa pars *et ante* hostium *addunt* etiam *A* $3a^1$. *b*. β^3. ${}^*\beta^3$ (quoniam pars hostium *Greg.*); c. 49. filium ex alia uxore nomine Carlo *(sic A* 1 *et B) post* nomine *inserunt* Calpiade *A* $3a^1$, Chalphaide *A* $3\beta^3$, Calphaide *A* $3{}^*\beta^3$ *e Fredegario contin.* c. 6. *Omnes igitur libros A* 3 *e codice iam corrupto ortos esse patet, sed magis codices A* 3*b*. β^3. ${}^*\beta^3$ *affines sunt, quippe qui soli c.* 29. WA WA *omiserint,* cum magno psallentio *in* cum magno choro psallentium *fere corruperint, item c.* 17. Quod psallentium *in* Quem psalmi versiculum *mutaverint. Denique quod ad A* $3\beta^3$. ${}^*\beta^3$ *pertinet, textum ubique eodem modo depravaverunt atque ex B ampliaverunt: c.* 22. *pro* persequentes Franci *habent* persequente Theoderico et Clotario restiteruntque; *c.* 40. *ante* Gundolandus nobilis *verba* Eratque eo tempore post Landericum *addunt, quae ex B hausta sunt. Ex ipso qui exstat codice A* 3*b exscripti esse non possunt, cum nonnulla eiusdem menda evitent, nam A* 3*b tantum c.* 17. *ante* Eamus *adverbium* sed *addit, c.* 23. *verba* fratres dulcissimi *transponit.*

Quomodo inter se libri A coniuncti sint, ex hoc stemmate intellegitur:



In libris alterius editionis id potissimum inquirendum est, quo ex codice A autographum B fluxerit. Manifestum est, neque A 1 neque A 3 huius exemplaris fontem fuisse, cum B et lacunas A 1 suppleat et interpolationibus A 3 plane careat. Restat igitur codex Camaracensis (A 2), qui re vera libro, unde B fluxit, simillimus est. Quod paucis ostendam. Cap. 12. si sanguinem eorum Dominus vindicetur *in A 2 et B* sic *pro* si *(ita A 1 et A 3) legitur; c.* 16. *pro* edendi seriem *libri A 2 et B 1b* edendis eriem, *B* $2a^{1}$ edentis seriem *praebent. Praeterea duo verba B cum A 2 omisit: c.* 12. in thesauris vestris eum recondi *(sic A 1 et A 3) in A 2 et B 1a. b* eum *desideratur, pro quo B* $2a^{1.2}$. $b^{1.2}$. c^{1} *procul dubio e coniectura* ipsum *inseruerunt; c.* 17. et dixit *coniunctio a A 2 et B abest. Quare, codicibus A 2 et B consentientibus, veram lectionem non semper effici patet, at certe, si A 3 accesserit. Ceterum non omnia menda libri A 2 in B repetita esse, vix commemorare necesse habeo. Nam B ex ipso Camaracensi fluxisse non potest, cum illa editio hoc vetustior sit, sed ex alio eoque meliore, qui iam periit. Inter se libri B ita coniuncti sunt, ut sola classis B 1 e codice integro fluxerit, dum B 2 libro originem debet, qui locis quibusdam interpolatus atque corruptus erat. Cuius rei iam supra exemplum e c. 12. protuli;* eum *enim B 1a. b cum A 2 omittunt, codices autem B 2* ipsum *inserunt. Sequuntur alia: c.* 14. Post hunc vero *B 1a. b cum A,* Postea vero *B 2; c.* 16. perrexit cum multo exercitu Francorum *A,* commoto exercitu Francorum grande *B 1a. b, at* Francorum *desideratur in B 2; c.* 17. livoraverunt *B 1a. b cum A,* liberaverunt *B* $2a^{1}$, liberavit *B* $2a^{2}$, libraverunt *B* $2b^{1}$, vulneraverunt *B* $2b^{1**}$. c^{1}; *c.* 18. Quibus mortuis vel peremptis *A,* Q. m. peremptis *B 1a,* Q. m. ac peremtis *B 1b,* Q. mortuis parentis *B* $2a^{1}$. b^{1}, parentibus *B* $2a^{2}$, parentes *B* $2b^{2**}$. *Idem ex initio Historiae intellegitur:*

A	*B* 1	*B* 2
Principium regum Francorum eorumque origine vel gentium illarum ac gesta proferamus	Principium quoque Francorum gentis origine vel regum gesta proferamus	Principium quoque Francorum gentis origine vel regum gesta proferamus vel cuncta audiamus.

Verba vel cuncta audiamus, *quae in A aeque atque in B 1 desiderantur, sine dubio pro glossemate habenda sunt, quod librarius quidam margini codicis, ex quo omnes libri B 2 orti sunt, adscripserat. Huc accedit, quod iam qui Fredegarii chronicas continuavit codice quodam B 1 usus videtur esse, nam c.* 50. *pro* protomartyris *B 1a tantum* martiris *habet, quod Fredegarius praebet, c.* 45. stipidem, *quod in Fredegario deprehenditur, codex B 1b solus habet, c.* 52. in loco quidem Amblava *continuator cum B 1b* qui dicitur *pro* quidem *scripsit. Est igitur classis B 1 ea quae vetustate quoque praestat. Eo magis piget, duos tantum huius generis libros conservatos esse, eosdem permultis mendis inquinatos, praecipue in priore Historiae parte. Cuius rei, nisi fallor, causa est, quod librarius quidam exemplar, unde B 1a et B 1b fluxerunt, suo arbitratu emendavit neque vero ad finem operam perduxit. Quae cum ita se habeant, nemo mihi vitio dabit, quod, ubi B 1 et B 2 differebant, maiorem huic quam illi classi fidem tribuerim. B 2 enim compluribus libris iisque accuratius scriptis constat. Inter quos procul dubio vetustissimus idem optimus codex B* $2a^{1}$ *est, quocum*

B $2a^2$ *quam maxime convenit, ut supra demonstravi. Codex B* $2a^1$ *cum B* 1 *menda nulla communicat, quare, his libris consentientibus, vix dubitandum erat. Reliqui autem B* 2 *codices omnes ex pluribus exemplaribus compositi sunt, ita ut ex altero exscripti, ad alterum emendati libri videantur esse, qui ipsos praecesserunt. Ex his codex Lugdunensis B* $2b^1$ *ceteros multo praestat, et aetate et fide textus B* $2a^1$ *proximus. Cui duo proavi fuisse videntur: est enim, nisi fallor, e codice quodam B* $2a^1$ *ortus, locis vero nonnullis ad B* 1*b emendatus. Horum enim codicum menda in B* $2b^1$ *reperiuntur, ea autem libri B* $2a^1$ *superant: c.* 11. *post* pauperis *deest* istius *B* $2a^{1.2}.b^1$; *c.* 34. iniquitatem *pro* iniquiter *B* $2a^{1.2}.b^1$; *c.* 5. novem *pro* nomen *B* $2a^1.b^1$; *c.* 29. febra *pro* febre *B* $2a^1.b^1$; *c.* 29. expelierunt *B* $2a^1$, expulierunt *B* $2b^1$ *pro* expulerunt; c. 31. acciperunt *pro* acciperent *B* $2a^1.b^1$. *Denique c.* 13. *post* quia non timeo minas tuas *verba* non timeo *in utroque codice repetita sunt. Quae cum ita se habeant, nemo est qui neget, B* $2b^1$ *e codice quodam B* $2a^1$ *haustum esse. Neque vero omnia quae B* $2a^1$ *et B* $2a^2$ *communia sunt menda in B* $2b^1$ *deprehenduntur. Exempli gratia lacuna librorum B* $2a^{1.2}$, *quam supra p.* 228, 9. *attuli, in B* $2b^1$ *suppleta est, item permulta alia emendata sunt. Quare necesse est, exemplar, ex quo B* $2b^1$ *fluxit, ad alium codicem correctum esse, quem B* 1*b fuisse opinamur. Nam c.* 45. *pro* Franci autem *B* $2b^1$ *cum B* 1*b* Franci vero *scripsit et c.* 41. *inter verba* Hoc signum *et* in regione illa statuit *codices soli B* 1*b.* $2b^1$ in regnum *inserunt. De B* $2b^2$ *idem fere dicendum est. Ortus est ex B* $2b^1$: *c.* 17. *pro* nuncios rex — rex nuntius *vel* nuncius *B* $2b^{1.2}$, *pro* conpugnantibus — pugnantis *B* $2b^1$, pugnantibus *B* $2b^2$; *c.* 18. *pro* caesum — lesum *B* $2b^{1.2}$; *c.* 21. *pro* veloce — velocissimo *B* $2b^{1.2}$; *c.* 31. *pro* etate — et ante *B* $2b^{1.2}$; *c.* 39. *pro* ut fratrem et parentes interemerent — aut fratrem et parentes interficere *B* $2b^1$, aut frater est meus et parentes ut interficere adhortasti *B* $2b^2$. *In utroque libro haec verba desiderantur: c.* 17. dicens; *c.* 20. et matris meae; *c.* 45. vix. *At codex B* $2b^2$ *iis maculis minime inquinatus est, quas B* $2a^1$ *et B* $2b^1$ *communes esse supra dixi. Etiam nonnullos peculiares B* $2b^1$ *errores evitavit: neque enim c.* 30. *post* percussa *cum B* $2b^1$ divina *adiecit neque c.* 37. *verba* seniorem ex concubina nomine Theudeberto *post* direxit *transposuit. Itaque exemplar quoque, ex quo B* $2b^2$ *originem duxit, ad alium codicem (B 1?) emendatum fuisse conicio. Quod denique ad B* $2c^1$ *pertinet, certe e codice quodam B* $2a^2$ *fluxit: c.* 2. Alamanni *pro* Alani *B* $2a^2.c^1$; *c.* 15. Veniens *pro* Conveniens *B* $2a^2.c^1$; *c.* 24. *pro* ut huius vita tua largitate mihi concedere iubeas — ut isti (huic *B* $2c^1$) vitam concedere digneris *B* $2a^2.c^1$; *c.* 35. *pro* ad metata sua — ad ospicia sua *B* $2a^2.c^1$; *c.* 38. *pro* cum scias — scis *B* $2a^2.c^1$. *In utroque desiderantur c.* 29. accipiens; *c.* 32. qui. *Quae autem B* $2a^1$ *et B* $2a^2$ *propriae sunt corruptelae, eas B* $2c^1$ *evitavit, quare etiam hunc codicem e duobus coaluisse apparet. Quod ex c.* 23. *evidenter intellegitur, ubi in plerisque mss.* Fuit eis melius, *in B* 1*a. b* Fuit enim melius, *in B* $2c^1$ Est enim eis melius *legitur. Alias quoque cum B* 1*b codex B* $2c^1$ *saepe convenit, quamobrem illum alterum huius fontem fuisse opinor, sed non praetermittam, locos nonnullos etiam cum B* 2*b consentire. Ex hoc igitur stemmate, quae ratio inter singulos B libros intercedat, intellegitur.*



Potiorem igitur locum obtinent codices B 1 et B 2a tantum, quos in hac editione secutus sum. Librum autem B 2a, ut supra dixi, mendoso B 1 anteposui.

Denique editionem ita institui, ut textum codicum A proponerem, quae autem in B immutata aut inserta erant margini adscriberem, asteriscis positis, ut suo loco interponerentur. Notis autem menda tribui, quae librarius B in codice quo usus est A iam reppererat. Quod ad discrepantiam lectionum pertinet, ne apparatus nimis extensus fieret, ea sola admisi, quae alicuius momenti erant. Unde sermonem in deterioribus libris A 3. B 1b. 2c^{1} ad Donatum emendatum, ut casus correctos cetera, non curavi. Fusius tantum codicum A 1a. 2. B 1a. 2a^{1} variantes lectiones exscripsi. Quoad nomina Francica, quae codices mirum in modum variant, in priore huius opusculi parte, quae e Gregorio fluxit, nullam fere, in posteriore graviorem tantum discrepantiam enotavi. Reliquas autem res orthographicas, cum in descriptione codicum singulorum satis superque tractassem, in notis minime repetendas mihi esse duxi.

Librum historiae Francorum tres ediderunt, quorum primus editionem optimam paravit. Est

1) *Marquardus Freherus consil. palat., qui in 'Corpore Francicae Historiae' p. 55—85. hoc opusculum edidit. Titulum inscripsit:* Gesta regum Francorum epitomata partim e Gregorii Turonensis episcopi commentariis (cuius et nomen in vetustissimis Codicibus praeferunt) partim aliunde, neque satis constat unde, desumpta: ab Auctore quidem perantiquo, cuius fidem etiam Aimoini nomine notus Compilator in plerisque verbotenus sequutus est. *De codicibus haec disseruit:* E Mss. diversis optimae notae, summa fide et diligentia nunc primum edita, *et post Historiam p. 86:* In eodem Codice Nazariano antiquissimo sequebatur Annalium fragmentum tale. *Habuit igitur codicem Palatinum B 2a^{2}. Praeterea B 1a adhibuit, ex quo etiam fragmentum de Pippino duce edidit; indicem ex A 3b videtur hausisse. Singulis capitibus titulos indicis inscripsit.*

2) *Du Chesne, 'Historiae Francorum Scriptores coaetanei'. Tom. I, p. 690—720. Librum historiae Francorum secundus edidit vel potius editionem Freheri depravavit. Titulum valde prolixum opusculo praemisit:* Gesta regum Francorum partim e Gregorii Turon. episcopi Historia, cuius et nomen in vetustissimis Codicibus praeferunt, partim aliunde desumpta, et usque ad Regem Theodoricum II. perducta. Auctore incerto, sed qui eiusdem Theodorici tempore vixit. *Sequitur:* Editio Marquardi Freheri Consiliarii Palatini collata cum diversis Codicibus Mss. qui sunt in Bibliotheca V. Cl. Alexandri Petavii Senatoris Paris. et Appendice etiam ad Pipinum usque regem nunc primum aucta. *Alter Petavianus iam Lugduni Batavorum (B 2b^{1}) asservatur, alter, cui capita Fredegarii contin. 22—33. adiecta erant, quo venerit, ignoro. Praeterea semel (c. 26) codicem Thuanum (B 2c^{3c}) laudavit. Duo posteriores libri ita corrupti erant, ut Chesnius melius fecisset, si eos plane seposuisset; cf. c. 43, ubi margini adscripta sunt:* al.[1] 'eumque comprehensum ad condemnandum regi Chlodoveo, ut erat morte dignus, destinant'. Item in alio 'eumque de imperio deiicientes regnum Chlodoveo deferunt', *et haec pro* eumque exementes ad condempnandum rege Francorum Chlodoveo deferunt! *Ad tales libros Chesnius Freheri editionem emendare conatus est, sed anxie cavit, ne melioris codicis B 2b^{1} ullam rationem haberet. Quomodo profecerit, non est, quod fusius explicem. Ne vero iniustus meritum ei totum abrogare videar, ipse primus editionem A in lucem vocavit codicemque Camaracensem (A 2) textui B partim opposuit. Illam vetustiorem esse iam perspexit, sed nulla de causa, nisi quod A 2 in c. 28. desinit. Est enim mutilus. Chesnius autem:* Adiecta est,

1) *i. e. codex Thuanus, ut ex reliquis codicibus B 2c^{3} conicere licet:* eumque comprehensum regi Lodoveo (Clodoveo *B 2c^{3a*}*) ad condemnandum (ad c. *in marg. suppl. B 2c^{3b}, om. B 2c^{3a*}*), ut erat morte dignus, destinant *B 2c^{3a}. B 2c^{3a*}. B 2c^{3b}.*

inquit, Gestorum eorumdem comparatio cum alia Historia Scriptoris, ut videtur, antiquioris: utpote qui in Chramno Chlotharii I. filio desinit. Ex pervetusto Exemplari Ms. Ecclesiae Cameracensis. *Itaque hanc editionem Chramno vivo paratam esse opinatus est!*

Editionem Chesnianam Migne, Patrologia Latina XCVI, p. 1421. *repetivit.*

3) *Dom Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' II, p.* 540 *sqq. editionem Chesnianam vix mutavit, at discrepantiam aliorum codicum in notis textui subiectis collegit. Usus enim est libris A* 1**b et A* 3*a*[1]; *cf. l. l. p. XIII:* Vetustissimum Codicem, qui haec Gesta et Annales Eginhardi continet, quique est optimae notae, et eleganter scriptus exeunte saeculo decimo, Leodio huc ad nos perhumaniter transmisit vir doctissimus DD. Baro de Crassier. Cum hoc codice, qui a Cameracensi parum discrepat, et cum Codice Monasterii S. Remigii Remensis editionem Chesnianam contulimus.

Quae in priore parte propria sunt in linguam Germanicam versa W. Giesebrecht[1] *v. c. Gregorio adiecit; posteriorem inde a c.* 43. *Abel*[2] *v. c. transtulit.*

Krusch.

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI HISTORIAE FRANCORUM.

1. De origine ac[b] gesta Francorum vel eorum frequenta[c] certamina.

2. Quod gens Alanorum contra Valentinianum[d] imperatorem rebellarunt[e], eosque Franci devicerunt, et tributa Francis[f] concessa sunt.

3. Ubi imperator exactores misit, ut tributa solverent Franci.

4. Quod idem imperator exercitum commovit adversus[g] Francos, et de adventu eorum in partibus Reni fluminis et de rege[h] primo eorum.

5. De morte Faramundi regis et de Chlodione, filio eius, vel de Chunorum incursu in Gallias.

6. Ubi Childericus rex[i] eiectus[k] est de regno[l].

7. Quod Franci super se statuerunt[m] Egidium Romanum atque deiciunt et Childericum recipiunt.

8. Ubi capta est Agripina civitas, et de morte Egidii et de Adovagrio duce Saxonorum.

9. De morte Childerici et bellum Chlodovechi contra Siagrium.

10. De petitione[*] episcopi ad regem Chlodovechum, ut urceum redderet, et quia devicti Thoringii sub tributo servierunt.

11. Quod Aurilianus legatarius[n] Chlodovechi, vestitus cultu peregrino, ad opus domini[o] sui sponsavit Chrotchilde.

*) sancti Remigii *add. A* 3*a*[1].

Index. A 1*a. b.* 3*a*[1]. *b.* *β[2]. *B* 2*b*[1].

Index. a) Incip capit libr hist *A* 1*a*; Incipi capit libr hist Franci *A* 1*b*; Incipiunt capitula de origine et gestis regum Francorum *A* 3*a*[1] *(f.* 1'. *m. saec. XII. scriptum est)*; Incipiunt capitula (capita *A* 3*β[2]) de gestis Francorum *A* 3β[2]. *β[2]; *in A* 1*c* capita singula inscripta sunt. Indicem cum A* 3β[3] *Pertz non contulit. E libris B solus B* 2*b*[1], *qui titulo caret, indice instructus est.* b) et gestis *A* 3*a*[1]. *β[2]. c) frequenti certamine *A* 3*a*[1]; sequenta c. *A* 3*b*. d) Valencianum *A* 1*b*. e) rebellaverit *A* 3*a*[1]; rebellaverunt *B* 2*b*[1]. f) eis *pro* F. *B* 2*b*[1]. g) adversum *A* 3*a*[1]. h) p. r. e. *A* 3*a*[1]; r. e. p. *A* 3*b*. *β[2]; e. *om., tribus litt. ras., B* 2*b*[1]. i) *om. B* 2*b*[1]. k) deiectus *B* 2*b*[1]. l) suo *add. B* 2*b*[1]. m) statuunt *A* 3*b*. *B* 2*b*[1]; constituunt *A* 3*β[2]. n) ligatharius, *om.* Chl. *B* 2*b*[1]. o) opus Chlodovechi sp. *B* 2*b*[1].

(7). Quod sanctum opus[a, *†] perfecte institutum[b] et firmatum[c, *††], quid adhuc ei[d] deesset, qualiter caelestis patriae regnum perciperet, die noctuque Dominum[e]

---

*) posse salvum fieri *add. B.* **) praemium boni operis recipere cupiens *add. (C).* ***) Agaunensium *add. B.* †) Interea sortitus est in coniugio filiam Theoderici[a] regis Italiae[b], ex qua genuit filium nomine Sigiricum. Hac mortua, duxit aliam uxorem, cuius nequissimis deceptus consiliis, prioris uxoris filium interfici iussit[c]. Postea corde conpunctus, *add. A 1 (m. al. in ima pag. suppl.). C.* ††) regni sui *add. B.* †††) choros Deo canentium onoremque ecclesiasticum inibi constitueret et sedem regni[2] sui illic statueret. Quo *B.* *†) servitutis videlicet Dei, cum fuisset *add. (C).* *††) pari consensu omnium *add. (C).*
Fred. III, 33. cf. Greg. III, 5. Fred. III, 33.

Capp. 5—7. A 1. 2a. b. δ. e. B. C.

Cap. 5. a) Et d. *om. (C).* b) *om. B*; taliter *add. A 2a. b. d. δ. e.* c) Dei *A 2d.* d) die noctuque in c. s. *A 2a.* e) pertractans *A 2a. b. d. δ. e*; pertractans et non ab alio nisi *C.* f) ad dominum nostrum Iesum Christum festinaret, qui *A 2δ. e.* g) recepit *A 2a, corr.* h) ipse *A 2a*; *om. A 2δ. e*; ita semetipsum *(C).* i) accipere *repet. A 2a.*

Cap. 6. a) Diuque m. *A 2a*; et *om. A 2b. δ. e. C.* b) universa *A 2δ. e.* c) s. l. *(C).* d) perlustrans *A 2a*; perlustrasset *A 2b. e. (C).* e) venit *A 2b. e (non A 2δ)*; accessit *B.* f) hunc *A 2δ*; *om. A 2e.* g) *sic A 1*; Auganno *corr.* Augavno *A 2a*; Agauno *A 2b. e*; Agaunus *B*; Agaunum *(C).* h) Mauricius *A 1. 2a. (C).* i) *postea forte suppl. A 1*; *om. B.* k) m. Itaque vigiliis, orationibus et ieiuniis *B.* l) quamque *A 1.* m) meditabatur *(C).* n) se ipsis *A 2a*; ipsis, *om.* se *A 2b*; se ipsis dominis (domini *A 2e*) sanctis *A 2δ. e*; se i. *om. (C).* o) s. deservire concederet, per quod se eorum a. sotiaret. Tunc *A 2a*; s. deservire d., per quod se eorum a. poterit sociare *A 2b*; s. inpendere d., per quos e. a. sociaretur *A 2δ. e*; s. deservire d. *(C).* p) s. p. *(C).* q) Tunc divina scilicet visione angelo *B.* r) *sic A 1* (? *vel* in); ut cr. n. D. *A 2a*; ut *om. A 2b. δ. e*; nutu D., ut *(C).* s) ipsum *A 1.* t) est *A 2a. B*; fuit *(C).* u) *om. A 2δ. e.* v) institueret *(C).* w) Qui *A 2a.* x) d. a. c. *(C).* y) sanctis atque apostolicis viris episcopis *A 1.* z) *om. A 2e. (C) (non A 2δ).* a) aut *B*; c. an non *(C).* b) quam interrogationem *A 2δ. e.* c) inter se v. s. a. *(C).* d) i. se v. *om. A 2δ. e.* e) collata *A 2a.* f) tunc *add. B.* g) invisitatum *A 2e.* h) videretur *pro* o. *A 2a.* i) corroboraverunt *(C).*

Cap. 7. a) o. cum p. est i. *A 2e.* b) perfecte consultu Dei confirmatum *B.* c) f. dum esset, quod a. eidem esset agendum, qu. *A 2a*; esset *add. A 2δ*; confirmatum *B. (C).* d) ipsi *A 2δ. e*; superesset ei, qualiterve *C.* e) *om. C.*

Nota †. a) Teod. *m. al. A 1.* b) Ytalie *C.* c) fecit *m. al. A 1.*

1) *Cf. Vitam abb. Agaun. c. 3 (ed. Arndt, 'Kl. Denkmäler aus der Merovingerzeit' p. 15)*: Igitur habito consilio, — — visum est, ut — — monachorum familia locaretur, qui die noctuque caelestia imitantes, cantationibus divinis insisterent pertractandis. 2) *Absurda interpolatio.*

exorabat[a, *]. Sed quia dominus noster Iesus Christus laboris[b] ipsius remunerationem[c] diutius fatigari[d] non distulit, ad palmam martirii eatenus eum dignatus est provocare[e], ut sanctorum martyrum[f] Thebeorum, quorum[g] se in Dei laudibus sociaverat, paradisi[h] gloria et dapibus sociaret. Et[i] ut prolixior[k] ratio legentis[l] fastidium non[m] generet, ad[n] beatissimam[o] passionis eius enarrandam hystoriam imperito[p] sermone veniamus.

(8). Igitur cum Franci, paene omnia[a] regna prostrata[b], Galliarum urbes vehementer depopularent[c], ita ut plurima[d] multitudo ex Burgundionibus se Francis sociaret[e], tunc[f] sanctus Sigismundus, videns se hinc inde[g] coangustare[h], Veresallis[i, 1] montem expetiit et[k] ad instar Heliae[l, 2] Tesbites[m], ut[n] fortissimam gentem[**] evaderet, singulariter habitare[o] elegit[p, ***], iuxta[q] illud quod egregius praedicator, de suis tribulationibus scribens[r], ait: *Periculis[s] in falsis fratribus.* 2. Cor. 11, 26. Tunc[t] omnes[u] Burgundiones, ut[v] infidelitas eorum plenissime[w] appareret, Francis se ex integro dederunt[x], promittentes, ut[y] sanctissimum virum[z] Sigismundum, principem[a] suum, perquirentes[b], eis vinctum traderent[c].

(9). Hac promissione audita[a], sanctus[b] vir Sigismundus[c], comperta[d] nequitia eorum[e], cesariem capitis sui totundit[f] et se a laicatu[g] in habitum[h, 3] religionis mutavit. Qui dum in supradicto loco paene[i] ieiuniis et vigiliis maceratus quiesceret, ibi[k] pauci

*) ut ei divina pietas ostenderet *add. (C).* **) Francorum *add. B.* ***) quia sibi imminebat discrimen vitae *add. (C).*

Capp. 7—9. *A* 1. 2*a*. *b*. δ. *e*. *B*. *C*.

Cap. 7. a) D. non cessabat rogare *A* 2*a*; D. deprecabatur *A* 2*b*. *e*; D. precabatur *A* 2δ. b) laborum *A* 2*a*; laborem *A* 2*b*. δ. *e*. c) remunerator eum d. *A* 2*a*; remunerationis *A* 2*b*; remunerationemque *A* 2δ. *e*; remuneratione *B*. d) fatigare (*corr.* fatigari) nolebat, ad *A* 2*a*; fatigando non d. *A* 2δ; d. non patiebatur differri *(C)*. e) evocare *C*. f) T. m. collegio, q. se officio in *(C)*. g) quibus *A* 2*a*. *b*. *e*. *B (non A* 2δ*)*. h) s., consortio paradisi eum g. et d. saciaret *A* 2*a*; s., p. gloriae d. sociaverit *A* 2*b*; s., p. acies (acie *A* 2δ) d. s. *A* 2δ. *e*; s., etiam post mortem paradysi dapibus sociaret *B*; s., devotione paradisi quoque sociaretur amenitate. *C*. i) Sed *B*; Verum ne p. *(C)*. k) prolixa oratio *A* 2δ. *e*; prolixio narratio *C*. l) legentibus *A* 2*a*; legenti *A* 2*b*. δ. *e*. *(C)*. m) *om. C*. n) *om. B*. o) beatae *A* 2δ; batissime *A* 2*e*; beatissime p. e. recitandam h. *C*. p) licet *add. A* 2*a*; licet imperito *A* 2*b*. *e*; i. s. *om. A* 2δ; h. pauco sermone explicabimus *B*; quamvis imperito *C*.

Cap. 8. a) omnibus regnis prostratis *A* 2*a*; pene post (post *m. al. suppl. A* 2*b*) omnia *A* 2*b*. δ. *e*; F. plurima pene r. devastarent Galliarumque u. *C*. b) prostravissent et G. *B*. c) depopularentur *(A* 2*b*. *e)*. d) ut m. maxima Burgundionum *C*. e) sociarent *A* 2*b*. δ. f) *om. A* 2δ. *B*. g) *om. (A* 2*a)*. h) *sic A* 1. 2*a*; coangustari *(A* 2*b*. δ. *e*. *B*. *C)*. i) vere salutis *A* 2*a*; iuresalis *A* 2δ; Virēsalis *A* 2*e*; Volissallis *B*. k) ut ad i. *A* 2*a*; et ad *om. A* 2*b*; ut i. *A* 2δ. *e*; ibique ad i. *(C)*. l) Helye *C*. m) *sic A* 1. 2*a*; Tesbitis *A* 2*b*. *B*; Thesbitis *A* 2*e*. *C*. n) *om. A* 2*a*. δ; et ut *A* 2*b*. *e*; quatinus crudelissimae gentis barbaricam feritatem ev. *C*. o) habitaculum *A* 2*a*. p) contemptus (contentus *A* 2δ) est *A* 2δ. *e*. q) et iusta i. *A* 2*a*. r) scripsit ut ait *A* 2*a*; scripsit ubi ait *A* 2*b*. δ; scripsit, *om.* ait *A* 2*e*. s) Pericula *(C)*. t) *om. A* 2*a*. u) *om. B*; diverso modo *pro* o. *C*. v) B. necessitate magis quam voluntate F. *(C)*. w) planissime *(A* 2*b*. *e)*. x) tradiderunt *A* 2*a*. *b*. δ. *e*; dediderunt *B*. y) quod *(B)*; *om. C*. z) *om. B*. a) *om. A* 2δ; regem *B*. b) perquirerent et eis *B*; perquirere et eis *C*. c) tradere *C*.

Cap. 9. a) *om. A* 2δ; comperta *A* 2*e*. b) vir sanctissimus *A* 2*a*; v. sanctus *A* 2*b*; v. iustus *A* 2δ. *e*. c) rex *add. B*. d) que *add. A* 2*b*; n. e. *om. A* 2δ; c. n. e. *om. A* 2*e*. e) suorum principum, ces. *B*; c. e. malicia, c. *C*. f) *sic A* 2*b*. δ. *e*. *B*. *C*. g) laicato *A* 2*b*. *e*; laicorum *A* 2δ; laicali vestitu in r. m. h. *C*. h) habitu *A* 2δ. *e*. i) i. pene *C*. k) *om. (A* 2*a)*; ibique *A* 2*e*; ibidem *(C)*.

1) *Versailleux (dép. Ain, arr. Trévoux, cant. Chalamont) coniecit Jahn l. l. II, p.* 304, *n.* 2) *Cf.* 3. *Reg.* 19, 4. 3) *Cf. Marius a.* 523: et in Francia in habito monachale perductus.

ex Burgundionibus[a] ad ipsum convenientes, quasi causa amoris[b] ad sepulchra sanctorum martyrum sub quadam custodia[c] latenter perducere promiserunt. Qui[d] dum ad clausuras[e] *cf. Greg. III, 6.* ipsius[*] monasterii pervenissent, ibique[f] agminibus[g] Burgundionum una cum Francis[h], *cf. Marius a. 523.* ad[i] instar Iudae traditoris Christi Trapsta[k, 1] Burgundio in eum[l] manus iniecit[m], et vinctum catenis Francis obtulerunt[n, **]. Tunc Franci pertimescentes, ne manus[o] suas[p] ad sanguinem innoxium effundendum cruentarent[q], ipsorum Burgundionum[r] usque ad *Greg. III, 6.* locum destinatum perducendum miserunt[s]. Qui eum sub ardua[t] custodia una cum coniuge et filiis Gisclaado[u] et Gundobado[2] vinctum[v] ad locum cuius vocabulum[w] est Belsa[***, 3] perduxerunt. Ibique puteum ab[x] antiquis constructum invenientes[y], ut vesaniae suae perfidia[z] saciarent[a], capitali[b] sententia adiudicato[c, †], capite deorsum *Ib.* dimerso[d], una[e] cum coniuge et filiis suis[f, ††] in puteum iactaverunt[†††].

(10). Ibique[a] per[b] triennium sancta corpora[c] limosi gurgites[d] aqua[e] inlesa celaverunt[f]. In quo loco nocturnis temporibus a sanctis viris divinitus lampadam[g] accensam, per totum illum[h, *†] spatium, quod[i] ibi sancta[k] corpora quieverunt[l], visa[m] est.

---

cf. Greg. III, 6. Fred. III, 34. 35. Greg. III, 6.

*) Agaunensis *add. (C).* **) eorumque regi Clodomero, qui postea, divina exigente ultione, pro eadem re a Burgundionibus in praelio est interemptus *add. (C).* ***) est Coloniae[4] vicus, qui est in pago Aurelianensi, p. *B.* †) iussu regis sui Clodomeri *add. C.* ††) Gisclado (Gisdado *A 2δ*) et Gundobado *add. A 2δ. e.* †††) Passi sunt autem sancti Dei die primo Kalendarum Maiarum *add. B.* *†) triennii *add. A 2e. (C).*

Cap. 9. A 1. 2a (cf. n. u). b. δ. e. B. C. Cap. 10. A 1. 2b. δ. e. B. C.

Cap. 9. a) Burgungionibus *A 2e, ut infra.* b) illum *add. A 2δ; post sep. add.* illum *A 2e.* c) eum *add. A 2a. B; om. A 1. 2b. δ. e. C.* d) Qui — pervenissent *om. (A 2a);* Cumque ad *(C).* e) clusuras *A 1.* f) *om. (C).* g) *ita A 1. 2a;* p., expectabant agmina *A 2b;* ibique cum agminibus *A 2δ. e;* agmina *B. (C).* h) colle:tis *add. A 2a;* adessent *add. B.* i) cum *pro* ad *A 2b;* ad *om. A 2δ. e.* k) *sic A 2a. b. e;* Trapstra Burgundionum *A 1;* raptim *A 2δ;* Chr. strator eius quidam B. *B;* Burgundiones, *om.* T. *C.* l) eo *A 2a.* m) iniecerunt *(C).* n) obtulit *B;* c. tradiderunt F. *(C).* o) manibus *A 2e;* Fr. dum innoxium effundendo sanguinem cruentarentur *A 2δ.* p) eorum *A 2a. b. e;* m. eorum effugere posset, usque ad l. d. sub arta *C.* q) *corr. m. al.* cruentarentur *A 1.* r) ipsis Burgundionibus cum usque *A 2a;* B. custodia usque *A 2b. e;* B. manibus u. *A 2δ;* B. conductu u. *B.* s) cōmiserunt *A 2a.* t) arta *A 1 (m. al.). B. C;* custodia *om. A 2δ.* u) Gisla . adonc . et Gundebado | *hic desinit A 2a;* Gisdeado (*e et* a *expunct.*) et Gundebado *A 2b;* Gisclado (Gisdado *A 2δ*) et Gundobado *A 2δ. e;* G. et G. *om B;* Gisclado et Gundebaudo *C.* v) vinctus *corr.* vinctos *A 1;* vinctis *A 2e.* w) B. v. est *(C);* Bersa *A 2δ.* x) p. antiquitus *A 2b.* y) et *add. A 1.* z) perfidiam *A 2δ. e. B.;* se *add. A 2b;* vesania crudelitatis suae sat. *(C).* a) *m. al. corr.* saciarentur *A 1;* satiarentur *(C).* b) capitalem sententiam *A 1;* capitali sententiae *A 2b;* letali sententia *A 2δ. e.* c) adiudicatum *(C).* d) demerso *A 2b; om. A 2δ.* e) simul cum *C.* f) *om. B.*

Cap. 10. a) ubi *C.* b) *om. B.* c) in *add. (C).* d) *sic A 1. B;* gurgitis *rell.* e) aquae *A 2b; om. B.* f) iacuerunt *(C).* g) lampada accensam *A 2δ;* lampas accensa *A 2e. (C);* lampada accensa *B.* h) illud *A 2b. δ. e. B. (C).* i) quo *A 2b. δ. B. C.* k) sanctorum *A 2b.* l) iacuerunt *(C).* m) visum *A 2b. δ.*

1) *Trapsta pro nomine proprio Jahn l. l. II, p. 308 n., accepit, quod non inepte cum Trapstita Iordanis comparavit; cf. Müllenhoff apud Mommsen p.* 155. 2) *Nomina alibi non tradita sunt. De Gisclahadi nomine egit Wackernagel apud Binding l. l. p.* 341; *Gisluadi proceris meminit Fortunatus, V. Radeg. c.* 27. 3) *La Beauce est regio Aurelianensis; cf. Jahn l. l. II, p.* 310. 4) apud Colomnam (Coloniam *A* 1) Aurilianensim urbis vicum *Greg. III,* 6.

Transactum[a] triennium*, sanctus ac venerabilis[b] Venerandus[c, 1] monasterii[d] sanctorum Augaunensium[e] abba per angelum in visu[f] admonitus est, ut sacra corpora, sicut animae eorum in caelestibus sanctae[g] legioni[h] erant coniunctae, ita et in eo[i] loco sepulturae[k] sociarentur. Quo[l] vir Dei supradictus[m] Venerandus[n] angustia plenus, qualiter dominicam[o] iussionem impleret, nesciebat[p]. Tunc ad Ansemundum[2] Burgundionem[q], qui usque in diem[r] passionis sanctis[s] viris fidem certissimam[t] visus est conservasse, missos[u] suos direxit, ut ad gloriosissimum[v] principem[w] Theudebertum[x] regem Francorum suam petitionem pariter et suggestionem deportaret, ut[y] sancta[z] corpora ad limina[a] sanctorum aggreganda[b] permittere deberet. Quam[c] petitionem piissimus princeps clementer indulsit.

(11). Tunc cum magna admiratione[a] sancta corpora de puteo abstracta**, cum psallentium choris[c] Augauni[d, 3] monasterio in ecclesia quae est[e] in honore beatissimi Iohannis apostoli et euvangelistae[f] dignissimae sepulturae tradiderunt. In quo loco tantas[g] virtutes Domini misericordia*** praestare dignatur, ut, quisquis[h] quartanum[i, 4] typum invasus, fideliter sanctorum cineribus fuerit advolutus, statim integra[k] sanitate recepta, revertatur incolomes[l]; seu[m] etiam et reliquae infirmitates, quae genus

---

*) t., quidam s. ac v. m. s. A. abbas nomine Ambrosius[1] per *B*. **) id est 17. Kalendarum Novembrium *add. B*. ***) cum fide precantibus *add. (C)*.

Capp. 10. 11. *A* 1. 2*b*. δ. *e*. *B*. *C*.

Cap. 10. a) Transacto triennio *A* 2*b*. δ. *B*; Peracto autem triennio *A* 2*e*; Transacto autem triennio *(C)*. b) venerabiliter *C*. c) Venerandi *A* 2δ; *om. A* 2*e*. *B*. d) huius loci *pro* m. s. A. *A* 2δ. *e*. e) Agaunensium *A* 2*b*. *B*. *C*; abbas *A* 2*e*. *B*. f) viso *A* 2*b*; a. nocturno tempore adm. *A* 2δ. *e*. g) sanctis legionibus *A* 2*b*. h) iam *add. B*. i) hoc *A* 2*e*; eodem *C*. k) sepultura sociaret *A* 2*b*. *B*; (ita — sepulturae *om.*) sotiarent *A* 2δ; (sep. *om.*) sociaret *A* 2*e*. l) Quos *A* 2*b*; Quo se v. *A* 2δ. *e*; s. Vir autem D. *B*; s. Vir vero D. *C*. m) Dei vertere deberet, qualiter *A* 2δ; s. V. a. pl. *om. A* 2*e*. n) venerabilis abbas angustia *B*. o) dominica iussione *A* 2*b*. p) nesciens *A* 2*b*. q) Burgundionum *A* 2*e*. r) die *A* 2*b*. s) sanctissimis viris *A* 2δ; sanctissimi viri *A* 2*e*. t) firmissimam *(C)*. u) nuncios d. *A* 2δ; misos d. *A* 2*e*. v) gloriosum *(C)*. w) principum *A* 2*e*. x) *sic A* 2*b*. *B* (*corr.* Theod.); Theodebertum *A* 1; Theopetum *A* 2δ; Theopertum *A* 2*e*; Teodebertum *C*. y) quatinus *C*. z) sanctissima *A* 2δ. *e*; martyrum *add. (C)*. a) ad s. Thebaeorum l. *A* 2*e*; ad s. l. Thebaeorum *(C)*. b) aggregari *B*; deferri permitteret. Q. *(C)*. c) Qua petitione *A* 2*b*.

Cap. 11. a) veneratione *B*; magne ammirationis veneratione s. eorum c. *C*. b) extracta *A* 2*b*. δ. *e*; detrahentes *C*; cum — monasterio *om. A* 2δ. c) choro *A* 2*e*. d) Agauni *A* 2*b*. *B*; huic loco *pro* A. m. *A* 2*e*; Agauno *C*. e) *om. A* 2*b*. δ. *e*. f) constructa est *add. A* 2*b*. δ. *e*; dedicata *add. (C)*. g) assidue *add. (C)*. h) qui *A* 2*b*; quicumque *A* 2δ. *e*; ut si quis *(C)*. i) quartano typo *A* 2*b*. δ. *e*. *C*; quisquis aliquo tipo febrium i. *B*. k) integram sanitatem receptus *A* 1. l) *sic A* 1. m) i. vel r. *A* 2*b*. δ; i. vel reliqua infirmitate *A* 2*e*; i. Nam et ubique infirma reliquis infirmitatibus *B*; i. Nichilominus et r. i. *C*.

1) *Erat quintus abbas Agaunensis, Ambrosius, qui in codice B substitutus est, secundus. Hic Hymnemodo primo abbati a.* 516. *defuncto successit; cf. Arndt l. l. p.* 9. 2) *Ansemundus dux, cui Avitus tres epistulas dedit, a.* 543. *chartam quandam conscripsit; cf. Arndt l. l. p.* 10; *Avitus ed. Peiper p.* 309. *Theudebertus autem rex, Burgundia a.* 532. *occupata, a.* 533/534. *patri successit. Quamobrem corpora neque tres annos in puteo iacuisse neque a.* 526. *in monasterium Agaunense translata esse possunt.* 3) *Cf. Greg. in Gl. Mart. c.* 74*:* ad eodem locum delatus, sepulturae mandatus est. 4) *Cf. Greg. l. l.:* Nam, si qui nunc frigoritici in eius honore missas devote celebrant eiusque pro requie Deo offerunt oblationem, statim, conpressis tremoribus, restinctis febribus, sanitati praestinae restaurantur.

hominum[a] invadere solent[b], assidue[c] per Domini[d] misericordiam, intercedentibus sanctis martyribus*, ad pristinam redeunt sanitatem**, adiuvante[e] domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria, virtus[f] et potestas per omnia secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[g] PASSIO SANCTI SIGISMUNDI.

---

*) auxiliante Domino *add.* *A* 2δ. *e*; effugantur, et infirmi *add.* *(C)*. **) Passus est (autem *add.* *A* 2*e*) sanctus Sigismundus Kal. Maiis (S. rex et martir 6. Non̄ Mār̄ *A* 2*e*) *add.* *A* 2δ. *e*.

Cap. 11. *A* 1. 2*b*. δ. *e*. *B*. *C*.

Cap. 11. a) *sic* *A* 2*b*. δ. *e*. *C*; genus humanum *A* 1; quae homines i. *B*. b) detenti *add.* *A* 2*e*. c) creberrime *C*. d) Dei *A* 1. 2δ. e) regnante *A* 2δ. *e*. f) gl. in omnia (o. *om.* *A* 2δ) s. s. *A* 2δ. *e*. g) *ita* *A* 1; EXPLICIT PASSIO SANCTI SIGISMUNDI REGIS *C*; *subscriptionem rell. om.*

VITA SANCTAE CHROTHILDIS.

Chrothildis reginae Francorum historiam fere totam ex Libro hist. Francorum (A) c. 11—27. hausit, qui hanc eius Vitam composuit; e Gregorio vero vetusto perpauca tantum deprompsit. Ipse autem res fere nullas addidit, nisi quod omnes quas novit S. Petri[1] *ecclesias Gallicanas*[2] *a Chrothilde vel constructas vel ampliatas esse finxit, qua auctore unam S. Petri ecclesiam Parisiensem ortam esse inter omnes constat. Erat forte ecclesiae Rotomagensi*[3] *addictus.*

Vita Chrothildis vix ante saeculum decimum composita est, certe post Hincmarum, qui columbam ad Chlodoveum perunguendum ampullam attulisse auctor est. Una autem ampulla huic fabulatori minime suffecit: finxit itaque duas 'oleo et chrismate plenas' (c. 7). Quod vero c. 2. Chrothildis 'propagine Romanorum Francorumque imperium' gubernatum esse non ignoravit eamque c. 14. ex. 'Romanorum imperatorum matrem et regum Francorum genitricem' dixit, aevum suum ipse prodidit, nam ante a. 814. haec scripta esse non possunt[4].

1) *Codex Bruxellensis nr.* 8690—8702, *saec. XII. in., ab W. Arndt v. c. in usum nostrum a.* 1867. *collatus est. Duo folia exciderunt, ita ut textus a c. 4:* per Aurelianum mandavit *ad c. 7:* Spiritum sanctum ad *hiet. Cf. 'Archiv' VIII, p.* 515; *'N. Archiv' II, p.* 253.

2) *Codex S. Germani Pratensis, quo Mabillon usus est, certe Bruxellensi aliquanto deterior erat; verbi gratia* in aqua necare iussit 1 *cum Libro hist. Fr.,* in aquam iniecit et rapuit 2. *Neque vero eo carere possumus, cum codex* 1 *mutilus et locis nonnullis depravatus sit.*

Praeterea codices Parisienses nr. 5333, *olim Mazarinaeus, saec. XIV (cf. 'Archiv' VII, p.* 60*), nr.* 917, *saec. XV (cf. 'Archiv' VII, p.* 37*), Cheltenhamensis ex bibliotheca Celotti nr.* 1131 *(cf. 'Archiv' VII, p.* 97*) in annalibus nostris commemorantur, quorum nullus vetustate se commendat.*

Vitam Chrothildis ediderunt

Ravisius Textor, De memorabilibus et claris mulieribus, Paris. 1521, *p.* 214—217, *quem librum non vidi;*

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Paris. 1668, *Saec. I, p.* 98—103. *e codice* 2.

Bollandiani, Acta Sanctorum, Antverp. 1695, *Iun. I, p.* 297, *capita* 11—14. *edi-*

1) *Quin immo in textu Libri hist. Fr. pro S. Martino Turonensi S. Petrum c. 9. substituit.* 2) *Scilicet Turonensem (c. 11), Laudunensem (c. 13), Remensem (c. 13).* 3) *Meminit monasterii Andeleii prope Rotomagum siti (c. 11. 12) et monasterii SS. Apostolorum Rotomagensis (c. 13) a Dionysio dedicati* Kal. Sept., sicut in quadam petra — — sculptum erat. 4) *Cf. 'Hist. litér. de la France' V, p. 668.*

derunt, de codicibus haec praefati p. 292: (Vitam) eamdem nos in aliquo pervetusto Ms. codice habuimus, ac praeterea accepimus submissam a Petro Francisco Chiffletio, reperimusque in quodam Ms. Cardinalis Mazarini; quin etiam in Lectiones distributam, et ad Matutinum in Ecclesia S. Genovefae recitari solitam, allegat Franciscus Pomeraius lib. 2. Abbatiae S. Audoëni Rotomagensis cap. 1. Aliquod compendium etiam habemus ex Ms. Rubeae-Vallis prope Bruxellas.

Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Paris. 1741, *tom. III, p.* 397—401. *Mabillonii editionem repetivit.*

Vita cum fere inutilis sit, satis habuimus, Mabillonii textum ex 2 transcriptum ad codicem 1 emendare. *B. K.*

---

1. Urbis Ihericuntine ruitura aedifitia terrenis lapidibus et marmoribus fabricantur, celestis vero Iherosolime palatia animabus sanctorum edificantur, nonquam casura, sed in aeternum permansura. Porte huius urbis renitent preciosis margaritis, sanctis scilicet apostolis, martiribus, confessoribus, virginibus, viduis et coniugatis. Rex etenim huius urbis invisibilis et immortalis ex omnibus mundi gentibus famulos utriusque sexus sibi adscivit, quos huius seculi exutos miseriis in prefatae urbis menibus non casuris angelorum nectit consortiis et aeternis dat perfrui gaudiis. Chorus enim virgineus Deo gratus et carissimus centesimo fructu decoratus, sicut stelle in celo, ita ante Deum fulget in celesti palatio. Hoc agmen virgineum sequitur contio sanctarum cf. Matth. 13, 8. viduarum et fidelium coniugatarum, quae quamquam centesimum fructum non reportent, tamen sexagesimo et tricesimo fructu gaudent et cum sanctis omnibus cumnumerantur et aeterna felicitate digne remunerantur. De quarum collegio extitit beata et venerabilis regina Chrothildis, que quanta secundum carnem nobilitate quibusque parentibus nata fuerit qualiterque ad regni celestis fastigium pervenerit et quam sanctis operibus vivens floruerit, quove fine de hoc seculo migraverit, intimamus futurorum posteritati.

Greg. H. Fr. II, 28. Lib. H. Fr. c. 11. 2.[a] Fuit quidam rex Burgundionum nomine Gundeveus ex genere Athanarici regis natus. Huic fuerunt quatuor filii Gundebaudus, Codegisilus, Chilpericus et Godmarus. Gundebaudus igitur Chilpericum, fratrem suum, gladio interfecit uxoremque[b] eius, ligato ad collum saxo, in aqua[c] necare iussit; filias eius duas, quarum una senior vocabatur Chrona[d], quam, mutata veste, exilio condempnavit, iuniorem vero nomine Chrothildem, de qua sermo habetur, Dei dispositione domi retinuit. Deus enim praescius futurorum previderat ex Chrothilde semen regium nasciturum, eorumque propagine Romanorum Francorumque imperium gubernaturum[e].

ib. cf. L. H. Fr. c. 9. 3. Ipso tempore Flodoveus, Childerici regis[a] Francorum filius, frequenter mittebat in Burgundiam legationem ad Gundebaudum regem. Videntesque eius legati in domum prefati regis Gundebaudi Chrothildem puellam sapientem, pulcram, eligantem adque decoram, que esset, interrogabant[b]. Responsum est eis, hanc fuisse filiam Chilperici regis, quem predictus Gundebaudus interfecit. Reversi igitur ad Flodoveum, se vidisse referunt regis[c] Gundebaudi neptem, moribus inclitam, corpore pulcram, regali desponsatione dignam. Qua de re Flodoveus valde gavisus, dixit suis in quos fidebat militibus: 'Tempus mee aetatis exigit, ut societur mihi uxor nobilis, de qua procedat proles

Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 2. a) *capitum distinctionem Mabillonii retinui, cum in 1 sex priora capita indicata non sint.* b) uxorem 2. c) aquam iniecit et rapuit; f. 2. d) Chona 1. e) *intell.* gubernatum iri.
Cap. 3. a) F. r. 2. b) interrogat 1. c) G. r. 2.

regia, regnum post obitum meum gubernatura. Habet rex Gundebaudus neptem, quam, si datis consilium, volo ducere in coniugium'. O altitudo sapientie et scientie Dei, cuius voluntati et prescientiae nemo potest resistere! Favent omnes regie voluntati, auditur a palatinis, laudatur, ut adducatur Chrothildis et fiat regina puella tam nobilis. Decebat enim, ut reges Francorum futuri, Deo inmortali[a] regi monasteria multa quae sunt per Galliam edificaturi, nascerentur de progenie regali et per[b] edificationem periture ecclesie pervenirent ad gaudia celestis Iherosolime, ecclesiae sine fine permansure[c]. Erat tunc temporis in aula regis Flodovei quidam Aurelianus, vir peritus in secularibus et secretorum regis non innarus. Hunc rex misit ad Gundebaudum in Burgundiam, ut ab eo peteret neptem suam, ut in Galliam adducatur et regina efficiatur. Erat enim prefata Chrothildis christiana. Que cum quadam die[d] dominica venisset ad missarum sollempnia, ut consueverat, pauperibus elemosinam dabat. Prefatus Aurelianus, mutatis vestibus, sedebat cum pauperibus alimoniam prestolantibus. Beata Chrothildis ad eum venit unumque aureum ei[e] dedit. At ille manui dantis osculum prebuit eiusque[f] pallium retro traxit. Beata Chrothildis ancillam suam misit, Aurelianum ad se venire fecit dixitque ei: 'Dic mihi, iuvenis, cur te pauperem simulans, pallium meum retraxisti?' At ille ait: 'Loquatur tibi, obsecro, servus tuus secreto'. Illa respondente: 'Loquere!' 'Dominus', inquid, 'meus rex Francorum Flodoveus misit me ad te; vult te uxorem habere. Ecce anulus eius et ornamenta reliqua et regalia sponsalia!' Beata Chrothildis anulum et reliqua dona recepit et in tesaurum avunculi sui regis Gundebaudi reposuit. Dixitque Aureliano: 'Domino meo regi Flodoveo salutem dicito. Quod petis[g] quomodo fiat, innoro. Licitum enim non est, christianam nubere pagano. Hanc rem nemo sciat; ut Deus voluerit, fiat. Vade in pace[h], prospere ad tuos revertere!'

Lib. H. Fr. c. 11.

4. Reversus Aurelianus, cuncta, ut invenit, Flodoveo retulit. Rex vero Flodoveus anno sequenti Aurelianum ad Gundebaudum misit et, ut sponsam suam Chrothildem ei mitteret[a], per Aurelianum mandavit. His auditis, Gundebaudus corde nimium territus, ait suis fidelibus: 'Rex Flodoveus occasionem adversum me querit, regnum meum invadere cupit'. Et ad Aurelianum ait: 'Domus nostras explorare venisti; rex enim tuus neptem meam numquam novit'. Ad hec Aurelianus respondens ait: 'Hec mandat dominus meus rex Flodoveus: aut ei mitte neptem tuam aut preparare contra eum ad pugnam'. Gundebaudus respondit: 'Veniat, ubi vult, pereat et moriatur, ut sanguis multorum quem effudit vindicetur'. Audientes hec Burgundiones, Francorum iram timentes, Gundebaudo dederunt consilium, dicentes: 'Neptem tuam regi Francorum da, et fiat inter te et eum firma amicitia'. Tunc ille beatam Chrothildem Aureliano dedit cum regalibus ornamentis; quam ille acceptam duxit ad Flodoveum regem in Franciam, in civitatem Suessonicam, quam rex cum gaudio suscepit sibique legaliter copulavit.

Ib. c. 12.

5. Cumque carnali more eam rex secretius cubiculum introduxisset, beata Chrothildis dixit ei: 'Domine rex, ancillam tuam audi et quod peto concede mihi'. Rex ait: 'Pete quod vis, et ego do tibi'. Regina ait: 'Peto, ut credas omnipotentem Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum et idola que colis destruas et ecclesias, quas succendisti, restaures'. Respondens rex ait: 'Deos meos non derelinquam et Deum tuum non colam; aliud si petieris, facile impetrabis'. Hec omnia eius dispositione fiebant, qui per mulierem fidelem salvat virum infidelem. Tunc regina filium concepit, cui Ingomerem nomen imposuit. Ornat ecclesiam regina felix cortinis et pretiosis

cf. 1. Cor. 7, 13. L. H. Fr. c. 14.

Capp. 3. 4. 1 (*cf. n. a*). 2. *Cap.* 5. 2.

Cap. 3. a) r. i. 2. b) p. e. *om.* 1. c) mansurae 2. d) dom. die 1. e) illi 2. f) suumque 2. g) quod autem dicis 2. h) et *add.* 2.

Cap. 4. a) *duo folia exciderunt* 1.

L. H. Fr. c. 14. palliis, iubet preparari baptismum, convocari clerum et baptizari puerum. Qui sacro baptismate ablutus, in albis est defunctus. Pro quo rex nimis contristatus, regine valde erat molestus. Dicebat enim, quia, si in nomine deorum dedicaretur puer, utique vixisset. Respondit regina: 'Deo gratias ago, qui filium egressum de corpore meo et tuo recepit in regno suo'. Post hunc genuit alium, quem baptizatum vocavit Chlodomirem; et hic, cum egrotaret, precibus matris sue sanatus est.

6. Regina vero non cessabat predicare regem, ut Deum verum coleret et idola vana que colebat derelinqueret. Sed nullo modo animum eius ad credendum commovere poterat, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos Suevosque moveretur, in quo compulsus ib. c. 15. est confiteri, quem ante negaverat. Pugnantibus vero Francis et Alamannis, populus Flodovei cadere cepit. Aurelianus hec videns, ait ad regem: 'Domine rex, Deum celi crede, quem regina colit, et liberabit te cum tuis a periculo imminenti et victoriam dabit'. Rex ergo, elevatis ad celum oculis, perfusus lacrimis, dixit: 'Te credo, Iesu Christe, qui venisti mundum salvare. Te Deum verum adoro, que colui respuo, libera me a presenti periculo; servus enim tuus sum ego'. Cum hec orans diceret, Alamanni in fugam versi sunt, eorumque rege mortuo, subdunt se Flodoveo. Rex vero eos terramque eorum constituit sub tributo, et pro adepta victoria Deum laudans, reversus est in Franciam narravitque regine, qualiter per invocationem nominis Iesu Christi victoriam meruit obtinere. Actum est hoc 15. regni sui anno.

7. Eo tempore magnus sacerdos et pontifex Remigius cathedram Remensis ecclesie regebat strenue. Hunc regina accersivit, deprecans, ut ostenderet regi viam salutis. Tunc pontifex ante regem venit, quem honorifice suscepit, et ait: 'Audiam te libenter, beatissime pater, et quod iusseris exequar obedienter'. Beatus Remigius respondens dixit ad regem: 'Est Deus in celo Rex regum et Dominus dominorum; ipse enim Prov. 8, 15. dixit: *Per me reges regnant*. In quem si credere volueris et sacro baptismate ablutus fueris, omnium peccatorum tuorum remissionem habebis, omnes inimicos tuos superabis et in futuro seculo cum eo sine fine regnabis'. Audiens rex Flodoveus hec verba sancti presulis Remigii, obortis lacrimis, dixit: 'Deum credo, baptizari desidero, per eum vivere et in eo mori cupio'. Orat sancta regina Chrothildis indesinenter Deum, expetit suppliciter, ut eripiat regem cum populo a laqueo diabolico, et ut purgetur baptismate Greg. H. Fr. II, 31. sacro, operante in eo Spiritu sancto. Ornat preterea ecclesiam cortinis et palliis et L. H. Fr. c. 15. ceteris ecclesiasticis ornamentis. Venit novus Constantinus ad baptismum, precedente beato Remigio, subsequente beata Chrothilde, hec omnia Spiritu sancto tipice operante. Erat enim congruum, ut, veniente rege pagano ad baptismum, precederet sanctus Remigius vice Christi Iesu, et subsequeretur sancta regina Chrothildis vice ecclesie Deum interpellantis. Consecrat sanctus presul fontem; rex indumentis corporalibus exuitur et a predicto presule baptizatur. Cumque chrisma defuisset, Dei nutu in specie columbe venit Spiritus sanctus, portans duas ampullas[1] oleo et chrismate plenas, quas beatus Remigius devote suscepit, regemque more ecclesiastico perunxit vocavitque eum Ludovicum[2], quasi laudabilem virum. Felix Gallia, letare et exulta, gratulare in Domino, delectare in Deo vero; tuus enim rex primus a celesti Rege electus, precibus sancte Chrothildis ecclesie tipum gerentis a cultu demonum avulsus, predicatione beati Remigii ad Deum conversus et ab eo baptizatus, chrismate celesti per Spiritum sanctum adlato[a]

Copp. 5. 6. 2. *Cap.* 7. 1 *(cf. n. a)*. 2.
Cap. 7. a) *in lato redit* 1.

1) *Ampullae Hincmarus falsarius, V. Remig. c.* 38, *primus meminit, quam V. Chrothildis scriptor geminavit.* 2) *Item Hincmarus Chlodoveum baptizatum Ludovicum appellavit; cf. V. Remigii c.* 39.

carne[a] delibutus et[b] divino amore corde spiritaliter peruntus. Cepit ergo rex consilio beatae Chrothildis fana destruere, ecclesias edificare easque terris et muneribus copiose ditare, pauperibus elemosinam largiter erogare, viduis et orphanis misericorditer subvenire cunctisque bonis operibus sedule et devote insistere. Peperit ergo beata Chrothildis filium, cui in sacro baptismate nomen[c] inposuit, eumque Lotharium vocavit.

8. Post haec rex Lucdovicus[a], qui et Flodoveus, veniens in civitatem Parisius, ait ad reginam suam sanctam Chrothildem: 'Incongruum est et indecens, quod Gothi Arriani obtimam partem Gallie tenent. Cum Dei auxilio eamus eosque de ipsa terra eiciamus'. Placuit hoc consilium regine universisque proceribus Gallie. Tunc beata Chrothildis ad regem dixit: 'Si vis, domine rex, regnum tuum terrenum[b] dilatare et in celesti regno cum Christo regnare, fac in hoc loco ecclesiam in sancti Petri principis apostolorum[b] honore, ut, eo auxiliante, valeas tibi Arrianam gentem subiugare et eo preduce cum victoria redire'. Placuit consilium regi, quod regina dedit. Tunc cum exercitu magno rex perrexit, regina Parisius remansit ecclesiamque sanctorum apostolorum edificavit. Reversusque rex[c] cum victoria adepta, regnum Francorum strenue rexit, monasteria plurima sanctorum[d] edificavit et, sicut a sancto Remigio et a beata Chrothilde didicerat, vitam religiosam usque ad finem[e] deduxit. Post hec vero mortuus[f] est rex Lucdovicus in pace anno quinto, postquam cum Alarico rege Gothorum pugnavit. Regnavit quoque simul annis triginta et sepultus est in basilica sancti Petri apostoli, quam ipse vel regina edificaverant. A transitu sancti Martini usque ad transitum Lucdovici regis fuerunt anni[b] centum duodecim.

L. H. Fr. c. 17.

Ib. c. 18.

9. Regina Chrothildis post mortem predicti[a] Lucdovici regis frequenter ad[b] civitatem Turonis ad basilicam sancti Petri[1] pergebat, ibique bonis operibus[1] in Dei servitio insistebat; Parisius civitatem raro veniebat. Igitur post mortem Lucdovici regis hii quatuor filii Theudericus, Chlodomiris, Childebertus et Chlotarius regnum eius inter se diviserunt equaliter. Praeterea sancta Chrothildis regina filiam habebat equivocam sibi nomine Chrothildim[c], quam Almarico regi[d] Gothorum[e] in coniugium dedit. Qui eam exosam in tantum habebat propter fidem catholicam qua pollebat, et ipse Arriana[f] herese pollutus erat, ut, dum ipsa ad ecclesiam iret, stercora super eam proiceret. Quam acerrimis verberibus afficiebat, sed nullo modo eam a fide catholica avellere valebat. Ipsa vero legationem mittens, fratribus suis et matri, qualiter se haberet, mandavit. Qui in ira commoti, moverunt[g] exercitum magnum; pugnam cum Almarico ineunt. Almaricus vero rex Arrianus cum suis in fugam versus, ad ecclesiam christianorum fugere nitebatur. Sed antequam ad introitum ecclesie pervenisset, a quodam Francigena lancea percussus, crudeliter, ut dignum erat, est perentus. Tunc[h] Childebertus rex Hispaniam devastans, Toletum urbem ingressus, thesauros magnos inde abstulit; una cum sorore sua reversus est. Sed nescio quo periculo inminente, languore in ipso itinere mortua[i] est. Parisius deportata, in basilica sancti Petri iuxta patrem suum est sepulta. Childebertus vero inter reliquos thesauros ministeria[k] ecclesiarum detulit: de vasis Salomonis preciosissimis sexaginta calices, quindecim patenas, viginti capsas euvange-

Ib. c. 22.

Capp. 7—9. 1. 2.

Cap. 7. a) est *add.* 2. b) a 2. c) nomenque 1.

Cap. 8. a) Ludov. *raro* 1. b) *om.* 1. c) r. c. *om.* 2. d) *om.* 2. e) mortem 2. f) r. L. m. e. 1.

Cap. 9. a) L. p. 2. b) ad b. s. P. ad c. T. 2. c) Chrotildī 1. d) G. r. 2. e) Gothomorum 1. f) h. A. 2. g) movent 2. h) *h. l. c.* 7. *incipit* 1. i) e. m. 2. k) m. — detulit *om.* 2.

1) beati Martini *L. H. Fr. cum Greg. S. Petri monasterium Turonense a Chrodechilde aedificatum esse, scriptor Vitae credi voluit.* 2) *Cf. Greg. H. Fr. III*, 18 (*p.* 128, *l.* 18).

L. H. Fr. c. 23. liorum ex auro purissimo gemmario opere celatas, pulcre ornatas[a]. Ille vero noluit ea confringere totaque per ecclesias dispensavit, distribuens cuncta ecclesiis.

Ib. c. 24. 10. Eo in[a] tempore cum Chrothildis regina Parisius resideret, videns Childebertus rex, quod filios fratris sui senioris Chlodomiris prefata regina, mater ipsius, nutriret et nimis eos diligeret, cogitans, quod reges eos facere cogitaret, dixit Chlothario[b], fratri suo: 'Mater nostra filios fratris nostri secum retinet et tenere diligit eos atque in regno fratris nostri vult elevare; aut tondeamus eos aut interficiamus regnumque fratris nostri, patris eorum, inter nos dividamus'. Miserunt autem ad reginam Parisius Archadium nobilem virum, dolose dicentes: 'Dic matri nostre regine, ut mittat ad nos filios fratris nostri, nepotes nostros, ut eos reges constituamus[c]'. At illa credens, hoc verum esse, gaudens ipsos[d] eis transmisit. Chlotarius vero duos eorum interfecit; tercius ergo aufugit nomine Chlothoaldus, et relicto seculo, clericus factus, presbiter ordinatus, bonis operibus preditus[e], virtutibus plenus in villa Novigento, que proxima est civitati Parisiace[f], migravit ad Dominum 7. Idus Septembris[1]. Sancta vero Chrothildis regina corpora duorum puerorum, qui interfecti fuerant, cum magno psallentio et inmenso luctu Parisius deportavit, et nimio merore attrita[g], in basilica apostolorum, quam[h] ipsa edificaverat, sepelivit.

11. Nemo estimet hanc sanctam ante secula a Deo electam et in seculo regali prosapia exortam[a] et fastigio regni sublimatam expertem a martirio sine igne et ferro, que tot[b] dolores et tormenta passa est in presenti[c] seculo. Pertransivit enim gladius animam ipsius in[d] interfectione patris, in necatione matris, in exiliatione sororis, in eo quod regi pagano nupsit; corda gentis pagane et ferocissime, scilicet Francie, blanditiis emollivit et sanctis exortationibus et orationibus sedulis per beatum Remigium ad Deum convertit. Quanto[e] dolore atrita[f] est pro morte regis et filie sue Chrothildis et filiorum filii sui Chlodomiri; quanta inedia, quibusve[g] ieiuniis, vigiliis et orationibus et contritione corporis se ipsam mactavit? Quanta largitatis copia et elemosinarum distributione thesaurum regium[h] minuit? Nam que antea regio more preciosis et deauratis vestibus erat trabeata, postea laneis et vilissimis vestibus induta incedebat, et abiectis cibis regiis et deliciosis atque[i] edulio carnis, pane[k] tantummodo et legumine et potu aque reficiebatur. Edificavit preterea multa sanctorum monasteria per regiones plurimas, e quibus unum edificavit in honorem Petri apostoli in suburbio[l] Turonice civitatis ante portam castelli beati Martini[2]. Fecit et aliud monasterium super fluvium Sequane in loco qui dicitur Andeleius[3] non[m] longe a muris civitatis Rotomagensis in nomine Dei genitricis. Quo in loco dum maneret et predictum opus inciperet[n], minime abscundendum, sed fidelibus manifestandum.

12. Regio illa vinifera[a] non est; operarii tamen prefati monasterii a regina vinum exigebant. Erat enim eo[b] tempore tanta vini sterilitas, quanta nunquam audita fuerat. Qua de re dum sancta Chrothildis anxiaretur, apparuit prope monasterii edificium egrediens[c] de terra fons mire pulchritudinis, visu delectabilis, ad potandum salubris; dictumque est beatae Chrothildi[d] in sonnis, ut, dum ab ea quererent potum vini edi-

Copp. 9—12. 1. 2.

Cap. 9. a) abstulit *add.* 2.

Cap. 10. a) *om.* 2. b) Chltharío 1. c) constuamus 1. d) eos 1. e) predictus 1. f) Parisius 1. g) ac tristicia 1. h) q. i. e. *om.* 1.

Cap. 11. a) ortam 2. b) *om.* 2. c) hoc s. 2. d) *om.* 1. e) *h. l. c.* 8. *incipit* 1. f) *ita* 1. g) quibusque 2. h) regis 2. i) *om.* 1. k) t. p. 2. l) suburbano 2; *cf. infra* p. 347, *l.* 13. m) nū 1. n) *quid actum sit, desideratur.*

Cap. 12. a) vini ferax 2. b) t. illo 2. c) f. e. d. t. 2. d) Chrothidis 1.

1) *Cf. V. Chlodovaldi, infra p.* 357. 2) *Nunc collegium canonicorum intra muros urbis, retento nomine S. Petri Puellarum, vulgo 'S. Pierre des Puilliers'. M.* 3) *Les Andelys prope Rotomagum (dép. Eure).*

ficatores monasterii, mitteret illis poculum[a] per unam famularum suarum a predicto[b] fonte haustum. Die vero sequenti, ut est natura estivi temporis, dum sol ferveret estu maximi caloris, operarii vociferant, sanctam Chrothildim proclamant, vinum expostulant. Sancta Dei famula celeriter mittit[c] eis poculum, quod ei fuerat a Deo inperatum. Mox illi ut sumpserunt, aqua conversa est in vinum, et dixerunt se nunquam tam obtimum bibisse vinum. Quo sumto, sanctam Dei famulam adeunt, cervices solo tenus flectunt, grates gratulando referunt, se nunquam tam bonum sumpsisse[d] poculum dicunt. Electa vero Dei hoc ut audivit, non suis meritis, sed Dei bonitati deputavit, silentio texit famuleque detulit, ut nulli proderet, imperavit. Quicumque[e] vero de predicto fonte bibebat, aquam sentiebat; edificatores autem monasterii quotiens sumpserunt, eis vertebatur in vinum, donec consummaretur totum monasterii edificium. Quo finito, permanet idem fons in naturalem aque saporem usque in hodiernum diem.

13. Edificavit preterea in suburbio Lauduni castri ecclesiam in honore sancti Petri, in qua congregationem statuit[a] clericorum. Ecclesiam vero[b] sancti Petri, que est infra muros urbis Remensis, ampliavit et ditavit terris et ecclesiasticis ornamentis. Hanc itaque ecclesiam cunctis diebus quibus advixit multum dilexit et excoluit, pro eo quod vir suus rex Lucdovicus in ea gratiam[c] sancti baptismatis accepit[1], et[b] Spiritus sanctus in specie columbe chrisma et oleum ibi detulit. Renovavit etiam ab ipsis fundamentis quoddam mire magnitudinis monasterium, quod in suburbio Rotomagensis civitatis prope muros eiusdem urbis tempore beati Dionisii ibi edificatum fuit et ab eodem apostolico viro dedicatum in nomine duodecim apostolorum[2] die Kalendarum Septembris, sicut in quadam petra, que erat in fundamento altaris reposita, sculptum erat. Ibi etenim adgregavit non modicam congregacionem clericorum Deo servientium.

14. His et aliis sanctis operibus referta sancta Chrothildis olim regina, tunc pauperum et servorum Dei famula, despiciens mundum et corde diligens Deum, consenuit in senectute bona, a Christo receptura premia sine fine mansura. Contigit itaque, eam ad Turonicam urbem pergere, in qua pro dilectione sancti Martini sepius manere solebat. L. H. Fr. c. 37.
Ubi dum moraretur, didicit angelica revelatione, in proximo adesse diem vocationis suae. Tunc exultans in Deo, orabat, corde dicens devoto: 'Ad te, Domine, levavi animam meam, veni et eripe me, Domine, ad te confugi'. Hinc corporali egritudine gravata, lecto decubuit, tamen ab oratione et elemosinarum largitione nullo modo cessavit. Sed, quid daret, Christi paupera[a] non habebat, quia regium thesaurum minuerat et per manus pauperum celo[b] transmiserat. Misit ergo nuntium ad filios suos Childebertum et Chlotharium, iubens eos ad se venire. Qui mox ut audierunt, celeriter advenerunt. Quibus sancta Dei famula plurima que eis postea evenerunt predixit, sicut ei divinitus revelatum fuit. Tricesimo itaque die vocationis suae secundum apostolum inuncta a Iac. 5, 14.
sacerdotibus[c] oleo sancto, et sacri corporis et sanguinis Christi percepto viatico, in confessione sancte Trinitatis corpus exuit, mundum reliquid. Cuius anima angelicis manibus ad celum deducta, inter choros sanctorum agminum est collocata. Exivit autem a corpore prima[d] hora noctis, tertio Nonas Iunii. Qua migrante, tam inmensa claritas domum replevit, ac si esset sexta hora diei, tantusque odor nares et ora

Cap. 12—14. 1. 2.

Cap. 12. a) per u. f. s. p. 2. b) praedicta 2. c) eis m. 2. d) p. s.* 2. e) *a Q. c. 9. incipit* 1.

Cap. 13. a) c. s. 2. b) *om.* 1. c) s. b. g. 2.

Cap. 14. a) pauperibus 2. b) ad coelos 2. c) in *add.* 1. d) p. h. n. *om.* 2.

1) *Chlodovechum in oratorio S. Petri Remensis a Remedio ad baptismum praeparatum esse, Hincmarus, V. Remigii c.* 36, *rettulit.* 2) *Nunc S. Audoeni monasterium appellatur, vulgo S. Ouen. M.*

omnium[a] replevit, ut putarent se tymiamatis et omnium aromatum odoribus[b] confoveri. Hec claritas et odor tam diu ibi permansit, donec dies illucesceret, et sol super terram L. H. Fr. c. 27. clarissime luceret. Tunc[c] a duobus regibus, filiis suis, Childeberto et Chlothario a Turonis translata et Parisius deportata, in basilica apostolorum Petri et Pauli iuxta regem Ludovicum est sepulta, in qua etiam basilica requiescit corpus sancte Genovefe virginis. Dignum namque est, ut ecclesia sanctorum apostolorum nomine dedicata decoretur tante virginis corpore membrisque regine tam gloriose et vidue tam devote, Romanorum imperatorum matris et regum Francorum genitricis. Ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus[d] sancti, cuius regnum et[e] imperium permanet[f] sine fine in secula seculorum. Amen.

Cap. 14. 1. 2.

Cap. 14. a) *om.* 2. b) oib; 1. c) Tunc — regum Fr. genitricis *om.* 1. d) *extr.* s *eras.* 1. e) et i. *om.* 1. f) s. f. p. 2.

VITA SANCTI CHLODOVALDI.

Chlodovaldus, tertius Chlodomeris regis filius, post patrem interfectum a Chrodechilde avia susceptus[1] *et apud Parisios enutritus, ex insidiis vitae, quas ipsi patrui faciebant, evasit atque, veste mutata, presbyter ordinatus diem supremum obiit*[2]. *Eius Vita duplex aetatem tulit.*

Altera, quam codices Monacenses *latini nr.* 4547 *(Benedictoburanus nr.* 47*), fol.* 249'—250, *saec. XI*[3], *nr.* 18583 *(Tegernseensis nr.* 583*), fol.* 170'—176, *saec. XI, nr.* 4618 *(Benedictoburanus nr.* 118*), fol.* 221—223, *saec. XII, continent, incipit:* Igitur beatissimi Clodoaldi vitam scripturus, Spiritum sanctum peto mihi suffragatorem, *desinit:* migravit 7. Id. Septembris, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria et virtus et imperium in saecula saeculorum. Amen. *Cum fere tota e Gregorio ad verbum exscripta sit*[4], *indignam eam iudicavi, quae publici iuris fieret.*

Alteram a scriptore aequali compositam atque a Gregorio adhibitam esse, Monod, 'Études critiques sur les sources de l'histoire Mérovingienne', Paris. 1872, *I, p.* 82, *coniecit, sermonem Vitae nullam Historiae Francorum similitudinem prae se ferre opinatus: 'il n'y a aucune ressemblance de style entre les deux textes'. At toto caelo erravit. Nam quae in capitibus* 5—7. *anonymus enarravit res ex ipso Gregorio*[5], *H. Fr. II,* 43. *III,* 1. 6. 18, *fluxisse inde intellegitur, quod non dicam singula verba, sed versus toti cum Historia Francorum ad verbum concordant. Huc adde, quod scriptoris temporibus, cum Novigenti nomen obsolevisset, monasterium S. Chlodovaldi (iam St. Cloud) vocabatur:* Condidit, *inquit,* preterea monasterium in loco olim vocabulum Novigentum, nunc ob insigne eius meritum sanctitatis vocatur monasterium Sancti Chlodoaldi *(c.* 12*). Constat autem saec. VIII. in., cum Liber historiae Francorum ortus est, villam etiamtum nomen vetustum retinuisse (cf. c.* 24*:* Noviento villa Parisiaci suburbano depositus requiescit*), quod ante a.* 811. *exauctoratum est; cf. Tardif, 'Monuments historiques' p.* 75. *Quam ob rem eorum opinioni accedo, qui Vitam saec. IX.*[6] *vel X.*[7] *compositam esse idque in monasterio S. Chlodovaldi contenderunt.*

Scriptor admodum rudis arte grammatica parum imbutus erat. Unde patronem, perseverentiam *scripsit, secundum casum pro tertio posuit* (huius paginae duxi inserere), *genetivum* caducis *(procul dubio a* cadux*) formavit,* extollamur *pro activo accepit.*

Capita 1—4. *nihil continent nisi pias adhortationes; quae sequuntur c.* 5—7. *ex Gregorio, ut dixi, petita sunt. Posteriori parti res quae alibi non leguntur paucae insunt. Scriptore enim teste Chlodovaldus a Severino recluso quodam ordini ecclesiastico adscriptus (c.* 9*), in Provinciam se contulit (c.* 10*), unde reversus, ab Eusebio*

1) *Greg. H. Fr. III,* 6. 2) *Greg. H. Fr. III,* 18. 3) *Prior codicis pars saec. VIII. scripta est.* 4) *Praeter Gregoriana scriptor nihil fere nisi Novigentum* (nunc unigenitum *codd.*) *monasterium a Chlodovaldo constructum diemque emortualem sancti attulit.* 5) *Etiam locum Fred. III,* 29. *scriptor novisse videtur.* 6) *Bollandiani, AA. SS. Sept. III, p.* 98, *Bailletum secuti.* 7) *'Hist. lit. de la France' VI, p.* 516.

Parisiensi episcopo presbyter ordinatus est (c. 12). Haec omnia Stiltingius merito improbavit, qui hoc de Vita iustum iudicium tulit: Demum candide agnosco, ea solum in hisce Actis mihi satis certa videri, quae ex Gregorio Turonensi, aut ex aliis antiquis scriptoribus haurire potuit auctor. *Novigentum monasterium a Chlodovaldo constructum ibique eum die 7. Id. Sept. mortuum et sepultum esse, etiam in altera Vita traditum est.*

Textum cum duobus codicibus conferendum curavi.

1) *Codex Parisiensis nr.* 11749 *(olim S. Germani nr. 496?), saec. XI, fol.* 16', *Vitam Chlodovaldi continet; cf. 'N. Archiv' II, p.* 270. *Qui cum melior sit altero, etiam rationem quam praebet scribendi admisi.*

2) *Codex Parisiensis nr.* 15437 *(olim Sorbonne nr. 1283), saec. XI, pulcherrime scriptus est; cf. 'N. Archiv' II, p.* 271. *Librarius* p *nonnumquam geminavit* (apperiebat, opportet), in *praepositionem assimilavit* (illecebrosis, illuminat).

Utrumque librum Molinier v. c. contulit.

Qui editionem principem paravit, B. Mombritius, Sanctuarium, Mediolani (1475?) I, fol. 208', *posteriorem tantum Vitae partem (a c. 8) eamque hic illic excerptam atque immutatam edidit, titulo inscripto:* De sancto Clodoaldo praesbytero. *Textum contuli.*

I. Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668, *Saec. I, p.* 134—138, *'Ex Mss. codd. S. Germani Pratensis' primus textum integrum in lucem vocavit.*

M. Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France', Parisiis 1741, *Vol. III, p.* 422—424, *Vitam ex editione Mabillonii excerptam edidit.*

I. Stiltingius, Acta Sanctorum, Antverpiae 1750, *Sept. III, p.* 98, *textum Mabillonii cum Mss. collatum praebuit. Contulit autem Vitam 'cum Ms. Pratensi nobis olim transmisso sed quibusdam locis mutilo et cum alio Ms. Musei nostri apographo, quod caret tota praefatione' (p. 93).* *Krusch.*

---

1. Dies letitiae et gaudii adest precipue vestrae urbi summa devotione celebranda, qua venerandus Christi confessor Clodoaldus vinculis corporeae fragilitatis exutus, adire meruit gaudium aeternae beatitudinis, angelicis spiritibus sociatus, ut quorum mundiciam tempore suae mortalitatis studuit habere in terris, eorum consortio sine fine frueretur in caelis. Cui, praestante gratia Salvatoris, hodie factus est de morte
Philipp. 1, 21. natalis, cui initium vivendi dedit finis vitae, cui, ut ait Paulus, vivere Christus fuit, cui sine Christo vita non fuit. Merito ergo saciatur in bonis desiderium eius, quia, dum in hac carne viveret, mundatum est ab omni iniquitate et malitia cor eius. Digne iam versatur eius vita mirabilis in memoria hominum, qui merito sanctitatis transiit ad gaudium angelorum. Merito et laudem sanctorum virorum mandat nobis habere Scrip-
Eccli. 44, 1. tura divinitus inspirata, dicens: *Laudemus viros gloriosos*, qui vicerunt regna mundi; qui vicerunt, non qui victi fuerunt[a]. Non est enim contraria[b] sibi Scriptura, quae
Eccli. 11, 2. dicit alio loco: *Non laudes hominem in vita sua.* Quae autem ante mortem propter incertos casus caducis[c] vitae prohibet, post mortem iubet laudare. Modo securi laudibus extollamur[c] eius excellentiam sanctitatis, quando nec adulatio notat laudem[d], nec elatio temptat laudatum. Laudemus post emensum periculum iam securum, laudemus victorem, sed postquam venit ad triumphum. Operum eius merita iam in tuto posita
cf. Eph. 6, 16. securi magnificemus, qui galea spei et scuto fidei et gladio verbi Dei tam diu infati-

Cap. 1. 1. 2.

Cap. 1. a) sunt 1. b) s. c. 2. c) *sic* 1. 2. d) laudantem *Mab.*

gabiliter contra antiquum hostem armatus incessit, quousque, eo devicto eiusque pedibus prostrato, meruisset accipere palmam aeterne remunerationis.

2. Illius ergo, quantum possumus, omni instantia vestigiis insistamus, quibus per artam viam ad caeli latitudinem festinans, qua eum sequeremur, ostendit. Hodie optatam vocem, laudabilibus[a] operibus adquisitam audire meruit, Salvatoris ore prolatam: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra*[b] *multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.* (Matth. 25, 23.) Acceptum enim talentum retulit geminatum. Iam per fidem gratia salvatur, gloriam Domini speculatur transformatus in eandem imaginem. Iam enim hyemps[c] pressurarum transiit, et hymber tribulationum recessit; iam indissociabiliter aeterno fonti inherens, inebriatur ab ubertate domus Dei, et torrente voluptatis suae potat eum Dominus, et bibit perhennem iocunditatem iuxta sui capacitatem. Nec nostrarum obliviscitur miseriarum, cum semper claro intueatur lumine omnia videntem et aequo iure disponentem ac moderantem a summo usque imum statum creaturarum; atque ex alta arce respitiens ima terrarum, reges tremendos, quos innumeri populi metuunt, cernit velud exules tyrannos. Miseratusque errores humanos, clamat conpacientis affectu miserantis: 'O infelices et miseri cives, qua itis? Non est haec via, quae ducit ad patriam, sed quae ducit ad impia tartara. Redite, praevaricatores, ad cor, relinquite vias erroris, et vivetis. Quid extra queritis, obtunsi[d] caecitate mentis, intra vos positam perpetuitatem beatitudinis? Si bene quaerere vultis, intra vos querite, ibi invenietis, ubi invenit qui dixit: *Haec recordatus sum et effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi*[e] *admirabilis usque ad domum Dei, in voce exultationis et confessionis,* (Ps. 41, 5.) ubi est vera lux luminis, quam non possunt fuscare tenebrae erroris. Hanc quicumque videre meruerit, candidos solis radios negabit. Ibi invenietis et audietis Christum dicentem: *Ego sum lux, ego sum via;* (Ioann. 8, 12. Ioann. 14, 6.) sed si aurem cordis[f] apposueritis, prophetam[g] a longe novae gratiae tempora praeconantem et post tergum monentem: *Haec via, ambulate in ea, neque ad dexteram neque ad sinistram declinantes.* (Is. 30, 21.) Haec via, de qua procul aberrasti, et factus es tibi ipsi regio egestatis, quando dissipasti patrimonium, quod dederat dulcis pater. Porcos pavisti, et de Hierusalem[h] descendens, in[i] latrones incidisti, qui etiam despoliaverunt te et, plagis impositis, abierunt, semivivum te relinquentes. (cf. Luc. 15, 13 sqq. cf. Luc. 10, 30 sqq.) Sed non reliquid miseriam tuam misericordia Samaritani illius, qui factus est nobis sapientia a Deo et iustificatio et redemptio, qui peccata nostra pertulit[k] in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iusticie vivamus. Qui dicit nobis: Currite, et ego perducam[l]. In qua iusticia viventes, positi sumus in via, ad patriam redeuntes et ad *Hierusalem caelestem, quae edificatur, ut civitas,* remeantes, *cuius participatio est in id ipsum.* (Ps. 121, 3. cf. Gal. 4, 26.) Quam denuntiat apostolus liberam et matrem omnium nostrum, cuius civitatis conditor et artifex Deus. Quae, ut in Apocalipsi legitur, *non eget lumine solis, sed dominus Deus*[m] *inluminat eam, et lucerna eius est Agnus.* (Apoc. 21, 23.) *Cui suspiramus, nolentes expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita*'. (2. Cor. 5, 4.)

3. Sed in hac iusticiae via, qua imus, plurime insidiae et laquei ingeruntur nobis a desertoribus eiusdem sacre militiae, angelis Sathanae, quibus *Deus peccantibus*[a] *non pepercit,* ut ait Petrus, *sed rudentibus inferni detractos in tartarum, in iudicio magni Dei cruciandos reservavit.* (2. Petr. 2, 4.) Quod, sicut leo rugiens, circumeunt, querentes, quem devorent, ut a via veritatis abstrahant. (cf. 1. Petr. 5, 8.) Contra quos bellum[b] inexorabile nobis est agendum, quia non est nobis conluctacio adversus carnem et sanguinem, sed adversus

Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 2. a) laudibus 2. b) *ita* 1. 2. c) hieps 2. d) obtusi 2. e) *om.* 2. f) vestri *add.* 2. g) a l. pr. 1. h) Iherusalem 2, *ut infra.* i) in l. *om.* 2. k) protulit 2. l) vos *add.* 2. m) *om.* 2.

Cap. 3. a) peccatoribus 2. b) *om.* 2.

mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. Ne ergo deficiamus[a] in eorum conflictu et capiamur eorum laqueis, paratur nobis mensa in via[b] huius nostre peregrinationis, variarum opum referta deliciis, omne habens delectamentum et suavitatem omnis saporis. Sed prefinita et prescripta est lex omnibus accumbentibus. [Eccli. 31, 12.] *Ad mensam magnam,* inquid, *sedisti;* considera, quae apponuntur tibi, sciens, quoniam talia te oportet preparare. Ecce autem e latere hinc inde palam[c], hinc inde plurimae latenter insurgunt vanitates et mortiferae suavitates et delectationes! Sed quid dicit Psalmus? [Ps. 118, 85.] *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non, sicut lex Dei,* quae dicit: [1. Ioann. 2, 15, 16.] *Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt, quia omne quod in mundo est concupiscentia oculorum et superbia vitae.* Continete ergo vos ab immani feritate superbiae et ab inerti voluptate luxuriae et a curiositate falsi nominis scientiae. Videte, ne decipiamini nec fallamini. Optimum est enim gratia[d] stabiliri cor, non ęscis, quae non profuerunt ambulantibus in eis. Nolite vobis inaniter promittere diuturnitatem vitae. [Iac. 4, 15.] *Quae est enim gloria vestra? Vapor est ac[e] modicum parens, deinceps exterminabitur.*

4. In hac via ambulantes, tenete iusticiam. Quam cum nobis proposuisset Salvator servandam, tria tantummodo in executione[a] eius prosecutus est, orationem scilicet, aelemosinam et ieiunium: in oratione monstrans omnes regulas sancti desiderii, — tota enim vita veri christiani sanctum est desiderium; — in elemosina omnem benignitatem et beneficentiam ostendens in dandis beneficiis[b] et ignoscendis in se delictis ab aliis commissis, quam primum a semet ipso debet omnis accipere[c], — scriptum est enim: [Eccli. 30, 24.] *Miserere animae tuae placens Deo;* — in ieiunio vero insinuans omnem corporis castigationem[d], quae fit maxime in cunctis passionibus anime comprimendis. Adtendite quasi in[e] presenti posito patronem[f] vestrum monentem vos et ad percipienda exortantem perpetua premia: 'Estote sicut et ego; nolite causari de fortitudine. Unde ego potui, et vos, si vultis, potestis. Neque enim a me ego quicquam potui; posse vero meum ab illo fuit, qui dixit: [Ioann. 15, 5.] *Sine me nichil potestis facere.* Si qui[g] ergo estis, qui ad perfectionem tenditis, perseverentiam[h] in bonis operibus a Patre luminum cotidianis precibus poscite atque hoc agendo confidite, non vos esse alienos ab electione electorum, [cf. Eph. 1, 4.] quos elegit ante mundi constitutionem, ut essent sancti et inmaculati in conspectu eius. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis, quia spem vestram in illo habere iubemini et non in vobis. [Ier. 17, 5. 7.] Maledictus enim[i] omnis, qui confidit in homine, et a Domino recedit cor eius. Benedictus autem vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius, [cf. Ps. 117, 8.] quia bonum[k] est confidere in Domino, quam confidere in homine. [Ps. 2, 11. 12.] Quid vero adhuc in[l] peccatorum dampnabilium remoramini delectacione? Adprehendite saluberrimam[m] salutem et disciplinam et servite Domino in timore et exultate ei in[n] tremore. Et nolite praesumere de vobis, nec velitis gloriari quasi de operibus vestris; [cf. 2. Cor. 10, 17.] sed qui gloriatur, non in se glorietur, sed in Domino, qui dedit vobis et velle et posse. Cui dicimus cum propheta: [Is. 26, 12.] *Omnia opera nostra operatus es in nobis.* Et ideo in nullo est gloriandum, quando nostrum nichil est; quia non est in potestate nostra cor nostrum et nostrae congregationis, [cf. Prov. 20, 24.] sed a Domino gressus nostri diriguntur, ut viam eius velimus. Hoc crediderunt, hoc egerunt, quicumque ab initio Deo placuerunt'.

Capp. 3. 4. 1. 2.

Cap. 3. a) conficiamus 2. b) in h. p. via 2. c) palam h. l. *om.* 1; pulvere *pro* palam 2. d) s. c. g. 2. e) *ita* 1. 2; ad *Vulg.*

Cap. 4. a) exeutione 2. b) cognoscendis beneficiis in se d. 2. c) incipere 2. d) instantiam vel castigationem 2. e) impres. 1. f) *sic* 1. 2. g) quid 2. h) *sic* 1. 2 (?). i) autem 2. k) melius 2. l) *om.* 2. m) d. et sal. sal. 2. n) cum 2.

5. Hoc et iste sanctus pater noster[a] indubitabili mente credidit et verbis docuit et usque ad finem suis[a] operibus servavit, neque enim aliter[b] posset esse sanctus. Cuius[c] prosapiam generis, quamvis bene nota sit omnibus, vobis huius[d] paginae duxi inserere et ab ipsa eius puericia insignem pietatem et morum probitatem[e] narrare[f]. Traxit autem genus ab alto sanguine regum. Cuius avus Chlodoveus regnum Francorum nobiliter regens, pulchre disponens et ordinans, cum Parisius, cursu vitae suae (cf. Greg. II, 43.) expleto, finem vivendi fecisset, reliquit in regno[g] coniugem vocabulo Chlothildam cum tribus[1] filiis, Chlothario videlicet, Childeberto atque Chlodomerio, qui- (Greg. III, 1.) bus, dispositis portionibus, divisit monarchiam sui principatus. Sed Chlo- (Greg. III, 6.) domerus, genitor huius sancti confessoris Chlodoaldi, cui forte cesserat Burgondia[2], non multo post defunctus, et ipse tres reliquit filios; quorum unus vocabatur Theodaldus[h], alter Guntharius, tertius vero isdem Chlodoaldus. Quos regio more et cultu nutriebat et instituebat eorum avia iam dicta regina, cupiens eos loco filii in (Greg. III, 18.) fastigio sublimare regni. Sed spe sua frustrata est fraude filiorum de innocentum caede tractantium. Denique cum Childebertus resideret Parisius, suasu antiqui ser- (Fred. III, 29.) pentis instigatus, ut regnum defuncti fratris invaderet et iniuste possideret cum germano factionis et sceleris sui participe, mittens clam accersivit fratrem Chlotharium[i], (Greg. III, 18.) qui tunc temporis Suessionis urbe morabatur: flagitans, quatinus Parisius (Fred. III, 29.) venire non differret celeriter, ut una positi commodis et utilitatibus sibi con- (Greg. III, 18.) gruentibus insisterent et regnum germani, qui tunc[k] vita excesserat, inter se dividerent; filii vero[l] illius, velut inbellis manus infantilis aetatis, aut gladio neccati aut certe plebeio tegmine obscurati atque obumbrati manerent. His ille auditis, ruptis horarum morulis[m], celerrime advolavit.

6. Sparserat autem subdole[a] praefatus Childebertus falsos rumores in aures populares, ob hoc solummodo mutuum colloquium habere voluisse duos fratres, quatinus filios fratris[b], suos nepotes, facerent regnare pro patre. Unde et celerem nuntium dirigunt ad matrem, quae Parisius erat ea tempestate, rogantes eam, ut pueros mitteret sine dilatione, ut ab eis mitterentur vel sublimarentur in regno[c] patris. Regina vero hilaritate perfusa, ignara doli et simulationis, confestim misit pueros plurimis obsequiis fultos et caterva puerorum illis famulantium stipatos, prorumpens in haec verba: 'Non reputo me amisisse filium, si istos parvulos videam in regno eius constitutos'. Mox vero ut ad patruos venerunt, a sibi obsequentibus et nutritoribus separati sunt, atque ex industria procuratur truculentissimus nuntius nomine Archadius, qui pergens ad matrem, ferret evaginatum gladium et forcipem. Mox vero ut venit, iuxta preceptum dominorum ostendit regine signa terroris et perculit[d] eam terrore gravis nuntii, dicens: 'O gloriosa regina, filii tui, domini nostri magnopere scire volunt, quid de pueris censeas agendum, et videtur sibi ocius nuntiari, utrum, tunso capite, velis eos vivere, an gladio vitam presentem terminare[e]'. Haec illa audiens, intolerabili dolore sauciata, velud in extasi rapta, ignorans nimia[f] tristicia, quid diceret, ait: 'Sacius duco, et melius mibi videtur, eos vitam hanc morte finire, quam, incisis crinibus,

Capp. 5. 6. 1. 2.

Cap. 5. a) *om.* 2. b) alter 2. c) beati Clodoaldi *add.* 2. d) *sic* 1. 2. e) breviter *add.* 2. f) *inde ab h. l. ad finem capitis scriptura paene deleta est* 1. g) suo *add.* 2. h) Teoldaldus 2. i) Cloth. 2, *ut infra.* k) cum 2. l) *om.* 2. m) *sic* 2; modulis *Mab.*; '*Ms.* moris' *Boll.*

Cap. 6. a) sub dolo 2. b) matris 2. c) *sic* 2 *cum Greg.*; regnum (1). d) perculsit 2. e) minare 2. f) quid n. 2.

1) *His adde quartum Theudericum.* 2) *Burgundia tunc temporis a propriis regibus regebatur.*

Greg. III, 18. viventes degeneres et ingloriosos videre'. Sed ille perversi animi homo, qui tam execrabile ac durum detulerat mandatum, non pertulit tam diu subsistere, donec regina, sedata mente, poscenti congruum daret responsum; sed redit celeriter, nuntians, matrem decernere, quod ipsi de pueris instituerant agere.

7. Mox ergo unum adprehensum Chlotharius puerum elisit in terra[a], defixoque in latere[b] eius cultro, crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater eius pedibus Childeberti prosternitur, apprehensaque eius genua, cum lacrimis aiebat: 'Succurre, piissime pater, ne ego peream, sicut periit frater meus'. Flexus vero ad misericordiam Childebertus, et respersa lacrimis[c] facie, ait: 'Peto, frater carissime, ut concedas michi huius vitam tua benignitate, ut non differam quae iusseris pro eius vita dare'. Ille vero conviciis[d] eum exorsus, ait, commotus[e] amaritudinis felle: 'Nisi illum cito a te reppuleris[f], pro eo morieris'. Qui statim eiecit[g] a se puerum madidum lacrimis, non ferens animositatem fratris. Sed ille ut immanior inmanissimo non gerens[h] penitudinem iam a se patrati sceleris, hunc quoque, sicut et priorem, vita privavit, inmemor futuri iudicii et aeterni ignis. Tercius autem ad simile exicium querebatur Clodoaldus[i], sed non potuit repperiri, nutu Dei omnipotentis protectus et auxilio virorum forcium de manibus crudelium liberatus. Quorum etiam ope adiutus, heres[1] patris solus est institutus a patruo, extinctis duobus fratribus. Qui male blandientis seculi inanem felicitatem, velud immane naufragium, magis vitare studuit et ad aeterni Regis misericordiam pertingere misericordiae[k] operibus insistendo, quam sub regio nomine terrenae prosperitatis deviare a patria aeterni Patris. Repente itaque regalem pompam[l] despicit, sordent illi fulgorantia auri argentique metalla, contempnitur pulchritudo gemmarum, vestes auro textae et olosericae respuuntur. Interea cor eius instituebatur et[m] formabatur divinis institutionibus, ut vilescerent illi omnia, quaecumque videntur temporalia, et quod nonnulli homines pro ingenti deputant lucro, iam sorduerant illi viro[n] sancto et maximo deputantur detrimento.

8. Sacrorum frequenter fruebatur lectione librorum, quorum sensus misticos animi acumine et alacritate intuens atque intellectu discernens, pascebatur sacri verbi
Ps. 118, 103. edulio et lambebat dulcia mella. *Quam dulcia*, inquit, *faucibus meis eloquia tua, super mel et favum!* In divina laude choris psallentium magis volebat interesse quam inlecebrosa verba virorum inlicito[a] audita percipere. Patrimonium[b] itaque suum, quod illi iure hereditario obvenerat a patre ditissimo, laudabili liberalitate indigentibus curabat distribuere, non[c] surdus auditor neque segnis exsecutor dominicorum praeceptorum. Ubi cum quidam dives quesisset consilium a Domino aeternae vitae percipiendae, et ille proposuisset mandata veteris servanda legis, atque ille respondisset,
Matth. 19, 21. omnia illa se custodisse, dixit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes et[d] da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni, sequere me.* Sed non
2. Cor. 9, 7. iste[e], sicut ille, tristis recessit. Nunc vero illic scriptum, quia[f] *hylarem[g] datorem diligit Deus.* Propterea[h] corpusculum, quod regio cultu in bysso et purpura enutritum fuerat, vilis indumenti asperitate domabat, et qui dudum dormire nisi[f] in pluma prae

Capp. 6—8. 1. 2.

Cap. 7. a) terram 2. b) ascella *Greg.* c) f. l. 2. d) cumviciis 2. e) amarit *(sic)* f. c. 2. f) repelleris 2. g) eicit p. a se 2. h) ierens 1. i) *sic* 1. 2. k) misericorde opibus 2. l) sponsam 2. m) et f. *om.* 2. n) vero 1; v. s. *om.* 2.

Cap. 8. a) *sic* 1; illicito 2. b) *a* Clodoaldus p., quod ei de iure *incipit Mombr.* c) non — Propterea *om. Mombr.* d) omniaque da 2. e) ille s. iste 2. f) *om.* 2. g) enim *add.* 2. h) preterea 2; *in c. redit Mombr.*

1) *Falsum est; cf. AA. SS. Sept. III, p.* 93.

nimia teneritudine nesciebat, super nudam[a] humum tectus cilicio dulcem somnum capiebat, castigans[b] iuxta apostolum se ipsum et servituti subiciens in fame et siti, 1. Cor. 9, 27. in frigore et nuditate. Omnesque terrenarum rerum delectationes a corpore et animo, gratia Dei se praeveniente et subsequente, resecans, satagebat iuxta eundem apostolum *dives fieri in operibus bonis ac thesaurizare sibi*[c] *fundamentum bonum in futurum* 1. Tim. 6, 18. 19. et vivere in hoc seculo iuste et pie, ut apprehenderet veram fidem. Quae retro sunt oblitus quidem, in ea vero quae ante sunt extentus, currebat ad palmam supernae remunerationis, cupiens comprehendere Christum, a quo iam eius misericordia erat conprehensus. Sed et variarum contempnens delicias aescarum, in agone isto theatrali vilioris[d] et grossioris cibi esu sustentabatur[e] potius quam reficiebatur.

9. Et ut peritus et[a] doctus negotiator mercimonium suum studens ampliare, parvi pendebat vilem et abiectam rem dare et preciosam emere. Qui repperiens bonam margaritam et thesaurum absconditum in agro divinarum scripturarum, dedit omnia quae habere poterat, nichil sibi reservans, et comparavit. Prae amore dulcedinis et claritatis illius repente viluerunt, quae prius dulcia et iocunda videbantur, et aestimata sunt ut stercora. Contempnitur mundus fallacia et deceptione plenus, desiderantur habita, congregata sparguntur in necessitatibus indigentium, ut iusticia eius maneret in seculum, cornu eius exaltaretur in gloria. cf. Ps. 88, 25. Deinde ex integro certans expoliare veterem hominem cum actibus suis et induere novum, eum qui renovatur interius cf. 2. Cor. 4, 16. secundum imaginem eius qui creavit eum, abiit ad beatum Severinum[1], qui in cella reclusus contemplationi divinae pro viribus fervere plurimorum vociferabatur, poscens ab eo, sibi habitum sacrae religionis imponi, in vultu quoque manu eius immutari[b] per tonsionem capillorum[2]. Cuius devotam peticionem praefatus desideranter curavit implere, intuens eum divino amore plurimum fervere. Sumpto itaque sanctitatis cingulo et sacro militiae indumento, velud propugnator fortis intra castra aeterni Regis, non trepidat divina potentia adiuvatrice cum callido hoste singulare certamen inire. Cuius validas vires[a] ideo fortiter fregit, quia ex toto operibus et pompis eius renuntiavit, eligens squalore et inedia pro adipiscenda supernae felicitatis gaudia in momenta temporis affligi, quam pro[a] momentaneis inlecebrosisque[c] delectationibus perpetuis tormentorum incendiis concremari.

10. Igitur postquam thesaurorum copiam invisibili modo, praeceptum secutus Salvatoris, in caelesti thesauro reposuit, postquam agrorum et vinearum possessiones cum suis cultoribus monasteriis atque ęcclesiis Christi perpetuo profuturas[a] testamento firmavit, terram se computans et cinerem et vilem se statuens in occulis suis, ut esset preciosus in Dei occulis, deliberavit[b] apud se plausus hominum sibi faventium et opus praeclarum, tantummodo divino amore patratum, vanis et humanis laudibus extollentium devitare et declinare et regionem longe positam quae Provintia nuncupatur adire, ut ibi quasi ignotus[c] in coepto proposito posset Deo servire. Sed quia non potest lucerna latere, nec[d] possunt eam tenebrae comprehendere[e] nec obscurare, cum eas suo chorusco lumine noverit pellere et fugare, positus in eadem regione, magno emicuit[f] vir-

Capp. 8—10. 1. 2.

Cap. 8. a) nuda humo *Mombr.* b) castigans — *l.* 35. in Dei occulis *om. Mombr.* c) *om.* 2. d) levioris 2. e) sustabatur 2.

Cap. 9. a) *om.* 2. b) immittari 2. c) et illecebrosis 2.

Cap. 10. a) posituras 2. b) *in* Tandem deliberavit *redit Mombr.* c) ignotis incepto 2; ignotus coepto *Mombr.* d) nec — fugare *om. Mombr.* e) c. nec *om.* 1. f) enitnit *Mombr.*

1) *Non confundendus cum Severino abbate Agaunensi, qui ante Clodoveum obiisse videtur. Mab.* 2) *Cf. Greg. H. Fr. III,* 18: sibi manu propria capillos incidens, clericus factus est.

tutum fulgore. Deinde precibus fugabat demones de obsessis corporibus, aperiebat ora mutorum, reddebat caecis visum, surdis auditum, claudis gressum et cunctis ex fide poscentibus Dei clementia[a] impetrabat opem sanitatis.

11. Sed nec illud duco tegi silentio, quod claruit eius dono. Cum in parte praefatae regionis construeret domum orationis, pauper quidam venit et elemosinam ab eo dari[a] sibi poposcit. Vir autem Dei, cum in praesenti non haberet quod indigenti daret, cucullam qua induebatur dedit. Qua pauper accepta recessit et in domum cuiusdam fidelis hospitandi gratia venit. Qui cum se post cibum et potum sopori dedisset, magna iam transacta parte noctis, paterfamilias de nocte surrexit ac domum suam claro lumine splendere vidit; qui ilico suae coniugi excitatae a somno narrare curavit. Illa vero rem inusitatam[b] intuens, dicit[c]: 'Aliquid muneris divini peregrinus hic, qui a nobis susceptus est, secum detulit'. Qui mane ab eis requisitus, retulit[d], qualiter cucullam loco muneris a sancto viro acceperit[e]. Quod factum in illo loco in laude omnipotentis Dei vulgi ore circumquaque est diffamatum et cęlebri sermone vulgatum.

12. Talibus carismatum[a] donis a sancto[b] Spiritu honoratus, revertitur Parisius. Cui urbi iam continuo gaudium[c] Deo gratias agentium pro eius reditu, quorum olim[d] corda nimium fuerant de eiuș abscessu mesta. Excipitur itaque mira exultacione populorum et[e] dignus sacerdotio adclamatur voce cunctorum. Quem Eusebius[1] eiusdem urbis episcopus ordinavit pręsbyterum[2], annuens voci clericorum et precibus Parisius morantium, dignum iudicans, ut qui iam semet ipsum exibuerat hostiam vivam, placentem Deo per contricionem[f] et devotionem mentis, constitueretur minister salutaris et vivifici sacramenti, ut quos verbo et operibus abstrahere conabatur a Sathanae faucibus, ab eodem truculento hoste ereptos reficeret divinis dapibus. Condidit preterea monasterium in loco olim vocabulum[g] Novigentum[3], nunc ob insigne eius meritum sanctitatis vocatur monasterium sancti Chlodoaldi[4], cuius et nomine pollet et merito, quod et sufficientibus ditavit terrenis opibus; et congrua habitacula sibi et servis Dei secum morantibus, sed in[e] reliquum aevum successu generationum pro salute animarum suarum[h] Deo militaturis aedificavit atque matri ęcclesiae eiusdem civitatis, videlicet sanctae Mariae, perpetuo habendum testamento delegavit. Ubi etiam ipse statuens praestolari terminum vitae suae cum plurimis, quos metus gehennae terruerat, et caelestis patriae amor animaverat, ascensiones in corde suo disponens, in hac valle lacrimarum cupiebat de virtute in virtutem ascendere, insistens[2] orationibus, ieiuniis, aelemosinis, vigiliis[e], divinis lectionibus, ut mereretur Deum deorum videre in Syon. His

cf. Ps. 83, 6.

Capp. 10—12. 1. 2.

Cap. 10. a) claementiam *Mombr.*

Cap. 11. a) *sic* 1 *cum Mombr.;* sibi a Deo d. p. V. a. c. 2. b) inusitantem 2. c) dixit *Mombr.* d) eis *add. Mombr.* e) acceperat *Mombr.*

Cap. 12. a) *om. Mombr.* b) *Mombr. in his verbis desinit:* donis a Deo honoratus Parrhysios revertitur: et turba populorum gaudentium excipitur. Ab Eusebio episcopo civitatis praesbyter ordinatur. Condidit autem monasterium in loco nomine Novigento: quod eius nomine pollet et merito: Migravitque ad Dominum septimo Idus Septembres. Et ad gaudia sempiterna pertransiit: Regnante domino nostro Iesu Christo: cui est honor et gloria in saeculorum saecula amen. c) et *add.* 2; fit *add. Mab.* d) enim 2. e) *om.* 2. f) contrictionem 2. g) vocabulo 2. h) sanctarum 2.

1) *Eusebius Parisiensis episcopus Saffaraci successor c. a.* 551—555. *sedisse videtur. Quo mortuo, S. Germanus episcopus creatus est.* 2) *Cf. Greg. H. Fr. III,* 18: bonisque operibus insistens, presbiter ab hoc mundo migravit. 3) *Cf. L. hist. Fr. c.* 24. 4) *Iam Saint-Cloud; cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 360.

igitur exercitiis divina gratia[a] praeditus, ex revelatione divina scire meruit vitae suae transitum, cuius ultimam horam laetus praestolabatur, cupiens dissolvi et esse cum Christo. Migravit ergo a corpore 7. Id. Sept., recipiens coronam meritorum suorum, quam reddidit illi Dominus pro laboribus iustus iudex. Cuius corpus in eadem cella summo honore humatum est, ubi, suffragantibus eius meritis, completur votum[1] ex fide petentis, praestante domino nostro Iesu Christo, cui potestas, honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Cap. 12. 1. 2.

Cap. 12. a) *om.* 1. 2.

1) *Cf. Fred. III*, 38: ad cuius sepulcrum Dominus virtutes dignatur ostendere.

DE VITA SANCTAE RADEGUNDIS LIBRI DUO.

Radegundis, filia Berthacharii regis Thoringorum, quem Hermenefredus frater interfecit[1], *cum patria a Francis expugnaretur, capta, Chlotharii regis praedae cessit*[2]*:* Tunc inter ipsos victores, cuius esset in praeda regalis puella, fit contentio de captiva, et, nisi reddita fuisset, transacto certamine, in se reges arma movissent *(V. Radeg. I, 2). In villa Veromandensi, quae Adteias vocatur, enutrita atque litteris erudita, ubi in aetatem venit, a rege victore in matrimonium ducta est. Iam tunc piis operibus adeo insistens, ut rex 'potius iugalem monacham quam reginam habere' sibi videretur*[3], *postquam fratrem eius Chlothacharius iniuste occidit*[3], *ad Deum tota conversa, a S. Medardo Novomagi diacona consecrata est. Tunc loca sanctorum circumiens, ad cellas S. Iumeris, Datdonis, Gundulfi accessit atque S. Martini urbem vicumque, ubi obiisse dicitur, Condate visitavit. Denique in Pictavicum territorium se recepit illicque constitit*[4]. Instituente, *inquit*[5], atque remunerante praecellentissimo domno rege Chlothario, monastirium puellarum Pectava urbe constitui, conditumque, quantum mihi munificentia regalis est largita, facta donatione, dotavi. *Pientius episcopus Pictavicus et Austrapius dux fabricam illam iussu regis celeriter fecerunt*[6]. *Consentientibus episcopis, Agnetem, quam ab ineunte aetate loco filiae et coluit et eduxit, abbatissam electam instituit*[5]; *cf. Fortun. carm. VIII, 3, 59:*

Quamque suis genibus caram nutrivit alumnam
Praeficit ecce, suo constituendo loco.

Eam Germanus Parisiensis praesentibus episcopis consecravit[5]. *Monacha abbatissae iuniori subdita quanta humilitate, quanta austeritate vixerit, Fortunatus amicus eius disertis verbis exposuit. Ipsa etiam basilicam S. Mariae apud Pictavos aedificare coepit, ubi moniales sepeliebantur; cf. Greg. IX, 42; V. Radeg. II, 23. Temporibus Baudoniviae Arnegisselus abbas illi praeerat*[7]. *'Ne sanctimoniali, quae voluntate prodita videretur ingressa, ulli esset ulterius discedendi licentia', Radegunde petente, episcopi sanxerunt*[8]. *Unus Maroveus Pictavicus episcopus ei infestus erat. Cum tempore Chlotharii regis Radegundis monasterium Pictavicis episcopis semper subiectum esset, Sigiberto rege, postquam Maroveus episcopatum adeptus est, potius Turonensis eiusdem patronus extitit. Quod ita factum est. Post congregatas sanctorum reliquias crucis dominicae lignum acquirere Radegundis desideravit. Unde, Sigiberto consentiente, legatos ad Iustinum imperatorem misit, isque lignum cum evangeliis auro et gemmis ornatis concessit.* Quibus delatis, petiit regina episcopum, ut cum honore debito grandique psallentio in monastyrium locarentur. Sed ille dispiciens suggestionem eius,

1) *Greg. H. Fr. III, 4.* 2) *Greg. H. Fr. III, 7.* 3) *V. Radeg. I, 5.* 4) *V. Radeg. I, 12—15.* 5) *Cf. epistulam eius; Greg. H. Fr. IX, 42.* 6) *V. Radeg. II, 5.* 7) *V. Radeg. II, 27.* 8) *Greg. H. Fr. IX, 39.*

asconsis equis, villae se contulit[1]. *Denique a Sigiberto, quem regina iterum adiit, iussus Eufronius Turonensis episcopus sancta pignora in monasterium transtulit, atque Radegundis Reovalem presbyterum ad imperatorem misit, qui gratias ageret*[2]. *Monasterium autem quod construxit Pictavicum nomen S. Crucis accepit. Cum Marovei gratiam sibi conciliare non posset, cum Agnete abbatissa Arelatensem urbem petivit, unde regulam S. Caesarii ascivit*[3]. Insuper, *inquit*[4], congregationem per me, Christo praestante, collectae regulam, sub qua sancta Caesaria deguit, quam, sollicitudo beati Caesarii antestites Arelatensis ex institutione sanctorum patrum convenienter collegit, adscivi. *Una cum exemplari regulae Caesaria abbatissa Arelatensis epistulam ei transmisit, qua eam hortabatur, ne ieiuniis se nimis conficeret:* Pervenit, *inquit*[5], ad me, quod nimis abstineas. Totum rationabiliter fac, si tu mihi vivas et semper possis. — — Totum sic fac, domina, quomodo in regula habes, quam expetisti. *Cum autem episcopus loci curam defensionis constanter recusaret, sanctimoniales Pictavicas 'regis se tuitione munierunt', unde 'scandalum de diae in diae propagatum*[5]*' est. Rerum futurarum provida, litteris*[6] *datis, Radegundis omnes episcopos obsecravit, ut praedones et spoliatores monasterii excommunicarent, atque reges exoravit, 'ut monasterium sub sua tuitione et sermone una cum Agnete abbatissa iuberent gubernare'. Denique in basilica S. Mariae se sepultum iri voluit:* ubi etiam multae sorores nostrae conditae sunt in requie, sive perfecta sive inperfecta. *Gregorius*[7] *et Baudonivia inter se consentiunt, die* 13. *Augusti a.* 587. *eam obiisse; funera, Maroveo absente, Gregorius ipse et duxit et descripsit, cuius flebiles questus lectori lacrimas eliciunt; cf. in Glor. Conf. c.* 104.

Radegundis vitam primus scripsit Fortunatus, familiaris scilicet ipsius Apicius, postquam a. 587. *mortua est; cf. I,* 38*:* Redeunte transmisso, refert ea hora migrasse iustam de saeculo. *Ille vero cum inde ab eo tempore, quo in monasterium regina se recepit, nihil fere nisi exercitationes monachicas atque miracula rettulisset, ne sanctimonialibus quidem Pictavicis suffecit, quae translationem ligni sanctae crucis mortemque Radegundis praetermissas aegre tulisse videntur. Unde Dedimia abbatissa et omnis congregatio Baudoniviae sorori iniunxerunt, 'ut de vita sanctae dominae Radegundis, quam optime novit, aliquid dicere praesumeret'. Illa:* Non, *inquit*[8], ea quae vir apostolicus Fortunatus episcopus de beatae vita conposuit iteramus, sed ea quae prolixitate praetermisit, sicut ipse in libro suo disseruit, cum diceret[9]: 'De beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur amplitudo'. *Haec Radegundis Vita post annum* 600. *a Baudonivia composita est. Nam qui c.* 26. *laudatur Leifastus episcopus Augustodunensis ante a.* 600. *illam dignitatem adeptus esse non potest. Siagrius enim, decessor eius, qui inde ab a.* 567. *ad a.* 585. *conciliis intererat, etiamtum mense Iulio a.* 599. *litteras a Gregorio papa accepit; cf. Jaffé, Regesta pontif. I,* 198[1]. *Cum autem a.* 602, *Nov. Siagrium 'reverendae memoriae episcopum' idem papa dixerit*[10], *cum Cointio a.* 600, *nr.* 7, *facile convenio, ipsum a.* 600. *diem obiisse. Neque vero multo post a.* 600. *Baudoniviam scripsisse, persuasum mihi est. Mammezo enim matrona, quae, postquam Radegundis in monasterium se reclusit, per eius interventum oculi bonam valetudinem recuperaverat, 'Domino usque in p r a e s e n t e m diem gratias egit' (c.* 11*). Reovalis presbyteri, quem Radegundis propter reliquias S. Mammetis Hierosolyma transmisit, his verbis Baudonivia meminit:* tunc saecularis erat et adhuc superstes est corpore *(c.* 14*).*

1) *Ita Greg. H. Fr. IX,* 40; *cf. V. Radeg. II,* 16. 2) *V. Radeg. II,* 17. 3) *Greg. H. Fr. IX,* 40. 4) *Cf. epistulam eius; Greg. H. Fr. IX,* 42. 5) *Martene et Durand, Thesaurus novus Anecdot.* 1717, *I, p.* 6. 6) *Greg. H. Fr. IX,* 42. 7) *Greg. H. Fr. IX,* 2; *V. Radeg. II,* 21. 8) *In epistula quam Dedimiae inscriptam libro vitae praemisit.* 9) *V. Radeg. I,* 39. 10) *Greg. Reg. XIII,* 8 *(ed. Maurin.).*

Est procul dubio archiater Pictavicus, qui puerum in monasterio Radegundis degentem eunuchum fecerat: sicut, *inquit*[1], quondam aput urbem Constantinopolitanam medicos agere conspexeram. *Denique Leo vir illuster, qui ad synodum evocatus in caecitatem incurrerat, postquam per Radegundem sanatus est, miraculum Baudoniviae 'ore proprio disseruit' (c. 15). Ipsa etiam rettulit, quae Gregorius*[2] *de Radegunde mortua, Abbo*[3] *abbas Augustodunensis de sanatione sua narraverant; illius librum in Gloria Confessorum (c. 104) his verbis laudavit:* Sed quantum praesens vidit oculis, antequam eam sepeliret, de eius virtutibus, in libro miraculorum quem conposuit inseruit *(c. 23). Stilo mulier admodum rudi utitur: anacolutha atque vocabula barbara abundant,* toti *semper pro* omnes *accepit. Scribere nesciens, quascumque legerat vitas sanctorum spoliavit. Epistulam praemissam fere totam ex verbis Fortunati, quibus in V. Marcelli, Hilarii, Radegundis utitur, composuit. Praeterea Vitam S. Caesarii Arelatensis c. 8. 9. 19. 20. exscripsit. Tamen veniam Baudoniviae probae dabis, imbecillitatem suam confitenti:* parvum, *inquit*[4], habens intellegentiae eloquium, *et infra:* non polito sed rustico temptamus de his quae gessit sermone appetere.

Hildebertus Cenomanensis episcopus iussu Seimani vel Seimari cuiusdam Vitam Radegundis post annum 1197. *retractavit:* ad Fortunati, *inquit*[5], simul et Baudoniviae sanctimonialis scripta recurri. — — Eorum scriptis diligenter evolutis, Fortunatum sequi disposui, cui non minus ex vita, quam ex dignitate pontificis plurimum auctoritatis accedit. Quaedam tamen miracula, quorum Fortunatus quidem nullum attigit, sanctimonialis vero memoriae reperitur commendasse, superaddere disposui; nec tamen omnia, sed ea solummodo, quae relatu digniora beatissimae mulieris et meritum declarant et praemium. *De quo Hildeberti opusculo hoc iudicium Mabillonius, Vet. Anal. I, p.* 298. *tulit:* deprehendi Hildebertum aut loca salebrosa praeterisse, aut easdem voces obscuras retulisse, nihilque fere praeter stili elegantiam apud Hildebertum inveniri. *Quae cum ita sint, Hildeberto misso, ad Fortunati Baudoniviaeque codices transeamus.*

Codices[6] 1. 2. 4*a*. 5 *utrumque librum et Fortunati et Baudoniviae continent; priorem tantum codices* 3 *et* 4*b admittunt.*

1*a*) *Codex Parisiensis Lat. nr.* 5275, *olim Colbertinus nr.* 3291, *saec. XI. in., formae maximae, sed diversae, scilicet in singulis quaternionibus modo maioris, modo minoris, fol.* 14'. *Vitas Radegundis continet, quas fol.* 30'. *Vita Disciolae*[7] *sequitur.*

Waitz b. m. contulit.

1*b*) *Codex Monacensis Lat. nr.* 3810, *Aug. eccl. nr.* 110, *saec. X, membranaceus formae maximae, fol.* 171—198. *Vitas Radegundis continet. Textus licenter immutatus atque decurtatus multis lacunis laborat. Libro Baudoniviano capita duo (28. et 29) addita sunt, ad Disciolam pertinentia*[7]. *Codex manu simili ei quae librum exaravit emendatus est.*

Priorem Vitam Jacobi contulit, posteriorem ipse comparavi.

2) *Codex Parisiensis Lat. nr.* 13761, *olim S. Germani a Pratis nr.* 475. *vel* 1404, *saec. X, formae quadratae, a pluribus librariis per quaterniones alternantibus exaratus est. Fol.* 81—103'. *Vitae Radegundis exstant, sed prologi et index libri secundi desiderantur.*

Waitz b. m. contulit, Molinier codicem recognovit.

3*a*) *Codex Londiniensis Musei Britannici nr.* 11880, *saec. IX. in., fol.* 71'. *Fortunati opusculum continet. Inest etiam Vita Corbiniani. Liber in 'Catalogue of ancient manuscripts' p.* 62. *accurate descriptus est.*

1) *Greg. H. Fr. X,* 15. 2) *Cf. c.* 23*:* quod ipse postea cum sacramento lacrimans dicebat. 3) *Cf. c.* 26*:* quod post, ipso referente, plures cognoverunt. 4) *Cf. epistulam ad Dedimiam datam.* 5) *AA. SS. Aug. III, p.* 84. 6) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 260. 7) *i. e. Greg. H. Fr. VI,* 29.

Pertz b. m. contulit.

3b) Codex Monacensis Lat. nr. 14095, *S. Emmerammi nr.* 95, *saec. XI/XII. scriptus, praeter Heinrici IV (fol.* 1*) Vitam quoque Radegundis (fol.* 159*) a Fortunato compositam continet. Quattuor folia excisa sunt; cf. infra p.* 366, *l.* 38.

Wattenbach v. c. contulit.

3c) Codex Monacensis Lat. nr. 4618, *Benedictoburanus nr.* 118, *saec. X. et XII, fol.* 89'—99'. *librum Fortunati continet; cf. 'N. Archiv' II, p.* 274.

Ipse inspexi.

3d) Codex Monacensis Lat. nr. 22242, *S. Mariae Windbergensis nr.* 42, *formae maximae, fol.* 162, *iussu Hebitardi abbatis (a.* 1141—1191*) scriptus est. Fol.* 152—157'. *Fortunati liber occupat, quem Vita Wigberti praecedit, Eusebii sequitur.*

Codicem Berolinum transmissum ipse inspexi.

3e) Codex Parisiensis Lat. nr. 9742, *olim S. Maximini Treverensis*[1], *saec. XII, p.* 134. *in iisdem verbis ac 3b. d desinit.*

4a) Codex Trecensis nr. 1248, *formae quadratae, saec. X/XI. a pluribus librariis scriptus, olim bibliothecae Boherianae (D.* 65*) erat. Libris Fortunati et Baudoniviae appendix a Mabillonio, AA. SS. saec. I, p.* 334, *commemorata adiecta est:* Incipit de puella Distiola[2]. — — Incipit item de alia eiusdem monasterii puella. — — Epistola[3] Caesariae incipit. Dominabus sanctis Richildae et Radegundi Caesaria exigua. *Praeterea Vitam S. Fulgentii et Passionem quattuor coronatorum continet.*

Arndt v. c. a. 1868. *contulit.*

4b) Codex Londiniensis Musei Britannici Harleianus nr. 649. *post Bedae opera complura saec. XI. exarata Fortunati librum saec. XII. scriptum exhibet. Prologo omisso, a verbis:* Beatissima igitur Radegundis *incipit; eodem modo ac* 5 *desinit.*

Pertz b. m. pauca exscripsit.

5a) Codex Parisiensis Latinus nr. 5351, *formae magnae, saec. XI. scriptus, fol.* 6—19. *Vitas Radegundis continet. Libro I. clausula adiecta est, quae a melioribus codicibus abest; prologus secundi adest, sed index capitum desideratur. Textum librarius suo arbitratu immutavit.*

Waitz b. m. inspexit.

5b) Codex Parisiensis Latinus nr. 16734, *olim S. Martini Campensis ('S. Martin des Champs'), saec. XII, fol.* 111'. *eodem fine terminatur.*

Molinier v. c. inspexit.

5c) Codex Parisiensis Latinus nr. 5343 *(de la Mare nr.* 384*), saec. XI. scriptus, diversa opuscula in unum volumen colligata continet. Libro I. eadem clausula ac 5a. b. subiecta est; prologus et index libri II. adsunt. Is in verbis c.* 29*:* sunt redditi sanitati *desinit. Textus ad lectionem ecclesiasticam aptatus est.*

Waitz b. m. inspexit.

5d) Codex Parisiensis Latinus nr. 17005, *olim monasterii Fuliensis Parisiis constituti, saec. XII, fol.* 110'. *utrumque librum continet; primo clausula addita est.*

Molinier v. c. inspexit.

5e) Codex Parisiensis Latinus nr. 5323, *saec. XIII, qui fol.* 189—191. *Vitas Radegundis continet, cum 5c convenit, sed integer est.*

Waitz b. m. inspexit.

Etiam in codice monasterii S. Galli nr. 561, *saec. X, liber Fortunati exstat; cf. 'N. Archiv' III, p.* 218.

Inter tot codices 1a. b. 2 *tantum a graviore interpolatione immunes sunt, duo*

1) *Cf. 'N. Archiv' VI, p.* 482. 2) *Est Greg. H. Fr. VI,* 29. 3) *Hanc ediderunt Martene et Durand, Thesaurus novus Anecdot.* 1717, *I, p.* 3—6, *ex codice S. Benigni Divionensis; cf. AA. SS. Aug. III,* 56.

autem illi tam arte inter se coniuncti, ut pro uno fere exemplari sint. Exempli gratia lib. I, 14. conditum 1*a (pr. m.)*. *b exhibent pro* Condate, *I,* 31. qui dicitur 1*a. b pro* quidam, *omittuntque hosce locos:* qui suos trepidare aliis facit *II,* 12, cuius anima confidimus, gaudemus *II,* 28. *Glossemata, quae in his libris se offerunt, duo secrevi; sciunt enim, quod in Prologo libri II. post verba* Nam illi 1*a. b inserunt, in* 4*a et in Vita Marcelli c.* 1, *quam Baudonivia exscripsit, desideratur, atque II,* 25. vel simul, *quae vocabulum* totae *in* 1*a. b sequuntur, pro interpretamento inutili accipienda sunt, cum Baudonivia* toti *pro* simul omnes *semper scripserit. Nonnumquam quae altera manus in* 1*a correxit cum* 1*b conveniunt: I,* 13. blattis *recte* 1*a (pr. m.),* oblatis 1*a (sec. m.),* ablatis 1*b; I,* 29. in populum *recte* 1*a (pr. m.),* vel in publicum 1*a (sec. m.),* in publicum 1*b; I,* 33. merito 1*a (sec. m.)*. 1*b pro* marito 1*a (pr. m.)*. *Itaque* 1*a ex codice* 1*b simili et exscriptus et emendatus videtur esse. His codex* 2 *accedit, qui lib. I,* 23. *verbum ab ipso Fortunato omissum de suo adiecit. Horum trium librorum* 1*a. b.* 2 *consensum ubique secutus sum. Interpolatos in tres classes distribui has* 3*a. b. c. d* — 4*a. b* — 5*:*

I, 2. Quae puella inter alia opera, quae sexui eius congruebant, litteris est erudita] puella nata laboribus, quae conveniunt sexui, inter opera reliqua (reliqua opera 3*d*) fit barbaris litterata 3*a. b. c. d.*

I, 2. Iam tunc id agens infantula, quidquid sibi remansisset in mensa, collectis parvulis, lavans capita singulis, conpositis sellulis, porrigens aquam manibus] sed iam tunc tenerae aetatis adhuc (adhuc aetatis 4*b*) adulta, id agere studii habebat, ut quicquid sibi (residui *add.* 4*b*) remansisset edulii, collectis parvulis eorumque capitibus (singulorum *add.* 4*b*) mundatis 4*a. b.*

I, 39. prosequantur] *add.* 4*a:* humanae eloquentiae modus ammirando attonitus viribus explicare minime valet; *add.* 5*a. b. c. d:* humanae eloquentiae modus admirando attonitus pre viribus explicare minime valet. Sit tamen illi qui dedit gloria, laus et imperium in saecula saeculorum. Amen.

Propterea ex 3*a. b ea tantum adnotavi, in quibus aut inter se aut cum alio codice conveniunt. Codex* 3*b nonnullis locis alteri* 3*a praeferendus est, cuius lacunam (infra lib. I,* 15*) explet. Uterque Fortunati sermonem nonnumquam melius quam reliqui libri (ut* quo *pro* ubi *I,* 4*) servasse videtur. Libros* 3 *et* 4 *ex eodem exemplari ortos esse, non negarim (cf. lib. I,* 8*); hoc autem ab interpolationibus quas supra ex* 3 *et* 4 *attuli immune fuisse necesse est. Codices* 5 *procul dubio e* 4 *fluxerunt, cum textum eundem, sed magis interpolatum habere videantur. In libro Baudoniviano cum codicibus* 3 *destitutus essem, libris* 1 *et* 2 *inter se dissentientibus, persaepe haesitavi. Nam* 1*a cum* 1*b in multis mendis consentit, neque* 2 *et* 4*a bonam lectionem semper praebent; cf. I,* 19. munifica *pro* munuscula 2. 4*a; II,* 18. Post totam congregationem se recondebat 2. 4*a pro* Postquam congregatio se r. *Cum autem propior affinitas inter* 1*a et* 1*b quam inter* 2 *et* 4*a intercedat, — e. gr. II,* 5. traderet 2, aggregaret 4*a interpolando inseruerunt, — hos consentientes, quantum fieri potuit, secutus sum. Quorum ordinem etiam verborum observavi, quem* 1*a. b in priore quoque libro turbaverunt; cf. I,* 17 sola se 1*a. b,* se sola *rell.; I,* 38 hora hac 1*a. b,* hac hora *rell. Certe codices* 2. 4*a uno saltem loco veram lectionem servasse, facile probandum est. Nam quem* 1*a. b tradiderunt:* quali vultu Deus plasmavit eam, *libri autem* 2. 4*a:* qualem vultum Deus, plasmator bone, *locum lib. II,* 19. *ex Vita Caesarii II,* 27. *Baudonivia hausit:* qualem vultum, Deus bone, plasmator sancte. *Ea vero quae in arte grammatica* 1*a. b peccaverunt recepi, cum sermo in* 2. 4*a procul dubio a librariis emendatus sit.*

Orthographiam libri primi, ut in anteriore editione, Fortunati ad carmina fere formavi; in altero vero libro codicem optimum 1*a secutus sum, cum, quomodo Baudonivia scripserit, ignoremus, idque solum conici possit, quod monialis linguae Latinae parum gnara ratione scribendi peiore ea, quae in chartis illis Merowingicis deprehen-*

ditur, usa sit. Discrepantiam autem orthographicam fere suppressi, hanc scilicet in libro I:

1*a*. aescas, cęditur, regine, acciperat, diliciis, ligumen, comulent, curso, coenubio, langore, misterio, sinergium, cybaria, cybum, paradyso, chytaras, ortum, dequoquere, quoquina, capud, insaciata, molliciem, quociens, crutiatum, tollerabat, commitante, lamminam, consumatis.

1*b*. adminuculae, sugnaculo, cumputrescens, postulae, combaiolat, menbra, lebrosi, peciit, saciaretur, Frantia, euvangelico, redita, inbeciles, literis.

1*a*. *b*. *nom. sing.* omnes, territurio, erba, exalaret, ora, orret, aborrebat, perorrescit, oste, pascales, ydropis, diviciis, cilitium, sicata, panosos, optinere, auferre *pro* offerre.

2. aelemosinae, aescas, sacratissimę, discendere, dispecto, liniens, frigoreticus, cybaria, cybus, cytharas, cultus *(acc. pl.)*, lectu, cathenarum, tonithruo, nichil, exalaret, ora, ortum, ydropis, succinta, commertia, delitiae, Frantia, postitio, aquammanile, tinnam, consumare.

3*a*. deficato, dispecto, disperaret, licumine, putridines, *abl.* minori, accederit, *nom.* exanimes, *dat.* coniuge, *pass.* deportare *et* removere, elymosinae, quadriduana.

4*a*. cathena, amministrare, illuxit, summergeret, nil *pro* nihil, *alia;*

hanc in libro II:

1*b*. cęteris, celi, celeste, demonia, hec, que, ve (*saepe* e *pro* ae), obędimus, cepit *(saepe)*, obedientia, pena *(saepe)*, penalem, giro, corposculum, postulam, sepulcrum *(saepe)*, aliquociens, ammonicio, devocio *(saepe)*, discrecionem, diucius, hospicium, iusticiam, pacienter, secrecius *(saepe)*, servicium *(saepe)*, spacio, tercio, tocius, tristicia, iuditium *(saepe)*, velud *(saepe)*, euvangeliis, benignissimme, aparuit, eclesiis, redidit, astare *(semper)*.

2. pauperam *(saepe)*, caelestae, paenitus *et* poenitus, accipisse, cybus *(semper)*, paradysus, calica, hospicium, conloquutione, benignisimam, cessaset *(saepe)*, ammonitio.

4*a*. aeccleslis, ve, ceperat, intelerabilis, quatinus, giro, hidrops, exiberet, hostium (= ostium), dampnum, affuit, astare, ammirabile, ammirantes, ammonens, ammonitio, optinuit, summersi.

Editionem principem paravit

Mombritius, Sanctuarium, Mediolani (1475) *II, p.* 236. *Is nihil nisi Fortunati librum edidit, codice quodam classis* 3. *usus. Scripsit enim I,* 2*:* Puella nata laboribus, quae conveniunt sexui, inter opera reliqua fit barbaris litterata, *et I,* 38. *post* mysterium *inseruit:* in quantum sancta designavit, postea tantum.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1573, *IV, p.* 629, *textum Mombritianum depravavit atque interpolavit. Exempli causa I,* 22. *post* corpusculum *locum e libro II,* 8. *desumptum adiecit:* Non illam aliquando mellis pluma fulcivit, neque linteaminis nitor instruxit. Manicam qua brachium indueret non habebat, nisi quod de caliga sua sibi duas fecit manicas; sed ita se tractabat, ut haec nec abbatissa sentiret. *Is primus librum II. edidit, at indicem capitum praetermisit 'stylumque, ubi expedire visum fuit, nonnihil elimavit'.*

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668, *Saec. I,* 319, *librum I. 'ad Mss. cod. S. Germani Pratensis et Conchensis Monast. et D. d'Herouval', librum II. 'ad Mss. cod. S. Germani Pratensis et S. Theoderici Rem. et D. d'Herouval' recensuit. Cum II,* 7. omnem intestinam *margini addiderit, dubium non est, quin codex S. Germani idem sit ac* 2. *Codex autem D. d'Herouval procul dubio similis erat* 4*a, nam I,* 23. scopans (*pro* occupans), *II,* 20. sermo (*pro* sermonis) *margini adscripsit.*

G. Cuperus, Acta sanctorum, Antverpiae 1737, *Aug. III,* 67, *in recensendo Fortunati libro apographis Gamansii e Soc. Iesu et Petri Francisci Chiffletii usus est.*

E quibus Gamansius apographum, 'quod[1] cum editione Suriana maxime convenit, et in quo videtur amanuensis liberius stylum mutasse', aliudque 'ex Passionali Ms. pergameno monasterii Bodecensis in dioecesi Paderbornensi desumptum, cuius stylus ab aliis manuscriptis et excusis exemplaribus discrepat[2]', cum Bollandianis communicavit. Chiffletius autem Vitam e manu scripto codice Vallis-Lucentis describendam curaverat, qui 'in constructione periodorum ab editione Mabilloniana differebat, tamen in substantia plerumque cum illa concordabat', et id apographum Bollandianis transmisit cum aliis Mss. (ut Divionensi[3]) diligenter collatum. Alterum librum ex eodem codice Vallis-Lucentis Cuperus edidit, unde etiam capitum titulos eruit.

Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Parisiis 1741, *III*, 456, *locos quosdam e Mabillonio excerpsit.*

Luchi, Fortunati Opera, Romae 1787, *II*, 78 (= *Migne, Patrologia Latina LXXXVIII*, 497), *Mabillonii editionem libri I. repetivit, cui notas Bollandianorum adiecit.*

Monumenta Germaniae historica, Auct. antiq. IV, 2, *Berolini* 1885, *p.* 38. *ipse Fortunati libellum ad eosdem codices, quos supra enumeravi, recensui.*

Schedis nostris iterum examinatis atque codice 2 *recognito, hanc novam editionem institui, cui librum II. adieci.*

Marpurgi, mense Aprili 1887. *Krusch.*

LIBER I.[a]

INCIPIT PROLOGUS IN VITA SANCTAE RADEGUNDIS REGINAE.[b]

1.[c] Redemptoris nostri tantum dives est largitas, ut in sexu muliebri celebret fortes victorias et corpore fragiliores ipsas reddat feminas virtute mentis inclitae gloriosas. Quas habentes nascendo mollitiem facit Christus[d] robustas ex fide, ut quae videntur inbecilles, dum coronantur ex meritis, a quo efficiuntur[e], laudem sui cumulent Creatoris, habendo in vasis fictilibus thesauros caeli[f] reconditos; in quarum[g] visceribus cum suis divitiis ipse rex habitator est[h] Christus. Quae mortificantes se saeculo, despecto terrae consortio[i], defecato[k] mundi contagio, non confidentes in lubrico[l], non stantes in lapsu, quaerentes vivere Deo, ad gloriam Redemptoris sunt copulatae paradiso. In quo[m] est pariter numero illa, cuius vitae praesentis cursum, licet tam[n] privato

Cap. 1. 1*a. b.* 3*a. b.* 4*a.*

Cap. 1. a) *haec om. codd.* b) *ita* 1*a*; INCIPIT PROLOGUS FORTUNATI EPI DE VITA SCAE RADEGUNDIS VIRG 1*b*; INCIPIT VITA SANCTAE RADEGUNDIS REGINAE ID. AGUSTI 2; INCIPIT VITA SANCTAE RADEGUNDAE EPISCOPO FORTUNATO EXPS (*i. e.* EXPOSITA) 3*a*; INCIPIT VITA SCĘ RADAGUNDĘ VIRG. COMPOSITA A FORTUNATO EPISCOPO 3*b*; INCIPIT PREFATIO FORTUNATI EPISCOPI DE VITA SANCTAE RADEGUNDIS REGINAE 4*a*; *prologum om.* 2. 4*b*. c) *numeros om.* 1*a. b.* d) ipse 4*a*, *in exemplari per compendium scriptum erat* xpā. e) fortes *m. al. add.* 1*a*; tales efficiuntur ut *m. al.* 3*a*; meritis laudem sui cumulent creatoris, a quo efficiuntur fortes, habendo 4*a*. f) *om.* 4*a*. g) quorum 3*b*. 4*a*. h) *m. al. superscr.* 1*b*. i) consorti, *m. al. suppl.* o 1*b*. k) *sic* 1*a*. 4*a*; defetato 1*b*; deficato *m. al. corr.* spectoque 3*a*; desecato 3*b*. l) lubricum, constantes in lapsum 4*a*. m) in quarum 3*b*; in quo numero est ista cuius 4*a*. n) *sic* 1*a. b*; sermone tam (sermoni tamen 3*b*) privato 3*a. b*.

1) *Cuperus l. l. p.* 48. *apographum anonymum vocavit. I*, 13. oblatis *pro* blattis (1*a m. al.*) *scriptum erat.* 2) *Prologus quem speciminis causa l. l. p.* 68. *edidit totus diversus est.* 3) *Erat forte* 4*a similis; cf. supra p.* 361, *n.* 3.

sermone, ferre temptamus[a] in publico[b], ut, cuius est vita cum Christo, memoria gloriae relicta[c] celebretur in mundo. EXPLICIT[d] PROLOGUS.

INCIPIT VITA.

2. Beatissima igitur Radegundis natione barbara de regione Thoringa[a], avo rege Bessino[b, 1], patruo Hermenfredo[c, 2], patre rege Bertechario[d], in[e] quantum altitudo saeculi tangit, regio[f] de germine orta[g], celsa licet origine, multo[h] celsior[i] actione. Quae cum summis[k] suis parentibus brevi mansisset[l] tempore, tempestate barbarica Francorum victoria regione vastata, vice Israhelitica exit et migrat de patria[3]. Tunc inter ipsos victores, cuius esset in praeda regalis puella, fit contentio de captiva, et, nisi reddita fuisset[m], transacto[n] certamine, in se reges arma movissent. Quae veniens in sortem[o] praecelsi[p] regis Chlotharii[q], in Veromandensem ducta, Adteias[r, 4] in villa regia nutriendi causa custodibus est deputata. Quae[s] puella inter alia opera, quae sexui eius congruebant, litteris est erudita, frequenter[t] loquens cum parvulis, si conferret sors temporis, martyra fieri cupiens. Indicabat adolescens iam tunc merita senectutis, obtinens pro parte quae petiit. Denique, dum esset in pace florens ecclesia, ipsa est a domesticis persecutionem[u] perpessa. Iam[v] tunc id agens infantula, quidquid sibi remansisset in mensa, collectis[w] parvulis, lavans capita[x] singulis, conpositis sellulis, porrigens aquam manibus, ipsa[y] inferebat, ipsa[z] miscebat infantulis. Hoc[a] etiam praemeditans cum Samuele[b] parvulo[c] clerico gerebat[d]. Facta[e] cruce lignea, praecedentem[f] subsequens[g], psallendo ad oratorium cum[h] gravitate matura simul parvuli properabant, et[i] ipsa tamen cum sua veste nitidans[k] pavimentum. Circa altare vero cum facitergio

Cap. 1. *1a. b. 3a. b. 4a.* *Cap.* 2. *1a. b. 2. 3a. b. 4a. b.*

Cap. 1. a) *sic* 1a. b. 4a; temptavimus 3a. b. b) *sic* 1a. b; publicum 3a. b. 4a. c) *sic* 1a; relicto 1b; *om.* 4a; relata *rell.* d) *sic* 1a; EXP̄LI PROLOGUS. INCIPIT NARRATIO GESTORŪ RADEGUNDIS 1b; EXPLICIT PREFATIO. INCIPIT VITA SANCTAE RADEGUNDIS REGINAE EDITA A FORTUNATO VENERABILI EPISCOPO 4a; *haec om.* 3b.

Cap. 2. a) Toringa 4a. b) *sic* 1a. 3a. 4a; Besino 1b; Basino 3b. c) *sic* 1a. b; Ermenfredo 2; Ermenfrido 3a; Herminfrido 3b. d) *sic scripsi;* Berechario 1a. b; Berechtario 2. 4b; Berhthario 3a; Berthario 3b; quae *postea add.* 1a. e) B. quo a. 3a. b. f) regina 3a. b. g) *om.* 3a. b. h) multum 3a. b. i) est *add.* 1a *(ubi delet.).* b. k) suis summis 4a; suis *om.* 3a. b. l) commanens 3a. b. m) bis a quibus sublata est *add.* 4b. n) transacta 1a, *corr.* o) sorte 1b. p) *om.* 4a. q) Clotharii 1a *(e corr.).* b. 4a; Clotarii *pr. m.* 1a; Cholodarii 3b. r) Ategias 1a *(e corr.).* 4a; Atteias 2. s) deputata. Puella nata laboribus, quae conveniunt sexui, inter opera reliqua fit barbaris litterata, frequenter 3a. b. t) *om.* 2. u) persecutiones 3a. b. v) sed iam tunc tenerae aetatis adhuc (adhuc aetatis 4b) adulta, id agere studii habebat, ut quicquid sibi (residui *add.* 4b) remansisset edulii, collectis parvulis eorumque capitibus (singulorum *add.* 4b) mundatis *pro* iam — manibus 4a. b. w) aliis *add.* 3a. b. x) capita *post* remansisset 1b. y) ipse 1a, *corr.*; cibos *add.* 1b *(m. al.).* 2. z) ipse 1a, *corr.*; ipso 1b, *corr.* a) H. e. *eras.* 2. b) Samubele 1a. 2. 4a. c) parvo 1a. b. d) regebat 1b; *om.* 3a. b. e) factā crucē ligneā 1b. f) *sic* 1b. 3a. b; praecedente *rell.* g) subsequentes 1a *(e corr.).* 2. h) *om.* 4a. i) *om.* 3a. b. 4a. k) p. n. (incidens 3a) 3a. b. 4a.

1) *Eius Greg. H. Fr. II,* 12. *meminit:* (Childericus), *inquit,* abiens in Thoringiam, apud regem Bysinum (Bisinum *A* 1. *B* 3. 4. 5) uxoremque eius Basinam latuit. 2) *Radegundis nomine Fortunatus, App. III,* 31, *Hamalafredi mortem his versibus planxit:*

Non fuit ex longa consanguinitate propinquus,
Sed de fratre patris proximus ille parens.
Nam mihi Bertharius pater, illi Hermenefredus:
Germanis geniti nec sumus orbe pari.

Carm. VIII, 1, 23. *ipsa 'pia neptis Herminefredi' a Fortunato dicitur. Hermenefredi regis cladem Greg. H. Fr. III,* 7. *rettulit.* 3) *Cf. Greg. l. l.:* Chlothacharius vero rediens, Radegundem, filiam Bertecharii regis, secum captivam abduxit sibique eam in matrimonio sociavit. 4) *Athies (Somme, arr. Péronne, cant. Ham); cf. Longnon, 'Géographie' p.* 410.

iacentem pulverem colligens, foris[a] cum reverentia recondebat potius, quam vergebat[b]. Quam cum, praeparatis expensis, Victoriacon[c, 1] voluisset[d] rex praedictus accipere, per Beralcham[2] Adteias[e] nocte[f] cum paucis elapsa est. Deinde Suessionis cum eam direxisset, ut reginam erigeret, evitans[g] pompam regalem, ne saeculo cresceret, sed cui debebatur[h], et humana gloria non mutatur.

3. Nubit[a] ergo terreno principi[b], nec tamen separata caelesti, ac, dum sibi accessisset saecularis potestas[c], magis quam permitteret[d] dignitas, se[e] plus inclinavit voluntas. Subdita semper Deo, sectans monita sacerdotum, plus participata Christo, quam sociata coniugio. Illo vero sub tempore[f] temptamus patefacere de multis pauca quae gesserit[g]. Igitur[h] iuncta principi[i], timens, ne Deo degradasset, cum mundi gradu[k] proficeret, se sua[l] cum facultate elemosinae dedicavit. Nam cum sibi aliquid de tributis accideret, ex omnibus quae venissent ante dedit[m] decimas quam recepit. Deinde quod supererat monasteriis dispensabat et, quo ire pede non poterat, transmisso[n] munere, circuibat[o]. A[p] cuius munificentia nec ipse se abscondere potuit heremita. Sic[q], ne premeretur a sarcina, quod acceperat erogabat. Apud quam nec[r] egeni vox[s] inaniter sonuit, nec ipsa eam[t] surda praeteriit, saepe donans indumenta, credens sub inopis veste Christi membra se tegere, hoc se reputans perdere[u], quod[v] pauperibus non dedisset.

4. Adhuc animum[a] tendens ad opus misericordiae, Adteias[b] domum instruit[c], quo[d], lectis[e] culte conpositis, congregatis[f] egenis feminis, ipsa eas[g] lavans in termis morborumque[h] curans[i] putredines, virorum[k] capita diluens, ministerium faciens, quos ante lavarat[l], eisdem sua manu miscebat, ut fessos de sudore sumpta potio recentaret[m]. Sic devota femina nata et nupta regina, palatii domina pauperibus serviebat ancilla. In mensa vero subocculte[n], ne forte[o] cognosceretur[p] ab aliquo, ante se[q] posito cum legumine ferculo, inter epulas regum more trium puerorum[3] fava[r] vel lenticula delectabiliter vescebatur. De cursu[s] vero decantando, etsi sederet in prandio, excusans[t] regi aliquo casu, ut Deo redderet debitum, se subducebat[u] convivio. Quo egressa[v], Domino psalleret[w], curiose requirebat[x], quali cibo foris pauperes refecissent.

5. Item[a] nocturno tempore cum reclinaret cum principe, rogans[b] se pro humana

Copp. 2. 3. 1a. b. 2. 3a. b *(cf. n. f).* 4a. *Copp.* 4. 5. 1a. b. 2. 3a. 4a.

Cap. 2. a) foras 3a. b. 4a. b) *ita codd.; corr.* ver (r?) ebat 1a. c) *sic scripsi, cf. Greg. Hist. Fr. IV,* 51: ad villam cui nomen est Victuriacon; Victoria::: 1a; Victoriac:: 1b; Victoriae 2; Victoriacum 3a; Victuriaco. 4a. d) eam *add.* 3a. b. e) *sic* 1a; Adtegias 1b; ab Atteias 2; ad Atteias 3a; ab Attegias 3b; ad Ateias 4a. f) noctu 1a. b. g) illa evitabat 4a. h) debetur etiam 4a.

Cap. 3. a) nubet 3a; nupsit 3b. 4a. b) principe 1a. b. c) secularis dignitas, plus se inclinavit voluntas, quam permitteret dignitas 4a. d) praemitteret 1a. b. 2. e) sed 1a. b; *corr.* de 1a. f) in tem | *desinit* 3b, *ubi* 4 *folia perierunt.* g) gessit 4a. h) ideo (1a). i) principe 3a. k) grato 3a. l) cum sua 4a. m) decimas dedit 3a. n) misso 3a. 4a. o) circumibat *semper* 2. p) ad cuius munificentiam 3a. q) et sicuti 1a *(m. al.).* 2. (4a); sicque 3a. r) *om.* 2. s) non *suppl.* 2. t) *om.* 3a. u) prodere 3a. v) quicquid (3a. 4a).

Cap. 4. a) animo 3a. b) Ateias 4a. c) inheseruit 3a. d) *sic* 3a. 4a; ubi 1a. b. 2. e) electis 1b. f) congregans egenas feminas 3a. g) et 2; *om.* 3a. 4a. h) que *om.* 3a. 4a. i) curabat 4a. k) vivorum 3a. l) lavaret 1b. 2 *(corr.);* laverat 4a. m) *sic* 1a. b. 3a. 4a; recrearet *e corr.* 2. n) subocculto 1b; occulte 3a; sua occulte 4a. o) *om.* 3a. p) cognoscetur 1b. q) *om.* 1b. r) faba 4a *et e corr.* 1a. b; fabae vel lenticulae 3a. s) curso 1a, *corr.;* occursu 1b. t) excusans regi aliquo casu *om.* 4a. u) c. s. 3a. v) ut *add.* 1b. 4a. w) psallebat *e corr.* 2; et *add.* 1a *(m. al.).* 2. 3a. x) bat *e corr.* 2; requireret 3a.

Cap. 5. a) idem 1a. b. 4a. b) rogat 3a.

1) *Vitry (Pas-de-Calais, arr. Arras); cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 414. 2) *Nescio quid intellegatur.* 3) *Cf.* 2. *Reg.* 17, 28.

necessitate consurgere, levans[a], egressa cubiculo[b], tam diu ante[c] secretum orationi incumbebat, iactato cilicio, ut solo calens spiritu[d], iaceret gelu penetrata, tota carne praemortua, non curans corporis tormenta[e] mens intenta paradiso, leve[f] reputans quod ferret, tantum ne[g] Christo vilesceret. Inde regressa cubiculum[h], vix[i] tepefieri poterat vel foco vel lectulo. De qua regi[k] dicebatur, habere se[l] potius iugalem monacham quam reginam. Unde et ipse irritatus[m], pro[n] bonis erat asperrimus, sed illa pro parte leniens, pro parte tolerabat modeste rixas inlatas a coniuge[o].

6. Diebus vero quadragesimae satis est scire qualiter se retegit[a], inter vestes regias singulariter paenitens[b]. Igitur, adpropinquante ieiunii[c] tempore, mittens[d] ad religiosam Piam[e] nomine monacham, cui[f] sancto proposito illa dirigebat veneranter in[g] linteo sigillatum cilicium; quod sancta induens ad corpus, per totam quadragesimam subter veste[h] regia dulci portabat[i] in sarcina. Transactis[k] diebus, similiter sigillatum retransmittebat cilicium. Sin[l] autem rex deesset, quis credat, qualiter se orationi defunderet[m], qualiter se tamquam praesentis Christi pedibus alligaret et[n], quasi repleta deliciis, sic longo ieiunio satiaretur in lacrimis? Cui, despecto[o] ventris edulio, Christus[p] tota refectio et tota fames erat in[q] Christo.

7. Illud qua[a] pietate[b] peragebat sollicita, ut[c], quae per oratoria vel loca venerabilia[d] tota nocte perlucerent, candelas suis manibus factas iugiter ministrabat[e]? Unde hora serotina, dum ei nuntiaretur tarde, quod eam[f] ad mensam rex quaereret, circa res Dei dum satagebat[g], rixas habebat a[h] coniuge, ita ut vicibus[1] princeps per[i] munera satisfaceret, quod ei[k] per linguam peccasset.

8. Ad cuius opinionem si quis servorum Dei visus[a] fuisset vel per[b] se vel vocatus[c] occurrere[d], videre[e] se illam, caelestem se[f] putabat habere laetitiam, et, hora noctis recursa[g], cum paucis[h] pergens et intimis[i] per nivem, lutum vel pulverem, aqua calida parata, ipsa lavabat et tergebat venerandi vestigia, nec resistente servo Dei, et[k] propinabat in patera. Sequenti die curam domus committens creditariis, ipsa se tota[l] occupabat circa viri iusti verba, circa salutis instituta et circa adipiscendi[m] vitae caelestis commercia retentabatur per dies. Et si venisset[n] pontifex, in[o] aspectu eius laetificabatur et remuneratum relaxabat ipsa tristis ad propria.

Capp. 5—8. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. 4*a*.

Cap. 5. a) et levans 3*a*. 4*a*. b) cubiculum 3*a*. c) diu secreta oratione 3*a*. d) spiritū 1*b*. e) *om*. 2; tormentum 3*a*. f) reputabat levissimum quid 4*a*. g) ne:, *ras*. c 1*b*. h) cubiculo 4*a*. i) vel 3*a*. k) regem 3*a*. l) potius se 3*a*; se magis 4*a*. m) in tantis *corr*. tantis 2. n) pro — inlatas *om*. 3*a*. o) rege 1*a*. *b*.

Cap. 6. a) retexit 1*a* *(e corr.)*. (4*a*); redegit 3*a*. b) poenitentem 3*a*. c) ieiunii tempore *om*. 3*a*. d) mittebat *post* P. 4*a*. e) m. n. P. 3*a*. 4*a*. f) *corr*. in 2. g) c. in l. s. 3*a*. h) vestem regiam 1*a*. 3*a*. 4*a*. i) portavit 3*a*. k) autem *add*. 3*a*. 4*a*. l) si 3*a*. m) *sic pr. m*. 1*a*. *b*. 2; diffunderet (3*a*. 4*a*). n) *om*. 3*a*. o) dispectu 3*a*. p) Christi illi t. 3*a*. q) in Christo *om*. 1*a*. *b*.

Cap. 7. a) quod 1*a* *(corr.)*. *b*. b) p. p. *om*. 1*a*; perageret sollicite 3*a*. c) circumiens *pro* ut q. p. 1*a*. *b*. d) ut *add*. 1*a*. *b*. e) ministraret. pro quarum morti serotina 3*a*. f) quod se ad mansam (?) rex requireret 3*a*; rex quod ad mensam 4*a*. g) satagit 3*a*. h) cum 1*a*. *b*. i) pro munere 3*a*. k) ei per *om*. 3*a*; ei *om*. 4*a*.

Cap. 8. a) Dei, vel per se vel vocatus visus fuisset occurrere 4*a*. b) pro 1*a*. *b* *(corr.)*. 2. c) provocatus 2; evocatus 3*a*. d) *corr*. occurreret 1*b*. e) *sic* 1*a*. *b*. 2; videros i. 3*a*. 4*a*. f) *sic* 1*a*. *b*. 2; se putabat *om*. 3*a*. 4*a*. g) decursa 3*a*. h) pace 1*b*. i) intimis, *m. al. in marg. add.* thermis 1*b*; intīmis 4*a*. k) D., propinabat ei pateram 4*a*. l) *ita* 1*a*. 2; *om*. 1*b*. m) *sic pr. m*. 1*a*. *b*. 2; instituta, circa dispicienda mundi vitae 3*a*; adipiscenda (4*a*). n) presbyter aut *add*. 3*a*. o) p., quos vir Deus letificata remunerare laxabat 3*a*.

1) *Cf. Fortun., V. Paterni c. 9 (Auct. antiqu. IV, 2, p. 35, l. 30):* insuper et cellulas — — in carro vicibus visitaret.

9. Illud quoque quam prudenter totum pro sua salute providebat inpendere, quotiens, quasi mavortem[a. 1] novum, lineum savanum[2], auro vel gemmis ornatum[b], more vestiebat[c] de barbaro, a circumstantibus puellis[d] si laudaretur pulcherrimum, indignam se adiudicans tali[e] conponi linteolo, mox exuens se vestimento[f], dirigebat loco[g] sancto, quisquis esset in proximo, et pro[h] palla ponebatur divinum[i] super altare.

10. Qualiter vero, si quis pro culpa criminali, ut assolet, a rege deputabatur interfici, sanctissima regina moriebatur cruciatu, ne designatus reus moreretur[a] in gladio? Qualiter concursabat per domesticos fideles, servientes et proceres, quorum[b] blandimentis mulcebat animum principis, donec in[c] ipsa ira regis, unde processerat[d] sors mortis, inde curreret vox salutis?

11. His igitur beatis actibus occupatam in tantum provexit divina clementia, ut etiam adhuc in palatio laica[a], Domino largiente, declararentur[b] pro[c] ea miracula. Denique[d] in Perunna[e] villa post prandium dum ambularet per[f] hortum sanctissima, rei retrusi[g] pro crimine succurri sibi clamabant, vociferantes de carcere. Ipsa[h], quid esset, interrogat[i]; mentiuntur ministri, quod mendicorum[k] turba quaereret elemosinam. Credens hoc illa, transmittit, quod[l] indigebat inopia. Interea a iudice conpelluntur tacere, qui tenebantur in conpede. Cum vero nox supervenisset, dum sibi cursum diceret, fractis vinculis, soluti[m] occurrunt sanctae de carcere. Quo cognito, reos se viderunt, qui beatae mentiti sunt, dum, qui[n] rei fuerant, de catenis soluti sunt.

12. Et quoniam frequenter aliqua occasione, Divinitate prosperante, casus ceditur ad salutem, ut haec religiosius[a] viveret, frater[3] interficitur innocenter[b]. Directa igitur a rege veniens ad beatum Medardum Novomago[c], supplicat instanter, ut ipsam[d], mutata
cf. 1. Cor. 7, 27. veste, Domino consecraret[e]. Sed memor dicentis[f] apostoli: *Si qua[g] ligata sit coniugi[h], non quaerat dissolvi,* differebat reginam, ne veste[i] tegeret monacham. Adhuc[k] beatum virum perturbabant[l] proceres et per basilicam graviter ab[m] altari retrahebant, ne velaret regi coniunctam, ne videretur sacerdoti, ut praesumeret principi subducere reginam non publicanam[n. 4], sed publicam. Quo sanctissima cognito intrans in sacrarium[o], monachica[p] veste induitur[q], procedit ad altare[r], beatissimum Medardum his verbis alloquitur, dicens: 'Si me consecrare distuleris et plus hominem quam Deum
cf. Gen. 9, 5. timueris, de manu tua, pastor[s], ovis anima requiratur'. Quo[t] ille contestationis concussus tonitruo[u], manu superposita, consecravit diaconam.

Capp. 9—12. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. 4*a*.

Cap. 9. a) mavorte: 1*a*; mavorte lineo savano novo auro 4*a*. b) ornato 4*a*. c) vestivit barbaro et a 3*a*; vestiebatur barbaro 4*a*. d) pueris, *superscr.* vel puellis 4*a*. e) *om.* 3*a*. f) indumento 3*a*. g) s. l. 1*b*; l. s. d. 3*a*. h) *om.* 3*a*. i) super altario divino 3*a*.

Cap. 10. a) reus gladio moreretur 3*a*. b) cuius 3*a*. c) *om.* 4*a*. d) processit 1*b*.

Cap. 11. a) laicam 3*a*. b) declararent 3*a*. c) *sic* 1*a*. *b*. 2; pro ea *om.* 3*a*; per eam (4*a*). d) Denique dum in — prandium ambularet 3*a*. e) *corr.* Perona castro 1*a*; Perrunna 1*b*; Berrona 3*a*. f) pro orto scisma 3*a*. g) et rusi 3*a*; trusi 4*a*. h) autem *add.* 4*a*. i) interrogabat 1*b*. k) t. m. 3*a*. l) *sic* 1*a*. *b*. 2. 4*a*; quo (3*a*). m) o. soluti 3*a*; sol. sanctae occurrunt 4*a*. n) dumque 3*a*.

Cap. 12. a) religiosus 3*a*. b) *in marg. suppl.* 2; innocentis. igitur directa 3*a*. c) *sic pr. m.* 1*a*. *b*. 2; Noviomagum 3*a*. d) ipse 1*a*. *b*. e) consecrarit 1*a*, *corr.* f) s. d. 3*a*. 4*a*. g) quae 3*a*. h) coniuge 3*a*. i) vestem 1*a*, *corr.* k) adhoc 1*b* *(e corr.)*. 4*a*; etiam *add.* 4*a*. l) proturbabant 1*b*. m) ad altare 1*b*, *corr.*; ab altario 3*a*; ab altare graviter 4*a*. n) non publi| 3*a*. o) secretario 3*a*. p) monachica, *e corr.* ca 1*a*; monachi:ica 2; monachi 3*a*. q) et *add.* 3*a*. r) et *add.* 4*a*. s) a pastore 1*a* *(e corr.)*. 2. 4*a*. t) qua 4*a*. u) *om.* 4*a*.

1) *Est velum.* 2) *Est linteum villosum; cf. Ducange ed. Henschel VI, p.* 1. 3) *Cf. Fortun. carm. de excidio Thoringiae v.* 124; *Greg. Hist. Fr. III*, 7: cuius fratrem postea iniuste per homines iniquos occidit *(Chlothacharius scil. rex).* 4) *Mulier publicana est meretrix; cf. Forcellini ed. de Vit IV, p.* 979.

13. Mox indumentum nobile, quo celeberrima die solebat, pompa comitante, regina procedere, exuta ponit in altare et blattis[a], gemmis, ornamentis mensam[b] divinae gloriae tot donis onerat per[c] honorem. Cingulum auri[d] ponderatum fractum dat opus in pauperum[e]. Similiter accedens ad cellam Sancti Iumeris[f] die uno, quo se ornabat felix regina, conposito, sermone ut loquar barbaro[g], stapione[h, 1], camisas[i], manicas, cofias[k, 2], fibulas, cuncta auro, quaedam gemmis exornata per circulum, sibi profutura sancto tradit[l] altario[m]. Inde procedens ad cellam venerabilis Datdonis[n] die, qua[o] debuit ornari praestanter in saeculo, quidquid indui[p] poterat, censu divite femina, abbate remunerato, totum dedit coenobio. Aequiter sancti Gundulfi[3] post facti[q] Mettis episcopi progressa receptaculo, non minore laboratu nobilitavit synergium[r, 4].

14. Hinc felici navigio Turonis adpulsa, quae suppleat eloquentia, quantum officiosam[a] quantumque[b] se monstravit munificam? Quid[c] egerit circa sancti Martini atria, templa, basilicam, flens, lacrimis insatiata, singula iacens per limina, ubi, missa revocata, vestibus et ornamento, quo se clariori cultu solebat ferre[d] palatio, sacro conponit altario[e]. Hinc cum in vicum Condate[f, 5], quo[g] gloriosus vir Martinus et Christi satis intimus senator migravit de[h] saeculo, ancilla Domini pervenisset, dedit non inferiora, Domini crescens in gratia.

15. Hinc cum in villa Suedas[a, 6] Pictavo[b] territorio iuxta praedictum vicum decenter accederet, itinere prosperante, qualem[c] se gessit per singula, quis enumeret[d] infinita? Quod in mensa sub fladone[7] sigilatium[e] panem[f] absconsum vel[g] ordeatium[h] manducabat[i] occulte, sic ut nemo perciperet. Nam ex illo tempore, quo, beato Medardo consecrante, velata est, usque ad infirmitatem praeter legumen[k] et[l] holera non[m] pomum, piscem vel ovum nec[n] quid[o] aliud edit[p], potum vero[q] praeter aquam mulsam atque piratium[8] non bibit, vini vero puritatem aut[r] medi[s] decoctionem cervisaeque[t] turbidinem[9] non[u] contigit.

16. Tum[a] more sancti Germani[10] iubet sibi molam secretissime deferri, ad quam

Capp. 13—16. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. *b* (*cf. n.* k). 4*a*.

Cap. 13. a) *sic* 1*a* (*pr. m.*). 2. 3*a*. 4*a*; oblatis 1*a* (*m. al.*); ablatis 1*b*. b) inmensa 3*a*. c) pro honore 3*a*. d) auro 3*a*. 4*a*. e) pauperes 3*a*. f) humeris 3*a*. g) *om.* 3*a*. h) stabionem 3*a*. i) *sic* 1*a*. *b*. 2. k) *redit* 3*b*. l) tradidit 4*a*. m) altari 2. 4*a*. n) Dadonis 4*a*. o) quo 3*a*. *b*. p) induere 3*a*. *b*. q) factis tamitis 3*a*; facti mitis 3*b*. r) *corr.* sinergio 1*a*.

Cap. 14. a) ociosam 1*b*. b) quam 3*a*. *b*. c) quod 1*b*. d) ornare in p. 4*a*. e) *sic* 3*a*. *b*, *cf. supra l.* 7; altari *rell.* f) Conditum 1*a* (*pr. m.*). *b*; Condatum 1*a* (*alt. m.*); Condotense 3*b*; Condatensem (4*a*). g) *sic* 3*a*. *b*; ubi *rell.* h) a 1*b*.

Cap. 15. a) Suaedas 2. 4*a*. b) Pectavo 3*a*; Pictavio 3*b*. c) qualiter (1*a*); quale 3*a*. d) enumerat 2. e) *sic* 1*a*. *b*. 4*a*; segalatium 2; selacio 3*a*; sic allato 3*b*; *cf. infra p.* 371, *l.* 23. f) p. a. s. 1*b*; pane absconso 3*a*. *b*. g) et (1*a*). 2. h) ordeacio 3*a*; ordeaceo 3*b*. i) manducavit 1*a* (*corr.*). *b*. k) legumen — vero praeter *om.* 3*a* (*non* 3*b*). l) *postea add.* 1*a*; *om.* 1*b*. m) *om.* 1*b*. n) ne 1*b*. o) *om.* 4*a*. p) ędidit *corr.* ędit 2; esui habuit 4*a*. q) *om.* 3*a*. *b*. r) atque 1*b*. s) medus 1*a*. 2; medis *corr.* medonis 1*b*. t) cervisiaeque *corr.* cervisaeque 1*a*. 2. u) n. c. *om.* 3*a*; non bibit 3*b*.

Cap. 16. a) tumore 1*b*.

1) *Cf. Graff, 'Ahd. Sprachschatz' VI, p.* 655. 2) *Capitis tegmen; cf. Forcellini ed. de Vit II, p.* 256. 3) *Gundulfi Mettensis episcopi praeter Fortunatum nemo mentionem fecit.* 4) *Monasterium; cf. du Cange ed. Henschel VI, p.* 472. 5) *Cf. Greg. Tur., H. Fr. X,* 31: (Martinus) obiit apud Condatensem vicum urbis suae. *Est Candes (Indre-et-Loire).* 6) *Saix.* 7) *Genus quoddam placentae, Gall. 'flan'; cf. Forcellini ed. de Vit III, p.* 92. 8) *Vinum ex piris factum; cf. Forcellini ed. de Vit IV, p.* 681. 9) *Liquor turbidus factus; cf. Forcellini ed. de Vit VI, p.* 214. 10) *Cf. V. S. Germani Autisiodorensis episcopi (ed. Narbey, 'Étude critique sur la vie de S. Germain d'Auxerre', Paris.* 1884, *p.* 47): In refectionibus primum cinerem praelibavit, deinde panem hordeaceum sumpsit, quem tamen ipse excussit et moluit.

totam[a] quadragesimam, in quantum quatriduana[b] refectio postulavit[c], oblationes etiam suis manibus faciens, locis venerabilibus incessabiliter[d] dispensavit. Ergo, quia apud sanctam non minus usus misericordiae quam erat concursus de plebe, nec[e] deessent[f] qui peterent[g], nec deficeret quod donaret[h], mirandum, ut omnibus satisfaceret. Unde thesauri[i] tot exuli, unde tot[k] divitiae peregrinae?

17. Quantum expendebat diurna redemptio, quod sola sciebat, quae petentibus deportabat? Nam praeter cotidianam mensam, qua refovebat matriculam, duobus semper diebus sabbati quintam[a] et sabbatum vicibus balneo parato, ipsa succincta de[b] savano[1], capita lavans egenorum, defricans, quidquid erat, crustam[c], scabiem, tineam, nec purulenta[d] fastidiens, interdum et vermes extrahens, purgans cutis putredines, singillatim capita pectebat[e] ipsa, quae laverat. Ulcera vero cicatricum, quae cutis laxa detexerat, cf. Marc. 6, 13. aut ungues exasperaverant, more euangelico oleo superfuso, mulcebat morbi contagium. Mulierum vero descendentium in tinam ipsa cum sapone a capite usque ad[f] plantam membra singula diluebat. Egredientibus exinde, si cui veterata[g] indumenta conspiceret, tollens rasa, nova reddens[h], ante pannosos faciebat venire cultos[i] ad prandium. Quibus congregatis, ministerio parato, ipsa aquam sive mappam singulis porrigebat et invalidis ipsa pariter os et manus tergebat. Hinc tribus ferculis inlatis, farcitis deliciis, stans ante prandentes ieiuna, praesens conviviis[k], ipsa incidebat panem, carnem, quidquid adponeret. Languidis autem et caecis non cessabat ipsa cibos cum cocleare[l] porrigere, cf. Luc. 10, 40. hoc praesentibus duabus, sed se[m] sola serviente, ut nova Martha[n] satageret[o], donec potulenti fratres laeti fierent[p] conviviis. Tunc illa removens se loco, ut ablueret manus, iam bene culto convivio, tota gratificabatur. Si quid audiret de fremitu, iubebat tamen, ut sederent, donec vellent[q] adsurgere.

18. Venerabili[a] vero omni[b] dominico die hoc habebat in canone vel[c] aestate vel hieme, ut pauperibus collectis primo[d] merum sua manu de potu dulci porrigeret, puellae postea committens, ut omnibus[e] illa propinaret, quia ipsa festinabat orationi[f] occurrere, quo et[g] cursum consummaret et sacerdotibus ad mensam invitatis occurreret[h], quos adhuc regali more, ad propria cum redirent, sine munere non laxaret[i].

19. Hanc quoque rem intremescendam qua peragebat dulcedine[a]? Cum leprosi venientes, signo facto, se proderent, iubebat adminiculae[2], ut, unde vel quanti essent, pia cura requireret. Qua sibi renuntiante, parata mensa, missorium, coclearcs, cultellos, cannas[3], potum et calices scola[b] subsequente, intromittebatur[c] furtim, quo se nemo perciperet. Ipsa tamen mulieres variis leprae[d] maculis[e] conprehendens in amplexu,

Capp. 16—19. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 16. a) tota quadragesima (1*b*. 4*a*) *et e corr.* 1*a*. 2. b) quatriduanam 2, *corr.* c) sua manu conmoluit *add.* 3*a*; commuluit *add.* 3*b*. d) incessanter 3*a*. *b*. 4*a*. e) ne 1*b*; ut nec (3*b*. 4*a*). f) deesset 2. g) *corr.* peteret 2. h) donaretur 2. (4*a*). i) tot thesauri 4*a*. k) unde ::: (*ras.* tot) peregrinae tot divitiae 4*a*.

Cap. 17. a) quintum et sabbato 1*a* *(pr. m.)*. *b*; quinti et sabbati 1*a* *(m. alt.)*; diebus quinta scilicet feria et sabbato 4*a*. b) *om.* 4*a*. c) crustae 4*a*. d) purulentam 2. e) pectinabat 3*a*. *b*. f) *deest* 2. g) inveterata 4*a*. h) reddebat 4*a*. i) cultus 2. k) *ita* 1*a*. *b*. 2; convivis *rell.* l) coceleariis 3*a*; coclea 3*b*. m) sola se 1*a*. *b*. n) Marta 1*a*. *b*. o) satagaret 1*a*, *corr.* p) ferverent 3*a*. *b*. q) assurgere vellent 4*a*.

Cap. 18. a) venerabile 1*a*, *corr.* b) *om.* 1*b*. c) *om.* 4*a*. d) primum 3*a*. *b*. e) omnes 2; *om.* 1*b*. f) orationi incurrere 1*b*; ad orationem recurrere 3*a*; orationi incumbere 3*b*. g) *e corr.* 1*a*; ad cursum 1*b*. h) *e corr.* 1*a*; occurrit 3*a*. i) relaxaret 4*a*.

Cap. 19. a) dulcedinem 1*a*, *corr.* b) s:ola 2. c) intromittebantur 3*a*. *b*; intromittebat 4*a*. d) lepra 1*a*, *corr.* e) l. perfusas maculis 4*a*.

1) *V. p.* 368, *n.* 2. 2) *i. e. ministra.* 3) *Cantharus, poculum, Germ.* '*Kanne*'; *cf. du Cange ed. Favre II, p.* 91.

osculabatur et vultum[a], toto diligens animo. Deinde, posita mensa, ferens aquam calidam, facies lavabat, manus, ungues et ulcera et rursus administrabat, ipsa pascens per singula. Recedentibus praebebat auri vel vestimenti[b], vix una teste, munuscula[c]. Ministra tamen praesumebat et[d] blandimentis sic appellare[e]: 'Sanctissima domina, quis te osculetur, quae sic leprosos amplecteris?' Illa respondit benivole[f]: 'Vere[g], si me non osculeris[h], hinc mihi cura nec[i] ulla est'.

20. Quae tamen, praestante Deo, diverso fulsit[a] miraculo. Denique, si quis pustulae desperaret de vulnere, offerebat[b] ministra sanctae folium pampani[c], mentiens sibi opus hoc[d] esse. Sic[e] vix[f] obtento signaculo, portans ad desperatum, vulneri superposito[g], mox occurrebat remedium. Item[h] frigoriticus[i], qui venisset, aut languidus, dicens in somnis se vidisse, ut pro sua salute feminae[k] sanctae occurreret, offerens[l] candelam alicui ex ministris, qua incensa[m] per noctem, morbus accipiebat mortem, morbidus[n] sanitatem. Quotiens autem, cum[o] cognovisset decubantem in lectulo, portans poma peregrina, dulce simul et[p] calidum[q], reficiebat aegrotum, et qui nec decimo iam die quid[r] percepisset, cibaria[s] ipsa mox administrante, languidus[t] accipiebat cibum pariter et salutem? Quod tamen ipsa imperabat, ne quis proferret in fabula[u. 1].

21. Quanta vero congressio popularis[a] extitit die, qua se sancta deliberavit recludere, ut, quos plateae non caperent, ascendentes tecta conplerent? Quid autem sanctissima ieiunii, obsequii, humilitatis, karitatis, laboris et cruciatus ferventer[b] indepta sit, si quis cuncta percurreret, ipsam praedicaret tam confessorem quam martyrem. Ergo[c] venerabilem praeter diem dominicum fuit sacratissimae omnis[d] dies ieiunium, lenticulae vel holeris prope ieiuna[e] refectio, non avem[f], piscem vel pomum nec ovum habens edulium[g]. Panis vero deliciarum sigilatium[h] fuit aut ordeatium[i], quem[k] absconsum[l] sub fladone sumebat, ne quis perciperet. Haec fuit etiam[m] potio aqua mulsa, piratium, sed modice libata[n] sitibunda potatio.

22. Prima quoque[a] quadragesima, qua se reclusit in cellula, donec fuisset transacta, panis non sumpsit cibaria, nisi die dominico tantum radices herbarum aut holera de malbis[b] sine olei gutta, sine sale conposita[2]. Verum aqua[c] toto ieiunio nec sumens[d] duo sestaria, hinc[e] tanta siti laborabat, ut, faucibus desiccatis, vix psalmum diceret

Capp. 19—22. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 19. a) vultus 3*a*. *b*; osculabatur in Deo eas toto 4*a*. b) vestimenta 2; solatium *add*. 4*a*. c) munifica 2. 4*a*. d) *sic* 1*a*. *b*. 2; et si 3*a*; *om*. 3*b*; eam (4*a*). e) appellari 1*a*, *corr*. f) benevolo 3*a*; *om*. 3*b*. g) venire non 3*a*; verum si me non 3*b*. h) osculas *m*. *al*. *corr*. oscularis 1*b*. i) cura nulla 1*b*; nulla cura 4*a*.

Cap. 20. a) fulgit 1*b*, *corr*. b) auferebat 1*a*. *b*, *ut infra*. c) *sic* 1*a*. *b*. 2. d) esse hoc 1*b*. e) si 1*a* (*corr*.). 2; sicque (4*a*). f) o. v. 4*a*. g) superpositum 4*a*. h) *sic* 3*b*; id est *pr*. *m*. 1*a*. 2; et 1*a* (*e corr*.); idem 1*b*. 2 (*e corr*.). 3*a*. 4*a*. i) frigoraticus 1*a* (*corr*.). *b*. k) s. f. 4*a*. l) offerebat 4*a*. m) accensa (3*a*. 4*a*). n) autem *add*. 1*b*. o) *om*. 3*a*. *b*. 4*a*. p) vel 1*a*, *corr*.; ad 1*b*, *corr*. q) calido 1*a* (*e corr*.). 3*a*. *b*. 4*a*. r) *om*. 4*a*. s) cibariae 3*a*; cibi 3*b*. t) *corr*. languidis 1*a*, *et sic* 1*b*. u) fabulam 1*a*. 3*b*. 4*a*.

Cap. 21. a) *om*. 1*b*. b) frequenter 4*a*. c) p. e. v. d. 3*a*; e. p. v. d. 3*b*. d) omnes 1*a*; omnibus diebus ieiunii 4*a*. e) *om*. 1*b*. f) *om*. 4*a*; non *add*. 3*a*; vel *add*. 3*b*. g) edulio 4*a*. h) *sic* 1*a* (*pr*. *m*.). *b* (*alt*. *m*.); sigilatius 1*a* (*alt*. *m*.). 4*a*; segilatium 1*b* (*pr*. *m*.); segalatium 2; secale 3*a*; sigale 3*b*; *cf*. *supra p*. 369, *l*. 36. i) *sic* 1*b*; ordeacium *corr*. ordeatius 1*a*; hordeacium 2; ordeum 3*a*; hordeum 3*b*; ordeaceus 4*a*. k) quam 2. l) abeconso 3*a*; absconse 3*b*. m) eius *add*. 4*a*. n) ac *add*. 4*a*.

Cap. 22. a) *om*. 4*a*. b) malva 3*a*. *b*. c) aquae (4*a*). d) d. sextaria sumens 4*a*; *post* sumens *add*. nisi 3*a*. *b*. e) *om*. 4*a*.

1) *Cf*. *Fortun*., *V*. *Mart*. *II*, 391: iam quoque Martini quae fabula fluxerit ore. 2) *Cf*. *V*. *Germani Autisiod*., *ed*. *Narbey p*. 46: non oleum, non legumen, nunquam vel sal ad usum condendi saporis accepit.

arida. Cilicium[a] etiam habens ad corpus pro linteo[b], iugiter[c] cursum decantans, peragebat vigilias; ante se cinerem[d] stratum, superiecto cilicio[1], hoc utebatur pro lectulo; ipsa requies fatigabat, cui parum videbatur hoc sustinere, corpusculum.

23. Adhuc monachabus omnibus soporantibus[a], calciamenta tergens et unguens, retransmittebat per singulas. Aliis quadragesimis aliquid relaxatius[b] quinta feria sumebat, deinde[c] dominica[d]. Nam et reliquo tempore praeter dies paschales ac summae festivitatis, donec infirmitas permisit, in cinerem[e] et cilicium[e] semper vitam duxit austeram, prius se levans, ut psalleret, quam congregatio surrexisset. Nam de officiis monasterialibus nihil sibi placuit, nisi prima serviret, et ipsa se castigabat, si bonum post alteram[f]. Ergo suis vicibus scopans monasterii plateas, simul[g] et angulos, quidquid erat foedum, purgans et ante sarcinans[h, 2], quod[i] aliis horret videre, non abhorrebat evehere. Secretum etiam purgare[k] opus non tardans, sed occupans[l], ferens foetores stercoris, credebat se minorem sibi, si[m] se non nobilitaret vilitate[n] servitii. Ligna subportans[o] brachiis, focum flatibus[p], forcipibus admonens, cadens[q] nec[r] laesa se retrahens[s], extra suam ebdomadam infirmantibus serviens, ipsa cibos decoquens, aegrotis facies abluens, ipsa calidum porrigens, visitabat quos fovebat, ieiuna rediens cellulam[t].

24. Illud quoque quis explicet, quanto fervore[a] excitata[b] ad coquinam concursitabat, suam faciens septimanam? Denique nulla[c] monacharum nisi[d] de posticio[e], quantum ligni opus erat, sola ferebat in sarcina. Aquam de puteo trahebat et dispensabat per vascula. Holus purgans, legumen lavans, flatu[f] focum vivificans, et ut decoqueret escas, satagebat exaestuans, vasa de foco ipsa levans[g], discos[h] lavans et inferens. Hinc, consummatis conviviis, ipsa vascula diluens, purgans nitide coquina[i], quidquid erat lutulentum[k], ferebat ima purgamina. Inde per aegrotantes inferens[l], ibat non[m] tepida, et priusquam exciperet Arelatensem[n, 3] regulam, ebdomada sub[o] transacta sufficienter ad omnes calidam[p] faciebat. Humilitate sanctissima pedes lavans et osculans, et adhuc omnes[q] prostrata deprecabatur veniam neglegentia[r] pro commissa.

25. Itaque post tot labores, quas sibi poenas intulerit[a], et ipse[b] qui voce refert perhorrescit. Quadam vice, dum[c] sibi latos[d] tres circulos ferreos diebus quadragesimae

Capp. 22—25. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 22. a) cilium 4*a*. b) ac *add.* 4*a*. c) iungit 2. d) cinerem servatum 3*a*; cinere strato 3*b*.

Cap. 23. a) soporantis *corr.* soporatis 2. b) relaxans 4*a*. c) et 1*b*. d) *sic* 1*b*. 2. 4*a*; die dominica 1*a*; die dominico 3*a*. *b*. e) *sic pr. m.* 1*a*. *b*. 2. f) faceret *m. al. in marg. add.* 1*b*; ageret *add.* 2; si bonum post alteram *om.* 3*a*; si ponebatur post alteram 3*b*; si bonum fecisset post alteram 4*a*: *verbum desideratur, cf. Carm. VIII*, 16, 1. g) vel a. 4*a*. h) *sic* 3*a*; ante sarcinas 1*a*. 2; *om.* 1*b*; (ante *om.*) sarcinas 3*b*. (4*a*). i) *sic* 1*a*. *b*. 2 (*at* orret 1*a*. *b*); quicquid alius horrebat 3*a*; aliis quod horret 3*b*; quas alii horrebant 4*a*. k) o. p. 4*a*. l) scopans ferebat 4*a*. m) et si 2. n) servitii villitate 4*a*. o) superportans 1*a* (*e corr.*). 3*b*. p) excitans *add.* 3*b*; et *add.* 4*a*. q) calens 2. r) ne *pr. m.* 1*a*. *b*. s) retrahebat 4*a*. t) cellam 1*a*. *b* (*pr. m.*); ad cellam 1*b* (*m. alt.*). 4*a*.

Cap. 24. a) q. servitio est exc. 3*a*; q. servicio exc. 3*b*. b) excita 4*a*. c) nullam 1*a* (*pr. m.*). *b*. d) ipsa *add.* (4*a*). e) de postio 1*a* (*sec. m.*); nisi depositio fieret *sec. m. superscr.* 1*b*. f) focum flatu 4*a*. g) lavans 1*b*; *om.* 3*a*. h) lavans discos 3*a*; discos levans 3*b*. i) *sic* 1*b*. 3*a*. *b*; quoquina 1*a*. k) foras in locum designatum *add. Surius*. l) necessaria *add. Surius*. m) intrepida 3*b*; intepida 4*a*. n) Ilaretense regula 1*b*. o) *om.* 1*b*. 3*b*. p) aquam *add.* 1*a*. *b*; faciebat humanitatem *pro* cal. — humilitate 4*a*. q) ante *add.* 3*a*. *b*; ac omnibus 4*a*. r) pro commissa neglegentia 3*a*. 4*a*.

Cap. 25. a) intulerat 1*a* (*sec. m.*). 2. b) ipsa quae 2; intulerit ipsa qui 4*a*. c) *om.* 4*a*. d) inlatos tres 3*a*; inlatas tres 3*b*; tres latos 4*a*.

1) *Cf. V. Germani Autisiod., ed. Narbey p.* 39: Spatium vero lectuli sui trabeculae dolatiles ambiebant, iniectos cineres usque ad marginem continentes. — — Stratum omne, subiecto cilicio et superposito uno tantum sagulo, fuit. 2) *i. e. in sarcinam colligere; cf. du Cange ed. Favre VII, p.* 309. 3) *Cf. supra p.* 359.

collo vel brachiis nexuit, et tres catenas inserens, circa suum corpus dum alligasset adstricte[a], inclusit durum ferrum caro tenera supercrescens. Et transacto ieiunio, cum voluisset catenas sub cute clausas extrahere nec valeret, caro per dorsum atque pectus super ferrum catenarum est incisa per circulum, ut sanguis fusus ad extremum exinaniret corpusculum.

26. Item[a] vice sub[b] altera iussit fieri laminam in signo Christi oricalcam[c], quam accensam in cellula[d] locis duobus corporis altius sibi inpressit, tota carne decocta. Sic, spiritu flammante, membra faciebat ardere. Adhuc aliquid gravius in se ipsa tortrix excogitans una quadragesimarum super austerum ieiunium et sitis torridae cruciatum, adhuc[e] lima cilicii membra tenera setis asperis dissipante[f], iubet portare aquamanile[g, 1] ardentibus plenum carbonibus. Hinc[h] discedentibus reliquis, membris trepidantibus, animus armatur ad poenam, tractans, quia non essent persecutionis tempora, a[i] se ut fieret martyra[k]. Inter haec, ut refrigeraret tam ferventem[l] animum, incendere corpus deliberat, adponit aera candentia, stridunt membra crementia[m], consumitur cutis, et[n] intima, quo attigit ardor, fit fossa. Tacens tegit foramina, sed conputrescens[o] sanguis manifestabat[p], quod vox non prodebat in poena. Sic femina pro Christi dulcedine tot amara libenter excepit. Hinc actum est[q], quod ipsa abdiderit[r], hoc miracula non tacerent.

27. Itaque matrona Gislaadi[a] proceris[b] nomine Bella, sed longa caecitate miserrima, rogavit se de Francia[2] Pictavis ad sanctae duci devote[c] praesentiam. Quam, licet tarde exorata[d], sibi fecit occurri[e] per tetrae noctis silentia. Prostrata[f] cuius ad genua, ut dignaretur oculos eius signare, vix impetrat. Quae mox[g] in nomine Christi signum crucis inpressit, caecitas fugit[h], lux rediit et nocturno sub tempore orbae diu dies inluxit, ita ut[i], tracta cum venisset, nullo ducente, recederet.

28. Item puella Fraifledis[a], inimico instigante, dum torqueretur tam[b] nequiter, Suedas[c] inter manus sanctae, nec data dilatione, curari promeruit. Nec illud praetereatur, tempus beatae quod praestitit. Femina[d] quaedam Leubila[e], dum vexaretur in[f] rure ab[g] adversario graviter, sequenti die, sancta orante, nova Christi curatione, in scapula crepante cute et verme foras exeunte, sana est reddita publice, et ipsum vermem calcans pede, liberata[h] se retulit.

29. Illud quod gessit in secreto proferatur[a] in[b] populum. Monacha[c] quaedam

Capp. 25—29. 1*a. b.* 2. 3*a. b.* 4*a.*

Cap. 25. a) abstricte 1*b*; adstrictius 3*a*; astrictius 3*b*.

Cap. 26. a) Idem 2. b) *om.* 4*a*. c) auricalcam 3*a*; aurichalcam 3*b*; laminam de auricalco in signo Christi 4*a*. d) cella 1*a. b*; cellulam 4*a*. e) ad ima 3*a*; adhuc ad ima 3*b*. f) dissipantem 3*a. b*. g) manile plenum ard. 4*a*. h) huic 1*b* (*pr. m.*). i) a se *om.* 3*b*. 4*a*. k) martyr 2. (4*a*). l) ferventer 1*a*. m) *sic* 1*a. b*, *rhythmo firmatum*. n) *om.* 4*a*. o) conputrescentibus sanguis 3*a*; conputrescente rivus sanguinis 3*b*. p) *om.* 3*a*; prodidit 3*b*. q) ut *add.* 2 (*sec. m.*). (3*a. b.* 4*a*); *om.* 1*a. b*. r) addiderit 1*a. b.* 3*a. b*.

Cap. 27. a) Gislodi 4*a*. b) proceriris 1*b*. c) devotae 3*a*; devota 3*b*. d) exoratam 1*a*. 3*b*. e) adduci 4*a*. f) ad cuius genua prostrata, vix impetrat, ut dignaretur oculos eius tangere (*superscr.* ł signare) 4*a*. g) ut *add.* 1*b* (*sec. m.*). 2. h) fulgit 1*a*, *corr.* i) ita in 1*b*.

Cap. 28. a) Frailindis 3*a*; Friafledis 3*b*. b) *om.* 4*a*. c) *sic* 1*b*. 3*a*; Suaedas 2; *om.* 3*b*. 4*a*; *cf. supra p.* 369, *l.* 18. d) feminam 1*a*, *corr.* e) Leubilo 1*a*. 2; Letibilo 1*b*, *corr.*; Leobila 3*a*. f) in ru::re 1*a*; irrue *sec. m. corr.* irruente 1*b*. g) adversatio *sec. m. corr.* adversario 1*b*. h) liberatam 1*a. b*.

Cap. 29. a) profertur 3*a. b*. b) in populum, *superscr.* ł in puplicum 1*a*; in publicum 1*b*. c) *a* monacha *caput incipit* 3*a. b*.

1) *Forcellini ed. de Vit I, p.* 348, *huncce locum e Sacrament. Gelas. attulit:* Aquamanile, hoc est vas manuale, quo scilicet manus lavantur. 2) *Francia pro Neustria accipitur; cf. Waitz, 'VG.' II*, 1, *p.* 154[3].

toto anno in die gelata frigore, per noctem cremata igne, sex mensibus nec gressum movens, cum iaceret exanimis, sanctae de eius infirmitate soror altera nuntiavit. Et quia perinanis esset, tepidam fieri praecepit, ipsam[a] aegrotam ad se facit[b] in cellulam[c] deportari et in tepida[d] deponi. Hinc iubet omnes removeri, remanente tantum sola[e] simul aegrota cum medica fore per horas duas. Quantum est corporis[f] forma, a capite usque ad[g] plantam[h] infirma membra conbaiulat. Dehinc[i], quo manus attingebat, fugiebat dolor[k] de languida, et[l], quam duae[m] deposuerant, exiit salubris de[n] tepida; quae vinum nec odorabat, accepit, bibit et refecta[o] est. Quid plura? Sequenti[p] die, cum iam speraretur[q] migrare de saeculo, salva[r] processit in publicum.

30. Adiciatur laudi, quod non deperiit[a] merito. Mulier quaedam dum inimici invasione graviter laboraret, et vix ad sanctam potuissent hostem[b] rebellem adducere, imperat adversario, ut se[c] suo cum[d] timore[e] pavimento prosterneret. Mox ad beatae sermonem in terra[f] se deiciens, qui timebatur extimuit. Cui sancta plena fide cum calcasset in cervice[g], fluxu ventris egressus est. Est[h] et in rebus minimis magna[i] gloria Creatoris. Ergo casu dum[k] glomus[l], quem sancta filaverat, perpenderet[m] de camera, veniens sorix[n], ut tangeret, antequam filum incideret, mortuus in[o] morsu pependit.

31. Inseratur operi res tam digna miraculo[a]. Floreius[b] quidam[c] nomine[d] homo eiusdem sanctae pro piscatione dum in mare satageret, oborto[e] ventorum turbine[f], fluctuum surgente mole nec tam nauta sentinante[g], quam unda supervergente, cum navis plena submergeret, in extremitate clamat: 'Sancta Radegundis, dum tibi oboedimus, non subsidamus[h] naufragio, sed obtine apud Deum, ut liberemur de pelago'. Quo dicto, mox fugata nube, reddita serenitate, unda cadente[i], prora surrexit.

32. Goda puella saecularis post Deo monacha serviens, dum longo sub tempore lecto flebilis decubaret et, inpenso multo medicamine, plus langueret, facta candela ad mensuram suae[a] staturae, Domino miserante, in nomine sanctae feminae[b], qua hora frigus speraret, lumen accendit et tenuit, cuius beneficio ante fugata[c] sunt frigora, quam esset candela consumpta.

33. Si propter brevitatem multa praetermittimus, plus[a] peccamus. Igitur purgatis velociter[b] reliquis, dilatato[c] remedio, carpentarii cuiusdam uxor dum[d] plurimis diebus inergumine[e] torqueretur[f], venerabilis eius abbatissa iocolariter dicit ad sanctam: 'Crede, mater, excommunico te, si intra hoc triduum mulier haec ab hoste purgata non redditur'. Dixit plane, sed fecit sanctam[g] mulierem occulte reficiendi tempore paenitentem[h]. Quo[i] ne moremur, quid actum sit, altera die, sancta[k] precante, adversarius

Capp. 29—33. 1*a. b.* 2. 3*a. b.* 4*a.*

Cap. 29. a) et egram ipsam 4*a.* b) fecit 3*a. b.* 4*a.* c) cellam 1*a. b*; cellula 2. d) tapete 3*a. b*; tepida aqua d. 4*a.* e) *om.* 4*a.* f) f. c. 1*b.* g) *om.* 2. h) plantas infirmae 3*a. b.* i) deinde cum 1*b*; dein quo 4*a.* k) *om.* 1*b.* l) *om.* 3*a. b.* m) diu 1*b.* n) de tepida *om.* 3*a*; de tapete 3*b.* o) refecit 3*a*; reficit 3*b.* p) Sequente 2. q) speraret 2; spectaretur 3*a. b.* r) sana 4*a.*

Cap. 30. a) deperit 2. 4*a*; de *add.* 4*a.* b) r. h. 4*a.* c) *om.* 1*b.* d) *om.* 1*b.* e) tumore 3*a. b.* f) terram 2. (4*a*). g) cervicem 1*a.* 3*b.* h) *om.* 3*a.* 4*a*; extitit *pro* est et 3*b.* i) est *add.* 4*a.* k) *sic* 1*a.* 2. 3*b.* 4*a.* l) globus 3*a. b*; *cf. Fort., de virt. S. Hil.* §. 15. m) penderet 1*a (e corr.).* 3*a. b.* n) *sic* 1*a.* 2. 3*b*; surix 1*b*; surrexit 3*a*; sorex (4*a*). o) p. in m. 4*a.*

Cap. 31. a) miracula 1*a. b, in utroque corr.*; *om.* 3*b.* b) Foreius 1*b.* c) qui dicitur 1*a. b.* d) *om.* 4*a.* e) aborta 1*a. b, in utroque corr.*; obortu *pr. m.* 2; aborto 3*a. b.* f) turbidine 1*a (corr.). b.* g) se inante *sec. m. corr.* se inaniente 1*b*; sentinam 3*a*; sent̄ 3*b.* h) subdamur 4*a.* i) cadentem 1*a, corr.*

Cap. 32. a) staturae suae 3*a*; suae naturae 3*b.* b) *om.* 1*b.* c) figurata 1*a, corr.*

Cap. 33. a) p. p. *om.* 1*b.* b) r. v. 4*a.* c) dilato 2. d) in *add.* 1*a.* e) *sic* 1*a. b (pr. m.)*; inergumino 2; in energumino 4*a.* f) spiritu *add.* 4*a.* g) sancta 3*a. b.* h) penitere 4*a.* i) quod 2. 3*a (e corr.)*; sed ne moremur dicere quid 4*a.* k) *om.* 1*b.*

rugiens per aurem egrediens[a], invasum vasculum deserit[b]; mulier cum marito[c] sospes redit[d] hospitium. Nec illud praetereatur, quod est actum simillimum[e]. Rogat beatissima, de loco suo evelli arborem validam lauri et ad suam cellulam[f] pro iocunditate transferri. Quo facto, transplantata non adhaerente radice, fit tota[g] foliis arida. Cui abbatissa ilocaliter inputat[h], nisi exoraret, ut arbor terrae adhaereret, se de[i] cibo suspenderet. Quod non inaniter dictum est; nam, sancta intercedente, foliis, ramis[k], radice laurus siccata reviruit.

34. De monachabus quaedam sibi familiarior[a], cuius ex humore sanguis contexerat oculum, adprehensa herba absinthii[b], quam sancta circa pectus, ut refrigeraret[c], habuerat, cum super oculum posuit, dolor et cruor mox effugit[d], et de viriditate herbae puritas lucis emicuit. Revocetur memoriae[e], quod tacitum[f] paene praeteriit. Andoredus agens eiusdem beatissimae, cum sibi filii nascerentur, quos, ut videret, mox[g] perderet, et cogitaret sepelire mater tristis[h], dum pareret, exanimem infantulum lacrimosi parentes iactant[i] in sanctae cilicium. Qui[k] saluberrimam vestem mox[l] panni nobilis attigit, ad officium vitale redit[l] infans de funere, et rubens levat[m] de pallio pallor vicinus[n] ad tumulum.

35. Quis numeret mirabilia, quae Christi misericors operatur clementia? Animia monacha dum tanto[a] hydropis morbo tumefacta tenderetur, ut salus esset in ultimo, et deputatae sorores spectarent, quo momento exhalaret[b] spiritum, visa[c] est illi per soporem[d] cum veneranda abbatissa beata Radegundis in balneo sine liquóre nudam iuberet[e] descendere. Deinde manu[f] beatae[g] visa est[h] oleum aegrotae super caput effundere et nova veste contegere. Quo peracto mysterio[i], evigilanti[k] de sopore de[l] morbo nihil apparuit, ita ut nec subsudasset, et intus aqua[m] consumpta sit. Quo novo sub[n] miraculo non reliquit in utero nec[o] morbus vestigium. Nam quae credebatur deferri praeceps ad tumulum, levat ad[p] cursum de lectulo, ut olei testimonium[q] odor inesset capitis et ventris nulla[r] pernicies.

36. Proferatur in medio, quo[a] gratuletur regio[b]. Quadam vice, obumbrante iam noctis crepusculo, inter coraulas[c] et citharas dum circa[d] monasterium a saecularibus multo fremitu cantaretur, et sancta[e] duabus testibus perorasset diutius, dicit quaedam monacha sermone ioculari[f]: 'Domina, recognovi, unam[g] de meis canticis a saltantibus praedicari'. Cui respondit: 'Grande est, si te delectat coniunctam[h] religioni audire odorem saeculi'. Adhuc soror pronuntiat: 'Vere, domina, duas[i] et tres hic modo meas[k] canticas audivi quas tenui'. Sancta respondit: 'Teste[l] Deo, me nihil[m] audisse

Capp. 33—36. 1a *b*. 2. 3a. *b*. 4a.

Cap. 33. a) egressus 4a. b) deseruit et mulier 4a. c) *sic* 1a *(pr. m.)*. 2. 3a. *b*. 4a; merito 1a *(sec. m.)*. *b*. d) h. r. 3a; redit in hospicio 3b; revisit hospitium 4a. e) similium 2. f) cellam 1a. *b*. g) toto 2. h) quod *add*. 4a. i) a 4a. k) et *add*. 4a.

Cap. 34. a) familior 1b. b) *sic* 3b. 4a; absentii 1a. 2. 3a; absenthii 1b; *cf. Fort., V. M. IV*, 546. c) refrigeraretur 4a. d) effugiit 2, *corr*. e) memoria 2. f) tacite 3a. *b*. g) et *add*. 1a. *b*. h) *corr*. tristes 1a. i) iactent 2, *corr*. k) ut *add*. (4a). l) *om*. 4a. m) pallor vicinus tumulo levat de pallio 4a. n) vicinis 1b, *corr*.

Cap. 35. a) tantum 2. (4a). b) exaltarent, *exp*. n 1b. c) visum 4a. d) quod *add*. 4a. e) *ita* 1a. *b*. 2; iubere *rell*. f) manus 4a. g) beata 1a. *b*. h) s. e. a. o. e. 4a. i) ministerio 4a. k) evigilante 1a. *b*; vigilante 2. l) nil de m. in ea apparuit 4a. m) aquam 1a. n) *om*. 4a. o) *sic* 1a. *b*; nec morbi (2); nec mors nec morbi (morbus 3b) 3a. *b*; morbus nec 4a. p) de lectulo ad cursum 4a. q) testimonio 3a. *b*; olei odor inesset capiti ad testimonium 4a. r) foret *add*. 4a.

Cap. 36. a) tota *add*. 4a. b) religio 3a. *b*. c) corollas 1a. *b*. 2 *(e corr.)*. 3a. 4a; carollas 2 *(pr. m.)*; coraulis *Fort., carm. III*, 6, 47. d) carca 1a, *corr*. e) cum *add*. 4a. f) seculari? 1b, *corr*. g) unum 4a. h) coniuncta 2; coniunctae 4a. i) duo et tria 1a *(e corr.)*. 4a. k) de meis canticis audivi quae 1a *(e corr.)*; m. cantica audivi que retinui 4a. l) testor 4a. m) fateor *sec. m. add*. 1a.

modo saeculare[a] de cantico'. Unde manifestum est, ut[b] carne licet in saeculo[c], mente quod[d] tamen esset in caelo.

37. Praedicetur in laude Christi more beati Martini[1] tempore praesenti antiqui norma miraculi. Cum beatissima femina reclusa esset in cellula, audivit fletum de monacha et signi[a] tactu venientem, quid illud[b] esset, interrogat. Quae mortuam sororem nuntiavit infantulam et, frigida[c] qua[d] lavaretur, paratam esse iam calidam. Condolens sancta tunc imperat, ut cadaver ipsius suam deferret[e] in[f] cellulam. Quo sibi deportato[g], excepit[h] manu propria, reclausa[i] post se mox ianua, iubens[k] longe discedere[l], ne quis sentiret, quid ageret; sed, quod occulte gessit, celare[m] diu non potuit. Inter[n] haec, dum defunctae exsequiae praeparentur[o], fere per horas septem mortuae[p] tractat corpusculum. Sed Christo vidente fidem, cui negare non potuit, reddita prorsus salute, surgit haec ab oratione, resurgit[q] illa de funere, et se tunc sublevat vetula, cum revixisset infantula. Quam, tacto[r] iterum signo, laetificata reddit vivam, quam flens acceperat mortuam.

38. Commemoretur et illud nobile factum. Per somnium tribunus fisci cogno-
587, Aug. 13. mento Domolenus die qua sanctissima migravit[2] de saeculo, dum graviter suffocationis totus languore deficeret, videbatur ipsi[a], quod sancta in vicum[b] eius dignabiliter accessisset. Currit[c], salutat, interrogat, quid beata requireret. Tunc ipsa dicit, quod ad[d] eum[e] illic[f] videndum pervenerit. Et quia votum plebis erat, ut beati Martini oratorium conderent[g], adprehendit tribuni manum beatissima, dicens: 'Hoc loco[h] sunt confessoris venerandae reliquiae, per hoc aedificate templum, quod sibi ducat dignissimum'. Quale[i] Dei mysterium[k]! Fundamentum et pavimentum repertum est, quo[l] basilica facta est. Adhuc in ipso sopore manum trahit[m] per fauces eius, et gulam diu deliniens, insuper et hoc dicens: 'Veni, ut tibi melior a Deo sanitas conferatur'. Et[n] videbatur sic rogare[o]: 'Per meam vitam ut propter[p] me relaxes[q] illos quos habes in carcere'. Evigilans tribunus refert quod viderat coniugi, dicens: 'Vere credo, quod hac[r] hora exiit sancta de saeculo'. Dirigit ad civitatem, ut[s] per hoc vera cognosceret; transmittit ad carcerem, qui[t] septem reos ibi[u] retentos admonitus relaxaret. Redeunte transmisso[v], refert, ea hora migrasse[w] iustam de saeculo, et triplici mysterio, carcere relaxato[x], tribuno sano reddito, aedificato templo, sanctae probavit oraculum.

39. Sed de beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur in[a] miraculis amplitudo, qua[b] pietate,

Capp. 36—39. 1*a*. *b*. 2. 3*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 36. a) de s. c. 4*a*. b) quod 4*a*. c) secundo 1*b*, *corr*. d) *ita* 1*a* *(delet.)*. 2. 3*b*; *om. rell.*

Cap. 37. a) signo tacto 1*b*. 3*a*. 4*a*; signo tactu 3*b*. b) *om*. 4*a*. c) frigidam (4*a*). d) quo 1*b*. 3*a*. *b*. e) deferretur 1*b*. f) ad 4*a*. g) portato 1*b*. h) excepiens *corr*. excipiens 4*a*. i) et clausa 4*a*. k) iubet longe eas discedere 4*a*. l) discere 1*a*. m) celari 2. (4*a*). n) interea dum 4*a*. o) praepararentur 1*a*; praeparantur 2. (3*a*); pararentur 4*a*. p) mortuum 3*a*. *b*. q) surgit illa 1*b*; illa resurgit 4*a*. r) *sic* 3*a*. *b*; tactu iterum signo 1*a* *(pr. m.)*. *b*; tactu iterum signi 1*a* *(sec. m.)*. 2. (4*a*).

Cap. 38. a) ipse 1*a*. *b*. 2, *corr*. 1*a*. 2. b) vico 3*a*. *b*. c) percurrit 4*a*. d) *sec. m. add*. 1*a*. e) *om*. 1*b*. f) *om*. 3*a*; ibi 3*b*. g) construerent 3*a*; conderetur 3*b*. h) locum 1*a*, *corr*. i) o quale 4*a*. k) in quantum sancta designavit, postea tantum *add*. 3*a*. *b*. l) quod 1*a*. *b*. m) trahens 4*a*. n) *om*. 4*a*. o) rogari 1*a*. 2 *(corr.)*. 3*b*. p) propter me *om*. 4*a*. q) relaxas 1*a*, *corr*. r) hora hac 1*a*. *b*. s) u 2. t) quo 4*a*. u) *om*. 1*b*. v) misso 4*a*. w) i. m. 4*a*. x) vacuato, tribuno sanitati r. 4*a*.

Cap. 39. a) *om*. 3*a*. *b*. b) quae 3*a*. *b*.

1) *Sulp. Sev., V. Mart. c*. 7. 2) *De obitu Radegundis cf. lib. II, c*. 21.

parcitate, dilectione, dulcedine, humilitate, honestate, fide, fervore sic[a] vixerit, ut et ad[b] ipsam post obitum gloriosi transitus mirabilia prosequantur.

EXPLICIT[c] LIBER I.

LIBER[a] II.

DOMINABUS[b] SANCTIS MERITORUM GRATIA DECORATIS DEDIMIAE[c, 1] ABBATISSAE VEL OMNI CONGREGATIONI GLORIOSI[d] DOMINAE[e] RADEGUNDIS BAUDONIVIA HUMILIS OMNIUM.

Iniungitis mihi opus agere non minus inpossibile, quam[2] sit digito caelum tangere[f], (Fort. V. Hil. c. 2.) ut de[g] vita sanctae dominae Radegundis, quam obtime nostis, aliquid dicere praesumamus. Sed istud illis debetur[h] iniungi, qui habentes[i] intra se fontem eloquentiae[3]. (Fort. V. Marc. c. 1.) Unde quicquid illis iniungitur, carmine irriguo copiosius explicatur. Verum econtra[k], quicumque angustae intellegentiae sunt nec habent affluentiam eloquii, per quam vel[l] alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum per[m] se aliquid dicere[n] appetunt[o], verum etiam, si quid eis iniunctum fuerit, pertimescunt. Quod in[p] me hoc[q] recognosco, quae sum pusillanimis, parvum habens intellegentiae eloquium, quoniam, quantum doctis proloqui[r], tantum indoctis utile fit[s] tacere. Nam illi[t] de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre; et ideo quod ab aliis quaeritur, ab aliis formidatur. Cum sim ego[u] minima omnium minimarum, quam[v] ab ipsis cunabulis ante (Fort. V. Hil. c. 1.) sua vestigia peculiarem vernulam familiariter[w] enutrivit, ut[x] inpensi muneris[y] de eius claro opere, etsi non plene, vel ex parte[z] conplexa perstringerem[a], quatenus[b], dum sui gregis auribus eius gloriosae vitae praeconia[c], etsi non digno[d], devoto tamen eloquio[e], benignis-

Cap. 39. 1a. b. 2. 3a. b. 4a. *Prologus.* 1a. b. 4a. 5a. c.

Cap. 39. a) *om.* 4a. b) *ita* 1a. b. 2; ut adhuc 3a. b; ut et (4a). c) *ita* 1a; *om.* 2; EXPLICIT VITA BEATAE RADEGUNDIS 3a; adiuvante Dn̄o, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen *add.* 3b; humanae eloquentiae modus ammirando attonitus viribus explicare minime valet. EXPLICIT VITA SANCTAE RADEGUNDIS EDITA A FORTUNATO EPISCOPO *add.* 4a; humanae eloquentiae modus admirando attonitus pre viribus explicaro minime valet. Sit tamen illi qui dedit gloria, laus et imperium in saecula saeculorum. Amen. EXPLICIT LIBER PRIMUS VITAE SANCTE RADEGUNDIS REGINAE (EXPLICIT VITA SANCTAE RADEGUNDIS VIRGINIS 5c) 5a. c. *Sequitur Vita S. Radegundis a Baudonivia composita* 1. 2. 4a. 5.

Prologus. a) *liber in codicibus ita inscriptus est:* INCIPIT PROLOGUS BAUDONIVIAE DE MIRACULIS SC̄AE RADEGUNDIS VIRḠ 1b; ITEM DE VITA BEATAE RADEGUNDIS COMPOSITA AB UNA EX SANCTIS MONIALIBUS IUGITER CUM EA CONVERSANTIBUS 2, *ubi prologus desideratur;* INCIPIT PRAEFATIO SEQUENTIS LIBRI 4a; INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO SECUNDO 5a; INCIPIT PROLOGUS LIBRI SECUNDI 5c. b) Dominis 5a. c) Didimiae 5c. d) *sic* 1a. b, *in utroque corr.* e) domne 5c, *saepius.* f) scilicet *add.* (4a). g) vitę *corr.* de vita 1b. h) debet (4a). i) *sic* 1a *cum V. Marcelli;* habent 1a *(e corr.).* b. 5a. c. k) et contra 5c. l) et 5c. m) ut per 5a. c. n) non *postea in marg. add.* 1b: *in cod. V. Marcelli P desideratur.* o) appetant 5a. c. p) imme 4a. q) *eras.* 1a; ego (4a). r) ut est disputare 5a; utile est disputare 5c. s) *corr.* sit 1a. t) sciunt *add.* 1a. b; *om.* 4a *et Fortun.;* de p. sciunt (5a. c). u) igitur (4a). v) me 5a. c. w) familiarem vernulam 5a. x) uti 4a. y) numeris 1b, *in marg. corr.* z) aliquid *add.* 5a. c. a) pertringerem 1b, *corr.* b) Unde quo sui 5a. c. c) pandentur *add.* (4a). d) dignum 5a. e) pandam *add.* 5a. *e: verbum resonarent desideratur.*

1) *Dedimiae abbatissae nisi a Baudonivia mentio nulla fit; cf. Gall. Christ. II,* p. 1301. 2) *Prologi maximam partem Baudonivia ex iis exscripsit, quos Fortunatus Vitis Hilarii et Marcelli praemisit.* 3) *Verba* de ipso sicco themate didicerunt undas haurire *scite suppressit Baudonivia.*

simae vestrae voluntati oboediens pareo, vestra[a] me oratione iuvari[b] peto, quae sum minus docta, plus devota. Non ea quae vir apostolicus Fortunatus[c] episcopus[1] de beatae vita conposuit iteramus, sed ea quae prolixitate[d] praetermisit[e], sicut ipse in libro suo disseruit, cum[f] diceret[2]: *De beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur*[g] *amplitudo.* Ergo, inspirante divina potentia, cui beata Radegundis placere studuit in saeculo et cum quo regnat post saeculum, non polito, sed rustico temptamus de his quae gessit sermone[h] appetere et de multis[i] eius miraculis pauca conplectere[k].

EXPLICIT PROLOGUS[l].

INCIPIUNT CAPITULA[a] LIBRI SECUNDI.

Prologus. 1*a*. *b*. 4*a*. 5*a*. *c*. *Index.* 1*a*. *b*. 4*a*.

Prologus. a) vestraque 5a. c. b) p. i. (4*a*). c) Fortin. 1*b*, *corr.* d) sui *add.* (4*a*). e) omisit, supplere cupimus 5*a*. *c*. f) disseruit. Cum dicere de 1*a*. g) miraculis *add.* 5*c*: in miraculis *add.* *Fortun.* h) aliquid *add.* 5*a*. *c*. i) virtutibus vel miraculis complecti 5*a*. k) *sic* 1*a*. *b*; complecti *rell.* l) *sic* 1*a*; *haec om.* 1*b*; EXPLICIT PREFATIO 4*a*.

Index. a) KAPITULA DE MIRACULIS S̄ RAD̄. I. De 1*b*; *indicem om.* 2; L. S. *om.* 4*a*. b) *om.* 4*a*. c) Clothario 4*a*. d) qua v. navim 4*a*. e) quod 4*a*. f) predictus 4*a*. g) Quomodo 4*a*. h) Chotharii 4*a*. i) P. pervenit, ubi m. 4*a*. k) in — introivit *om.* 1*b*. 4*a*, *at infra c.* 5. *haec verba exstant.* l) Quomodo idem r. 4*a*. m) venit 4*a*. n) ut — accederet *om.* 1*b*; et 4*a*. o) ut 1*b*. p) domina, *sed infra* domno 4*a*. q) misit 4*a*. r) eo 1*a*; *tr.*, ut rex ipsum ēpm transmisit, ut eam venia p. 1*b*; et quod idem r. eundem ep. ad s. misit pro petenda venia, *om.* quod — fecit 4*a*. s) quod — pauperum *om.* 4*a*. t) eius *add.* 4*a*. u) *om.* 1*b*. 4*a*. v) b. e. 4*a*. w) vel — fecit *om.* 1*b*; et 4*a*. x) eius *add.* 4*a*, *ubi* quam — fecit *des.* y) tonnula 4*a*. z) quam — dispensavit *om.* 1*b*. a) ipsam in anno ipso congrēḡ 4*a*. b) Nammeco *corr.* Nammezo 4*a*. c) i. — inluminavit *om.* 1*b*; ipsa *om.* 4*a*. d) vernula 4*a*. e) N. *fere* 1*b*; *om.* 4*a*. f) Vinoberga *in textu c.* 12. g) p. s. in e. c. 4*a*.

1) *Cf. Paulus, H. Lang. II*, 13: (Fortunatus) Pictavis pertransiens, illuc habitavit — —; novissimeque in eadem civitate primum presbiter, deinde episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit. 2) *Fortun., V. Radeg. c.* 39.

13. De reliquiis sancti Andreae et aliorum, quas in Ategia[a] villa congregavit, et in villa Suedas ei[b] in visu angelus Domini obtulit.

14. De domini[c] Mammetis pignore[d], quod ipsa domina[e] Radegundis desideravit.

15. De eo quod vir inluster[f] nomine Leo de[g] cilicio domine[h] Radegundis lumen recepit.

16. De ligno sanctae crucis, propter quod ad imperatorem transmisit[i], ut[k] de ipso pignore impetraret, quod ita et fecit.

17. De missis suis[l], quos transmisit[m] domino imperatori gratias agere, et eo quod in mari pereclitantur[n].

18. De eo quod per signum crucis milia[o] milium daemonia de[p] monasterio visibiliter fugavit.

19. De nocturna[q] ave, quae[r] in monasterio cantavit, quomodo[s] per iussionem suam ministra fugavit.

20. De eo quod ante annum transitus sui vidit in visu locum sibi paratum.

21. De eius transitu vel[t] planctu, qualis ibi fuit.

22. De lapidariis qui operabantur[u]; in ipso transitu audierunt angelum loquentem de ea.

23. Gregorius episcopus Turonensis[1] ad sepeliendum[v] eam venit[w]; vidit in speciae hominis vultum angelicum splendidissimum.

24. De[x] eo quod sub muro ipsius monasterii corpus eius portaverunt, ubi et caecus lumen recepit.

25. De eius[1] cereis, quos puer tenebat ad sepulchrum eius, quales[y] virtutes Dominus fecit.

26. De Abbone[z] abbate, qui[a] validum[b] incurrit dentis dolorem; venit[c] ad sepulchrum dominae Radegundis et morsu pallam corporalem accepit sanitatem.

27. De feminis vexatis, quae[d] in basilica sancti Hilarii baccabantur[e]. Arnegisilo abbate ex monasterio sanctae Radegundis sequentes[f], de basilica sancti Hilarii usque ad sepulchrum sanctae Radegundis inergumini clamantes venerunt, et ibi sanitatem receperunt.

28. De eius palla, quae[g] super tumulum ipsius erat, quam[h] custos intinxit in calicem aquae, et, dato febricitanti poculo, statim sanitatem recepit.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIUNT[a] EIUSDEM VIRTUTES.

1. Igitur de beatae Radegundis vita, in primo libro[b] sicut continetur eius regalis origo vel dignitas, nulli[c] habetur incognitum, qualis fuit eius actio, dum cum terreno[d]

Index. 1a. b. 4a. *Cap.* 1. 1a. b. 2. 4a.

Index. a) Ateias 4a. b) ei — obtulit *om.* 1b. c) domni 4a. d) pignoro 1b; pignoribus, que sancta desideravit 4a. e) quod ipsa de Syra eis in visu angelus dm̄i obtulit 1b. f) *om.* 1b; illustris 4a. g) rec. l. de eius cilicio 4a. h) d. R. *om.* 1b. i) l. sancta misit 4a. k) ut — quos transmisit *om.* 1b; ut — fecit *om.* 4a. l) *om.* 4a. m) quos imp. gratias agens misit, et quod in 4a. n) peri|tantur 1b. o) cr. demones 4a. p) v. f. de m. 1b; a m. fugavit 4a. q) nocturno 1b. r) quae — fugavit *om.* 4a. s) quomodo — fugavit *om.* 1b. t) vel — fuit *om.* 4a. u) qui aud. a. l. de ea in i. tr. 4a. v) sepeliendam 1b. w) v., qui v. ibi vultum a., *om.* spl. 4a. x) Quomodo corpus eius portaverint, et de inluminatione ceci 4a. y) quales — fecit *om.* 4a. z) Abbono 1b. a) qui — sanitatem *om.* 4a. b) v. i. *om.* 1b. c) venit — sanitatem *om.* 1b. d) quae — receperunt *om.* 4a. e) baccabant? 1b, *corr.* f) sequente 1a. b. g) quae — recepit *om.* 4a. h) quam — Expl. cap. *om.* 1b.

Cap. 1. a) De origine vel de celsitudine eius et de rege Chlotario. I. Igitur 1b; INCIPIUNT GESTA BEATAE RADEGUNDIS 4a. b) a Fortunato episcopo edito *a ld.* 2. c) nulla 1b, *corr* d) cum rege terreno et 4a.

principe et[a] coniuge rege praecelso Chlotario[b] conversaretur[c]. De regali progeniae nobile germen erupit, et quod sumpsit ex genere suo[d], plus ornavit ex fide. Coniuncta terreno principi nobilis regina, caelestis[e] plus quam terrena; sed in ipso coniunctionis brevi tempore ita se sub coniugis specie nupta tractavit, ut Christo plus devota serviret, ut[f] hoc ageret in laicali[g] proposito, quod ipsa desideraret imitari[h]: religio iam antecedens animi futurae conversationis adventum, dum saeculari sub habitu religionis formabatur exemplum. In nullo huius mundi[i] conpede catenata est[k], in servorum Dei obsequio succincta, in redemptione captivorum sollicita, in egenorum erogatione profusa; proprium credidit, quicquid de se pauper accepit.

2. Dum[a] esset cum rege adhuc in mundiali habitu mens intenta[1] ad Christum, — teste Domino[b] loquor, cui, ore tacente, pectora confitentur, cui, etsi lingua taceat, conscientia nil[c] occultat, quia quod audivimus dicimus et quod vidimus testamur, — invitata ad prandium Ansifridae[d] matronae, dum iter ageret, saeculari pompa se[e] comitante, interiecta longinquitate terrae ac[f] spatio, fanus[g], qui a Francis colebatur, in itinere beatae reginae quantum[h] miliario uno[i] proximus erat. Hoc illa audiens, ibi[k] a Francis fanum coli, iussit[l] famulis fanum igni conburi, iniquum iudicans, Deum caeli contempni et diabolica machinamenta[m] venerari. Hoc audientes[n] Franci universaque multitudo cum gladiis et fustibus vel omni fremitu diabolico conabantur defendere; sancta vero regina inmobilis perseverans[o], Christum in pectore gestans, equum quem sedebat in antea non movit, antequam et fanus[p] perureretur, et, ipsa orante, inter[q] se populi pacem firmarent. Quo facto, virtutem et constantiam[r] reginae omnes admirantes, Domino[s] benedixerunt[t].

3. Postquam, operante divina potentia, a rege terreno discessit, quod sua vota poscebant, dum Suedas[a. 2] in villa, quam ei rex dederat, resideret, in primo anno conversionis[b] suae, vidit in visu navem[c. 3] in hominis specie et in totis membris eius sedentes homines, se vero in eius genu sedentem; qui dixit ei: 'Modo in genu sedes, adhuc in pectore[d] meo sessionem habebis[e]'. Ostendebatur ei gratia, qua fruitura erat. Hunc visum cum contestatione[f] secretius suis fidelibus retulit, ut ea superstite hoc[g] ne quis sciret. Quam cauta in conlocutione, quam devota[h] in omni actione! In prosperis[i], in adversis, in laetitia[i], in tristitia semper aequalis, nec in adversis se fregit nec in prosperis extulit[k].

4. Dum[a] in villa ipsa adhuc esset, fit sonus, quasi eam rex iterum vellet accipere[b], se dolens gravi[c] damno pati, qui talem et tantam reginam permississet a latere[d]

Capp. 1—4. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 1. a) *om.* 2. b) Clothar. *fere* 4*a*. c) conversaret 2. d) *om.* (4*a*). e) caelestis — terrena *om.* 1*b*. f) et (4*a*). g) seculari 4*a*. h) imitari; religio iam *corr.* imitari religio; iam 1*a*; imitari. Religio iam 2. 4*a*. i) modi 1*b*, *corr.* k) *ita* 1*a* *(pr. m.)*. *b*; catenatum 1*a* *(e corr.)*. 4*a*; cathenatum 2.

Cap. 2. a) Cum 1*b*. 4*a*. b) *om.* 1*b*. c) nihil 1*b*. d) *sic* 1*a*. 4*a*; Ansifredę 1*b*; Ansifridi matrone (*corr.* matrona) 2. e) *om.* 4*a*. f) et 4*a*. g) fanum, quod — proximum 1*a* *(e corr.)*. (4*a*). h) quasi 4*a*. i) *om.* 4*a*. k) *sic* 1*a*. *b* *(ubi* fanum *desideratur)*; ubi audivit *pro* ibi — coli *(e corr.)* 2; *haec om.* (4*a*). l) et *postea add.* 2. m) machinamente 1*a*. *b*, *in utroque corr.* n) audiens — conabatur 2, *corr.* o) et *add.* (4*a*). p) *corr.* fanum 1*a*. *b*, *et sic* (4*a*). q) populi i. se 4*a*. r) beatae *add.* (4*a*). s) Dominum (4*a*). t) benedicr 1*b*, *corr. m. al.*

Cap. 3. a) Sunedas 2. b) conversationis 1*b*. c) *sic* 1*a*. *b*; avem 2 *et Mab.*; navim 4*a*. d) pectus meum 2. (4*a*). e) hinc *add.* (4*a*). f) testatione 1*b*; constitutione 2. g) *om.* 4*a*. h) devo:ta 1*b*. i) et *add.* 4*a*. k) extollit 1*b*.

Cap. 4. a) Cum 1*b*. 4*a*. b) *om.* 4*a*. c) *sic pr. m.* 1*a*. *b*; grave damnum 2; grave dampnum 4*a*. d) re *m. al. suppl.* 1*b*.

1) *Verbis* mens intenta (ad Christum) *Radegundis nomen Latine, opinor, redditur.* 2) *Cf. Lib. I, c.* 15. 3) *Navis symbolum est ecclesiae; cf. Forcellini ed. de Vit IV, p.* 237.

suo discedere, et nisi eam reciperet, penitus vivere non optaret. Haec audiens beatissima, nimio terrore perterrita, se amplius cruciandam[a] tradidit cilicio asperrimo ac tenero corpori aptavit; insuper et ieiunii cruciationem indixit[b], vigiliis pernoctans, in oratione se tota[c] diffudit, despexit[d] sedem patriae, vicit dulcedinem[e] coniugis[f], exclusit[g] caritatem mundialem, elegit exsul fieri, ne peregrinaretur a Christo. Adhuc de regali secum habens ornamento felte[h, 1] fusum ex auro et gemmis vel margaritis factum, habentem in se auri solidos mille, quem[i] per nonnanem[k] nomine Fridovigiam[l], quam proximam habebat, cum suis fidelibus transmisit viro venerabili domino Iohanni[2] reclauso in castello Cainone[3], ut pro ea oraret, ne iterum ad saeculum reverteretur[m], et vestem ei cilicinam transmitteret, unde corpus suum limaret. Transmisit ei[n] rachinam[4] cilicinam, unde et interius[o] et superius sibi fecit indumentum, et si quid de causa, quam timebat, supradictus[p] vir in Spiritu sancto sentiret, eam certiorem[q] redderet. Quod si hoc rex vellet, ipsa ante[r] optaret vitam finire[s], quam regi terreno iterum iungi, quia iam Regis[t] caelestis copulabatur amplexus[u]. Sic[v] vir Dei tota nocte in vigiliis et orationibus pernoctans, inspirante sibi divina potentia, in crastino[w] mandavit ei, hoc regis esse voluntatem, sed Dei non esse permissum; ante[x] rex Dei iuditio puniretur, quam eam in coniugium acciperet.

5. Post hoc dictum supradicta[a] domina Radegundis, mens[b] intenta ad Christum, Pictavis, inspirante et cooperante Deo, monasterium sibi per ordinationem praecelsi regis Chlotarii construxit. Quam fabricam vir apostolicus Pientius episcopus[5] et Austrapius dux per ordinationem dominicam[c] celeriter fecerunt; in quo[d] monasterio sancta regina mundi falsa blandimenta respuens gaudensque[e] ingressa est, ubi perfectionis ornamenta conquireret et magnam congregationem puellarum Christo numquam morituro sponso[f]. Quo[g] electa abbatissa[6], etiam constituta, tam se quam sua omnia ei[h] tradidit subdita potestate, et ex proprio iure nihil sibi reservans, ut curreret expedita post Christi vestigia et tanto[i] sibi plus augeret in caelo, quanto[k] magis subtraxisset de saeculo. Mox etiam eius sancta conversatio coepit fervere in humilitatis conversa-

Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 4. a) crucienda 1*b*, *corr. m. al.* b) induxit 1*b*. 4*a*. c) *sic* 1*b*. 2; totam *rell.* d) dispexit 2. e) dulcedine 1*b*, *corr. m. al.* f) coniugii (4*a*). g) ex *m. al. suppl.* 1*b*. h) *eras.* 4*a*; cifum *cod. Herovall.* i) que *sec. m. corr.* qū 1*b*; mille, misit eum viro v. domno I. recluso in c. C. per n. suam n. F., q. p. h., c. s. f., ut 4*a*. k) *sic* 2; nonnam *corr.* nonnanam 1*a*; nonā *sec. m. corr.* nonnā 1*b*; nonnam 4*a*. l) Fridovigia 2. m) sed *add.* 4*a*. n) ea 1*b*, *corr.*; et *add.* (4*a*). o) interiorem et superiorem 2. p) s. v. *om.* 4*a*. q) certionem 1*b*. r) magis 4*a*. s) finiri 1*b*. t) Regi caelesti 2. u) *sic* 1*b*. 2; amplexu 1*a*. 2 *(e corr.)*; amplexibus 4*a*. v) Vir ergo Domini tota 4*a*. w) crastinum 4*a*. x) antea enim rex 4*a*.

Cap. 5. a) supradictae dominae, *om.* Radegundis 4*a*. b) *sic* 4*a*; ::mens i. 1*a*; timens i. 1*b*; mente tota i. 2; mens intenta ad Christum *saepe repetuntur; cf. supra p.* 380, *n.* 1. c) *om.* 1*b*; Dei 4*a*. d) *sic* 1*a*. *b*. 4*a*; quod monasterium 2. e) que *om.* 4*a*. f) traderet *add.* 2; aggregaret *add.* 4*a*; *om.* 1*a*. *b*. g) Quo *corr.* co 1*a*. h) eius tradidit potestati 4*a*. i) tantum 2. (4*a*). k) quantum subtr. 4*a*.

1) *Felte Mabillon pro filtro (Germ. 'filz') accepit, quod neque idem est ac 'felte' neque ornamentum fusile significat. At verum intellectum assequi nequeo.* 2) *De Iohanne reclauso Cainonensi Greg. Tur. in Gl. Conf. c.* 23. *egit; cf. Script. Rer. Merov. I, p.* 762, *n.* 4. 3) *Chinon.* 4) racena *Fort., V. S. Germani c.* 44. *'Genus quoddam vestis super alias induendae, vilis et crassioris panni', Forcellini ed. de Vit V, p.* 72. 5) *Austrapius dux tempore Chlothacharii regis clericis adscriptus, in Sellensi castro episcopus ordinatus est:* futurum, ut, decedente Pientio antestite, qui tunc Pectavam regebat eclesiam, ipse succederet, *Greg., H. Fr. IV,* 18. *Sed Pientio mortuo Pascentius successit, atque Austrapius in Sellensi castro a Theifalis interfectus est.* 6) *Agnete.*

tione, in caritatis ubertate, in castitatis lumine, in ieiuniorum[a] pinguedine, et ita se toto amore caelesti[b] tradidit Sponso, ut Deum mundo corde conplectens, Christum in se habitatorem esse sentiret.

6. Sed invidus bonorum humani generis inimicus, cuius voluntatem, etiam dum in saeculo esset, facere abhorruit, eam persequi non cessavit. Sicut[a] iam per internuntios cognoverat, quod timebat, praecelsus rex[b] cum filio suo praecellentissimo Sigiberto Turonis[c] advenit quasi devotionis causa, quo[d] facilius Pictavis accederet, ut suam reginam acciperet.

7. Quo cognito, beata Radegundis sacramentales fecit[a] litteras sub contestatione divina viro apostolico domino[b] Germano Parisius civitatis episcopo, qui tunc cum rege erat[1]. Quas[c] per Proculum[2] suum agentem secretius direxit cum exenio vel eologiis[3]. At ubi eas relegit vir Deo plenus, lacrimans prosternit se pedibus regis ante sepulchrum beati[d] Martini cum contestatione divina, sicut ei in[d*] litteris fuerat intimatum[e], ad Pictavis civitatem[f] non accederet. Sic[g] rex amaritudine plenus intellegens, hoc[h] petitionem esse beatae reginae, paenitentia ductus, malis consiliariis[i] reputans seque indignum iudicans, quod talem habere reginam diutius[k] non meruisset, prosternit se et ille ante limina sancti Martini pedibus apostolici viri Germani[l], rogat[m], ut sic pro ipso veniam peteret beatae Radegundi, ut ei indulgeret, quod in eam[n] per malos consiliarios peccaverat. Unde ultio divina de praesenti in eos vindicavit: sicut[o] Arrius[4], qui contra fidem catholicam certans, omnia[p] intestina sua in secessu[q] dimisit, ita et de[r] istis evenit, qui contra beatam reginam egerunt. Tunc rex timens Dei iudicium, quia eius regina magis Dei voluntatem fecerat quam suam, dum cum eo commorata[s] fuerat, rogat[t] eum[u] celeriter illuc venire. Sic vir apostolicus dominus Germanus Pictavis veniens, ingressus in[v] monasterium, in oratorium[w] dominae Mariae[5] nomini[x] dedicatum prosternit se[y] ad sanctae reginae pedes, pro rege veniam poscens. Illa vero gaudens se de saeculi faucibus ereptam, benigne indulget et se ad Dei aptavit servitium. Expedita iam sequi Christum, quocumque iret, quem semper dilexit, et[z] animo devoto ad eum percurrit. Talibus ergo rebus intenta, addito vigiliarum ordine, quasi carceris se sui corporis fecit pernoctando custodem. Et cum esset aliis misericors, sibi iudex effecta est, reliquis pia, in se abstinendo severa, omnibus larga, sibi restricta[a], ut madefecta[b] ieiuniis non sufficeret, nisi et de suo corpore triumpharet.

8[a]. His igitur studiis occupata per omnem modum, sicut est[b] in libro primo intimatum, meruit soli Deo prompte vacare. Quo tamen tempore fortioribus[c] armis

Capp. 5—8. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 5. a) ieieniorum pinguitudine 1*b*. b) tr. c. 4*a*.

Cap. 6. a) enim *add.* (4*a*). b) Clotarius *add.* 4*a*. c) *sic* 1*a*. *b*; Turonus 2; Turones (4*a*). d) quam 2.

Cap. 7. a) l. f. 4*a*. b) domn. *fere* 4*a*. c) quasi 4*a*. d) sancti 4*a*. d*) *om.* 2. (4*a*). e) ut *postea suppl.* 1*a*; *om.* 1*b*; ut ad 2; ut *pro* ad (4*a*). f) *om.* (4*a*). g) *a* Sic *c.* 8. *incipit* 4*a*. h) *corr.* hanc 1*a*. i) istud *add.* (4*a*). k) *om.* 1*b*. l) *om.* 1*a*. *b*. m) rogans (4*a*). n) ea 2. (4*a*). o) enim *add.* (4*a*). p) omnem intestinam suam 2. q) secessum deposuit 4*a*. r) *om.* 4*a*. s) comme| morata f. 1*b*; commoraretur 2; comm. cum eo f. 4*a*. t) rogavit 1*b*. u) r. beatum virum celeriter illuc ire 4*a*. v) *om.* (4*a*). w) oratorio domnę — dedicato 2; oratorio — dicato 4*a*. x) *om.* 1*b*. y) *m. al. superscr.* 1*b*. z) d., ad eum animo 4*a*. a) restructa 1*b*, *corr.* b) confecta, *e corr.* con 2.

Cap. 8. a) 9 *et sic deinceps* 4*a*. b) in l. p. i. est 4*a*. c) fortibus 1*b*.

1) *Cf. Fort., V. S. Germani c.* 23. 2) *Nectarii, filii Proculi cuiusdam, epitaphium Fortunatus, App. VIII, condidit.* 3) *Sunt quaevis munera; cf. Ducange ed. Favre III, p.* 333. 4) *Cf. Greg., H. Fr. II,* 23. 5) *Basilicam S. Mariae, ubi corpusculum suum sepultum iri voluit, Radegundis ipsa aedificare coeperat; cf. epistulam eius, Greg., H. Fr. IX,* 42; *Longnon, 'Geographie de la Gaule' p.* 564.

induta, sine cessatione orationibus, vigiliis, lectione[a] propensa[b], peregrinis ipsa cibos ministravit ad mensam, ipsa suis manibus lavit et tersit[c] infirmantum[d] vestigia. Non famulae permisit sibi dare solatium[e], quod devota concursitabat[f] inplere servitium; se autem in tam ardua[g] abstinentiae districtione conclusit[h], usquequo infirmitas permisit, ut mens intenta Deo terrenum iam nec[i] requireret cibum. Lectulum vero poenalem sibi construxit, postquam religionis induxit[k] habitum; non aliquando illam[l] mollis pluma fulcivit, neque linteaminis nitor instruxit, quae pro indumentis universis cinere et cilicio tenera[m] membra domavit. De abstinentiae[n] rigore vel servitii[o] anterior liber multa docuit. In tantum enim se[p] propter Deum pauperem[q] fecit, ut ceteris exemplum praeberet. Manicam, quam brachio indueret, non habebat, nisi de caliga sua sibi duas fecit manicas; sed ita se pauperem[r] tractabat, ut hoc nec abbatissa[s, 1] sentiret. Quis[2] enim eius pacientiam, quis caritatem, quis fervorem spiritus, quis discretionem, quis benignitatem, quis zelum sanctum, quis iugem meditationem die noctuque in lege Domini poterit explicare? V. Caes. 1, 24. Qui[t] cum a meditatione salmorum[u] aut praedicatione cessare videretur, lectrix[v] ante eam una[w] monacharum[x] legere non desistebat. In tantum de corde vel ore illius Dei laus non discedebat[y], ut, cum quadam vice vidisset postitiariam[z, 3] monasterii transeuntem nomine Eodegundem, ubi eam voluit appellare, pro eius nomine 'alleluia[a]' clamavit. Hoc milies[b] fecit, numquam[c] de ore illius detractio, numquam mendatium, numquam maledictum contra qualemcumque personam[d] processit; et non solum non detraxit cuiquam, sed nec detrahentem patienter audivit. Pro persequentibus se semper oravit et orare docuit[e]. Congregationem, quam in nomine Domini plena[f] Dei desiderio congregavit, in tantumque[g] dilexit, ut etiam parentes vel regem coniugem se habuisse nec reminisceretur. Quod frequenter nobis dum praedicaret, dicebat: 'Vos elegi filias, vos, mea lumina, vos, mea vita, vos, mea requies totaque felicitas, vos, novella plantatio. Agite mecum in hoc saeculo, unde gaudeamus in futuro. Plena fide plenoque cordis affectu serviamus Domino; in timore[h], in simplicitate[i] cordis quaeramus eum, ut cum fidutia ei dicere possimus: "Da, Domine, quod promisisti, quia fecimus quod iussisti".

9. Numquam inposuit facere[a], quod ipsa prius non fecisset[b]. Undecumque servus Dei venisset, sollicite percontabatur[c], qualiter Domino serviret. Si quid[d] novi ab eo agnovisset, quod ipsa non faceret[e], continuo cum omni alacritate sibi prius inposuit[f]; post congregationem[g] tam verbo docuit[h], quam exemplo ostendit. Cum ante eam[i] vicibus psalmus cessasset, lectio numquam discessit, non die, non nocte, non[k] dum vel paululum corpus suum refecit. Cum lectio legebatur, illa sollicitudine pia animarum

Capp. 8. 9. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 8. a) *sic* 1*a*. *b*. b) insudabat *add.* 4*a*. c) tergit 1*a* *(corr.)*. *b*. d) infirmantium 1*b*. e) ad *add.* 4*a*. f) cursitabat (4*a*). g) arduam *corr.* ardua 2. h) reclusit (4*a*). i) non 4*a*. k) induit (4*a*). l) s. illum 1*b*; illum s. 4*a*. m) *om.* 1*b*. n) abstinentia *corr.* abstinentiae 1*a*. *b*; vero *add.* 4*a*. o) servitu *m. al. corr.* servitute 1*b*. p) p. D. se 1*a*. *b*. q) pauperam 2, *ut infra*. r) *om.* 4*a*. s) abbatisse *corr.* abbatissa 1*a*. *b*. t) *sic* 1*a*. *b*. 2; *corr.* Quę 2. u) *sic* 1*a* *(corr.* psalm.*)*: *item infra*. v) tamen *add.* 4*a*. w) *m. al. in litura scr.* 1*b*. x) monachorum 1*b*, *corr. m. al.* y) discebat 1*b*, *corr. m. al.* z) *om.* 1*b*. a) alię 1*b*. b) malies 1*b*, *corr.* c) numquam — detractio *om.* 4*a*. d) ab eius ore *add.* 4*a*. e) docuit congregationem 1*a*. f) p. D. d. *om.* 4*a*. g) que *om.* 2. (4*a*). h) et *postea suppl.* 2. i) simplicitate: 1*b*.

Cap. 9. a) alicui *add.* 4*a*. b) fecit 4*a*. c) *corr.* percunctabatur 2; perquirebat 4*a*. d) quid vero novi 4*a*. e) fecerat 1*b*. f) et *add.* (4*a*). g) congregationi 4*a*. h) *om.* 4*a*. i) si *add.* 2. 4*a*. k) non dum *om.* 4*a*.

1) *Agnes scil.* 2) *Haec ex libro I. Vitae S. Caesarii (Mabillon, AA. SS. ord. S. Bened. Saec. I, p.* 666*) Baudonivia hausit, qua infra quoque usa est.* 3) *Quae posticio praeposita erat; cf. Ducange ed. Favre VI, p.* 433.

nostrarum curam gerens, dicebat: 'Si non intellegitis quod legitur, quid est, quod non sollicite requiritis speculum animarum vestrarum[a]?'. Quod etsi minus pro reverentia interrogare[b] praesumebatur, illa pia sollicitudine maternoque affectu, quod lectio continebat, ad animae salutem praedicare non cessabat. Sicut[c] apis diversa genera florum congregans[d], unde mella conficiat, sic illa ab his quos invitabat spiritales studebat[e] carpere flosculos, unde boni operis fructum tam sibi quam suis sequacibus exhiberet. Et[f] dum nocte quasi vel unius horae spatium[g] videretur somnum[h] carpere[i], semper[k] lectio legebatur. Quae legebat, in se[l] somni marcorem sentiens[m], putabat[n], eam iam paululum requiescere. Ubi a lectione cessasset[o] mens intenta ad Christum, tamquam
Cant. 5, 2. si diceret: *Ego dormio, et cor meum vigilat*, aiebat[p]: 'Quare taces? Lege, ne cesses'. At ubi surgendi horam media[q] faceret nox, quamquam antea totum implesset cursum, quae adhuc nec soporem senserat, iam parata[r], de stratu ad Domini servitium
Ps. 118, 62. gaudens surgebat, ut cum fidutia diceret: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, Domine*. Nam frequenter et dormire visa est et psalmum decantare in ipso sopore,
V. Caes. I, 34. ita ut recte et veraciter diceret: *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*. Caritatis autem eius ardorem, quo omnes homines dilexit, quis umquam poterit imitari? Resplenduerunt in ea quaeque virtutes, modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, severitas cum mansuetudine, doctrina cum humilitate, vita denique inmaculata, vita inreprehensibilis, vita sibimet[s] semper aequalis.

10. In tantum se extraneam de rebus propriis fecit, ut, si alicui de sororibus merum dare[a] voluisset, de suo sibi cellario tangere non praesumpsit. Quo cognito, venerabilis abbatissa dedit ei tonnellam[1] octo modiorum, quam beatae Felicitate[b] cellarariae[c] ad expensam[d] commendavit. De vindemia usque aliam omnibus diebus, ubicumque ei[e] sancta[f] iussit, dispensavit; numquam minuit, sed semper aequalis permansit. Ubi[g] novum vinum advenit, quod cellarium inplevit, se tonnella[h] satisfecisse credidit; ante puntones[i, 2] et tonnae defecerunt, quam haec quae beatae in omnibus fecit
Matth. 14, 19 sqq. voluntatem. Dominus de quinque panibus et[i*] geminis piscibus quinque pavit milia hominum; et sua ancilla[k], ubicumque indigere vidit, de hoc parvo toto anno refecit[l]. Semper[m] de pace sollicita, de salute patriae curiosa, quandoquidem inter[n] se regna movebantur, quia totos diligebat reges, pro omnium vita orabat et nos sine intermissione pro eorum stabilitate orare docebat. Ubi[o] eos inter se[p] amaritudinem moveri[q] audisset, tota tremebat, et quales litteras uni, tales alteri[r] dirigebat, ut inter se non bella nec[s] arma tractarent, sed pacem firmarent, et[t] patria ne periret. Similiter et ad eorum proceres dirigebat, ut praecelsis regibus consilia salutifera ministrarent, ut, eis regnantibus, populi[u] et patria salubrior redderetur. Congregationi suae assiduas vigilias inponebat et, ut sine intermissione pro eis orarent, cum lacrimis docebat. Se vero in quantum[v] cruciatum affligebat, quis hoc verbis explere valeat? Et, intercedente ea,

Capp. 9. 10. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 9. a) nr̄arum 1*b*. b) interrogari 4*a*. c) enim *add.* 4*a*. d) congregat 4*a*. e) stupebat 2, *corr.* f) om. 2. (4*a*). g) spacio 4*a*. h) somno 2, *corr.* i) capere 1*b*. 4*a*. k) tamen *add.* 4*a*. l) cum *postea add.* 2. m) sentien: *pr. m. corr.* sentiens 1*b*. n) putans 4*a*. o) sset *in litura scr.* 1*b*. p) agebat 4*a*, *corr.* q) *sic* 4*a*; mediam *rell.* r) *in litura scr.* 1*b*. s) sibi 1*b*.

Cap. 10. a) donare 4*a*. b) *sic* 1*a*. *b* (?); *corr.* Felicitati 1*b*. c) *sic* 1*a*. *b*. 2 *(pr. m.)*; cellerariae 2 *(e corr.)*. (4*a*). d) expendam 1*b*, *corr.* e) *corr.* eam 2. f) ei eā i. m. *al. corr.* ei i. ea 1*b*. g) vero *add.* 4*a*. h) *sic* 1*a*. (4*a*); tunnella, *infra* tunnae 1*b*; tonella 2. i) pontones 2. i*) geminisque 4*a*. k) *sic* 1*b*. 4*a*; suam ancillam 2. l) fecit 2. m) soll. semper de salute 4*a*. n) se inter 1*a*. *b* *(m. al. corr.)*. o) Ubi vero inter se ad a. eos 4*a*. p) ad *add.* 1*b*. 4*a*. q) movere 2. r) d. a. 4*a*. s) non 2. t) *sic* 1*a*. *b*; ut 2; f. patriae, ne perirent 4*a*. u) populis 2. v) quanto cruciatu 2. (4*a*).

1) *Vulgo 'tonne'.* 2) *Species dolii; cf. Ducange ed. Favre VI, p.* 409.

pax regum[a], mitigatio belli, salus patriae aderat; eius obtentum intellegentes, benedictum nomen Domini conlaudabant[b]. Quamlibet de pace regum cum Rege caeli victoriam obtineret, magis se Deo devota[c] prompte[d] abtabat et omnium servitio[e] mancipabat, non curans, quale obsequium faceret, quae totis[f] implere studebat[g] servitium. Pedes omnium manibus propriis lavans, savano[h, 1] tergens et osculans, et, si permissum fuisset, ad similitudinem Mariae[2] fusis crinibus extergere non renitebat[i]. Unde pro tam inmensis beneficiis, quae sunt in ea divino munere conlata, Dominus virtutum largitor eam in miraculis clariorem reddidit in Frantia; ubi dum regnare videretur, sibi magis caeleste quam terrenum praeparavit regnum. Fecit[k] sibi oratorium, quatenus vicibus, dum se a rege[l] subduceret, semper ibi Dominum[m] caeli invocaret, in quo beneficia Dei praestantur ad invocationem eius[n] nominis, cuius assidua ibi fuit oratio.

11. Postquam se in monasterio reclausit[a], matrona Mammezo nomine dum iter ageret, in oculo[b] suo gravis est sordicula[3] ingressa. Ubi una[c] vox, unus dolor, unus clamor die[d] noctuque inerat ei, ut suam fidelem Dominus declararet. Quamquam[e] ibi in[f] corpore iam non esset, ad invocationem quoque[g] nominis sui benigna adfuit. Dominus[h] posuit ei in sensu, ut ad suum oratorium pergeret et ad eius invocationem se salvari crederet. At ubi femina dolore[i] plena, in[k] manibus servulorum[l] suorum sustentata, vix ad eius[m] oratorium duci[n] poterat, validissimum sustinens dolorem, se in pavimentum[o] proiecit et clamare coepit: 'Domina Radegundis, credo, te virtute Dei esse plenam, cuius voluntatem magis fecisti, quam hominum; domina bona, pietate plena, miserere mei, subveni infelice[p], ora pro me, ut mihi reddatur oculus, quia pro[q] gravi crutiatu[r] et dolore affligitur anima mea'. Sic illa, quae dolores omnium in se sola[s] transtulit, dum in corpore fuit, usque dum[t] eas[u] mederi potuisset, benigne exaudivit ad invocationem nominis sui. Domino[v] miserante, per eius interventum dolor effugit[w], salus advenit, oculum, quem iam se perdidisse credebat, sola[x] dolorem sentiens, sanum recepit. Quae tot diebus nec cibum sumpserat nec lumen diei viderat, pedibus suis, nullo sustentante, incolomis ad domum suam reversa est, Domino usque in praesentem[y] diem gratias agens.

12. Adiciatur et aliud ad laudem Christi miraculum, qui[a] suos tropidare[b] aliis facit. Vinoberga[c] una ex[d] eius fuit famulabus, qui[e] ausu temerario in cathedra[f] beatae reginae post eius discessum sedere praesumpsit. Quo facto, iudicio Dei percussa, sic ardebat, ut viderent omnes fumum de ea in altum procedere, et illa[g] coram[h] omni

Capp. 10—12. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 10. a) regnū *m. al. corr.* regno 1*b*. b) conlaudarent 2; n. D. b. coll. plebes. Q. 4*a*. c) *sic* 1*a*. 4*a*; devotę 1*b*; devotam (2). d) prote 1*b*, *corr. m. al.* e) servitium 2, *corr.* f) viribus *add.* 4*a*. g) studebat implere *repetita, sed deleta* 1*b*. h) *sic* 1*a*. *b*. 4*a*. i) *sic* 2; renitebatur (1*a*. *b*); rennuebat 4*a*. k) fecerat (4*a*). l) se regi (4*a*). m) celi Dominum 1*b*. 4*a*. n) n. eius 4*a*.

Cap. 11. a) *sic* 1*a*. *b*; *corr.* reclusit 1a. b) oculum suum 1*b*; suo *corr.* eius 1*a*; eius 4*a*. c) nox una 1*b*. d) i. ei diebus et noctibus 4*a*. e) Que quamvis 4*a*. f) *om.* (4*a*). g) i. tamen s. n. 4*a*. h) enim *add.* 4*a*. i) d. p. *om.* 4*a*. k) *om.* 2. (4*a*). l) servorum sust. 4*a*. m) *sic* 1*a*. *b*; eum 2; *om.* 4*a*. n) ducta, v. 4*a*. o) pavimento 4*a*. p) *sic* 1*a*. *b*; infelici *rell.* q) prae (4*a*). r) cruciatum et d. *corr.* cruciatu d. 2. s) *om.* 4*a*. t) usque quo 1*b*; dum *om.* 2; usque — potuisset *om.* 4*a*. u) eis *e corr.* 1*a*; et 1*b*; eas *corr.* eos 2. v) quippe *add.* 4*a*. w) fugit 4*a*. x) *corr. m. al.* solum 1*b*; cr., soluto dolore, sanum 4*a*. y) praesente diem *corr.* praesenti die 2.

Cap. 12. a) qui — facit *om.* 1*a*. *b*. b) trepidari ab aliis 4*a*. c) Vinopergia *Ind.* d) u. eius f. famula (4*a*). e) *sic* 1*a*. *b*. f) cathera 1*b*. g) illa se 2. h) procl. c. o. p. 1*b*.

1) *Cf. Lib. I, c.* 17. 2) *Cf. Ioann.* 12, 3. 3) *Parva sordes; cf. Marcell. Empir.* 8, §. 6: Si oculum sordicula aliqua fuerit ingressa; *Forcellini ed. de Vit V, p.* 570.

populo proclamaret[a], confitens se[b] peccasse[c]; propterea arderet, quia in beatae sede consederat. Tribus[d] diebus et tribus noctibus unum[e] incendium passa, vociferans clamabat: 'Domina Radegundis, peccavi, male egi, indulge[f], refrigera membra duro cruciatu exusta. Misericordia larga, bonis operibus gloriosa, quae omnibus misereris, miserere mei'. In tanta poena ipsam omnis populus videns, pro ea precabatur, tamquam si praesens esset, dicens, quia, ubicumque ex fide invocatur, adest[g]: 'Domina bona[h], parce ei, ne tanto cruciatu infelix deficiat'. Sic beatissima ad preces omnium benigne indulgit[i], ignem ferventem conpescuit; sospes ad[k] domum suam rediit. Et sic istius poena omnes fecit cautos ac devotos.

13.[a] Suedas in villa dum esset[1], devoto ac fideli animo mens intenta ad[b] Christum reliquias sanctorum omnium[c] plena devotione habere cupiens, ea orante, advenit vir venerabilis Magnus presbiter cum reliquiis domni[d] Andreae et aliorum quam plurium. Quibus super altare positis, cum[e] nocte devota vigilat[f] super formulam[g, 2] et se ad orationem prosternit, parvus[h] sopor ei accessit, qualiter ei[i] Dominus declararet votum suum impletum, dicens[k] ad eam: 'Cognosce, benedicta[l]: non istae solum reliquiae, quas presbiter Magnus adtulit, hic sunt tantum[m], sed quantas in Adtegia[n, 3] villa congregasti, totae[o] hic convenerunt'. Ubi[p] oculos aperuit, vidit virum splendidissimum, qui hoc ei nuntiaverat, et gaudens Domino[q] benedixit.

14. Postquam in monasterium est ingressa, quantam multitudinem sanctorum fidelissimis precibus congregavit, hoc oriens testatur, aquilo, auster vel occidens profitetur, quia undique preciosas gemmas caeloque reconditas, et quas paradysus habet, ipsa devota tam muneribus quam precibus[a] sibi habere[b] obtinuit. Cum quibus incessabiliter iugi meditatione psalmos et hymnos se decantare credebat. Pervenit tandem ad eam de domno Mammete[c, 4] martyre, quod Hierusolima[d] sua sancta requiescerent[e] membra. Haec audiens avida ac[f] sitibunda potabat: velut ydrops, qui quantum fontem trait[g], tantum sitis addita crescit, ista[h] de rore Dei plus madefacta calet[5]. Transmisit virum venerabilem Reovalem[6] presbiterum, qui tunc saecularis erat et adhuc superstes[i] est corpore, ad patriarcham Hierosolimitanum[k], poscens de beati Mammetis pignore[l]. Quod vir Dei benigne[m] suscipiens, rogationes populo indixit[n], voluntatem Dei inquirens. Tertio die, missa caelebrata, beati martyris sepulchrum cum omni populo adiit, alta voce, plena fide huiusmodi protestatur[o], dicens: 'Peto te, confessor et martyr Christi, si vera est ancilla Dei beata Radegundis, innotescat in[p] gentibus potentia tua; permitte, ut de pignore tuo mens fidelis accipiat[q] quod poscit'. Oratione conpleta, ubi

Capp. 12—14. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 12. a) c. *se* procl. 4*a*. b) c. (*ee delet.*) p. se; pr. 1*b*. c) et *add*. 2. (4*a*). d) ergo *add*. 4*a*. e) *om*. (4*a*). f) mihi *add*. 4*a*. g) est 4*a*. h) *om*. 1*a*. *b*. i) *corr*. indulgens 1*a*; indulgi *m*. *al*. *corr*. indulgens 1*b*. k) *om*. 4*a*.

Cap. 13. a) XIII:, *ras*. I 1*b*; *numeri inde ab h. l. desunt* 4*a*. b) i. Christo (4*a*). c) s. adunare cupiens, ea o. 4*a*. d) domini 2, *corr*. e) c. n. *om*. 1*b*. f) vigilaret 2. g) forulam 2. h) parvor 1*b*. i) *bis scr*. 1*b*. k) dixit 4*a*. l) b., quia non hae s. (4*a*). m) (tan *deletum*) tantum 1*b*. n) *sic* 1*a*. *b*; Atteia 2; Ateias 4*a*. o) omnes 4*a*. p) autem *add*. 4*a*. q) Dominum (4*a*).

Cap. 14. a) pre *m*. *al*. *suppl*. 1*b*. b) *om*. (4*a*). c) Mammeti 1*a*, *corr*. d) *sic* 1*a*; Hierosolima 1*b*. 2; *corr*. *m*. *al*. Hierosolimae 1*b*; *corr*. in Hierosolima 2; Hierosolimis 4*a*. e) quiescerent 4*a*. f) et (4*a*). g) *sic* 1*a*. *b*. h) vero *add*. 4*a*. i) superest e. 4*a*. k) mi *m*. *al*. *suppl*. 1*b*. l) *corr*. pignera 1*a*. m) s. benignissime 4*a*. n) induxit 1*a*, *corr*. o) protestatus 4*a*. p) inn. cunctis p. t. et p. 4*a*. q) q. p. a. 4*a*.

1) *Cf. Liber I, c.* 15. 2) *De formula v. SS. Rer. Merov. I, p.* 946. 3) *Cf. Lib. I, c.* 2. 4. 4) *Non S. Mammes Caesariensis; cf. Tillemont, 'Mémoires p. s. à l'hist. ecclés.'* 1732, *IV, p.* 150. 5) *Nota fragmenta versuum. De hydrope locus similis est apud Hor., Carm. II,* 2, 13. 6) *Reovalis archiatri Pictaviensis, qui in urbe Constantinopolitana arti medicae studuerat, meminit Greg., H. Fr. X,* 15.

omnis populus[a] 'Amen' respondit[b], venit ad sanctum sepulchrum, semper beatae fidem pronuncians, tangebat membra, quale beatissimus ad petitionem dominae Radegundis dare iuberet. Tetigit in manu dextera singulos digitos; ubi ad minorem venit digitum, se suavi tactu[c] de propria manu tulit, ut beatae reginae desiderium[d] satisfaceret et eius voluntatem impleret. Quem[e] digitum vir apostolicus cum[f] digno honore beatae Radegundi direxit; de Hierusolima[g] usque Pictavis in eius honore semper laus[h] Dei personuit. Quid putas, quam ardenti animo, quam fideli devotione tanti[i] pignoris praemium expectans, se abstinentiae mancipavit? At ubi se beata regina hoc munus caeleste accepisse[k] cum omni alacritate gauderet, tota ebdomada cum omni congregatione se in[l] psallentium vigiliis et ieiuniis aptavit, Dominum benedicens, se tale munus accipere meruisse. Sic[m] Deus suis[n] fidelibus quae postulant non abnegat. Frequenter et dulciter quasi in figura, ut nemo intellegere[o] posset, dicebat: 'Cui animarum cura est, fortiter laudem ab ominibus[p] debet timere[q]'. Sed nihilominus, quantum illa hoc vitare volebat, tanto[r] magis ac[s] magis virtutum Largitor sibi in omnibus fidelem declarare[t] studebat, ita ut, ubicumque infirmus, a quacumque detentus infirmitate, eam invocasset, salutem[u] recipiebat.

15. Vir inluster Leo nomine ad consilium[a] sinodi evocatus a viris apostolicis Leontio[1] et Eusebio episcopis, dum iter ageret, oculi eius gravi sunt caligine obducti, sanguinis nube cooperti; nisi se[b] a famulis sustentatus pergeret, penitus viam[c] nec videret. Qui ingressus monasterium beatae, ubi filias suas ei devotus tradidit Domino servituras, introivit in oratorium domnae[d] Mariae[2] nomini[e] dedicatum. Post orationem datam prosternit se fide plenus supra sanctae cilicium, viriliter eam invocans, et tamdiu superiacuit, quousque dolor discessit, caligo fugata est, coagulatus sanguis se, venis ministrantibus, perduxit, clarisque oculis, qui manibus sustentatus venerat, sanus rediit. De cilicio beatae[f] lumen recepit; laetus atque incolomis ad sinodum, ubi coeperat[g], ambulavit. Quod post, ipso referente, universa sinodus audivit, ac inde[h] regrediens, nobis hoc ore proprio disseruit. Ipsa ei fecit[f] devotio fundamentum basilicae dominae[i] Radegundis percutere, ubi et centum dedit solidos ad fabricam ipsam faciendum[k]. Quanti infirmi ad eius[l] invocationem sunt sani redditi, quis enumerare valeat? Quis V. Caes. II, 27.
ergo[m] eam umquam vidit et terrenum[n] hominem esse credidit? Per Deum[o] caeli fiducialiter et veraciter dico, quia[p] sic semper in[q] oculis omnium resplendebat cum anima vultus eius, ut non inmerito extrinsecus appareret, quod intrinsecus gerebatur.

16. Post congregatas sanctorum reliquias, si fieri potuisset, ipsum Dominum de sede magestatis suae[a] visibiliter hic[b] habitare expetisset. Quamquam eum carnalis oculus[c] non intueretur, spiritalis mens[d] intenta sedulis precibus contemplabatur. Sed

Capp. 14—16. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 14. a) *om.* 1*b*. b) respondͣ, *m. al. in marg.* responderunt 1*b*. c) tractu 1*b*. d) desiderio (4*a*). e) *bis scr.* 1*b*. f) b. R. c. d. h. 4*a*. g) *sic* 1*a*; Hierosolima *rell.* h) salus 1*b*. i) tangi 1*a*. *b* (*corr. m. al.*). k) *extr.* e *m. al. in litura scr.* 1*b*. l) se psallentio 4*a*. m) Sed 2. n) *corr.* suus 1*a*; f. s. 4*a*. o) intellegeret, dicebat 4*a*. p) *sic* 1*a* (*pr. m.*). q) timeri 2, *corr.* r) tantum 1*b*. s) ac *m. eras.* 1*a*. t) declarari 1*b*. u) s. plene reciperet 4*a*.

Cap. 15. a) *sic* 1*a*. *b*. 2; concilium (4*a*). b) *corr.* ut nisi 1*a*; se *eras.* 1*b*; et nisi (4*a*). c) n. v. (4*a*). d) dominae *saepe* 1*b*. 2. e) nomine 2. f) *om.* 1*b*. g) reperat *corr.* ceperat 1*b*. h) deinde 2. i) *sic* 1*a*; dōnę 1*b*. k) faciendam 1*b*. (4*a*). l) i. c. 4*a*. m) quis u. eam 4*a*. n) terrenam 4*a*. o) dūm 1*b*. p) *om.* 1*a*. *b*. 2. q) r. in o. o. 4*a*.

Cap. 16. a) magestatisuae *corr. mai.* 1*a*. b) hab. hic voluisset. Et q. 4*a*. c) *om.* 1*b*. d) sp. tamen s. p. eum c. 4*a*.

1) *Leontius episcopus Burdegalensis erat; Eusebium Santonensem fuisse Mabillonius putavit.* 2) *Cf. supra p.* 382, *n.* 5.

Ps. 33, 11. quia Dominus *non privabit bonis*[a] *eos qui ambulant in*[b] *innocentiam*[c], et qui eum ex[d] toto corde et ex[e] tota anima et ex tota mente quaesierit, sicut haec beata fecit, divina clementia se[f] benignam exhibuit[g] eique in[h] sensu posuit, in cuius pectore die noctuque[i] requiescebat, ut sicut beata Helena sapientia inbuta, timore Dei plena, bonis operibus gloriosa lignum salutare, ubi precium mundi[k] pro[l] nostra salute appensum fuerat, ut[m] nos de potestate diaboli eriperet, perquisivit, ita ut invento ambabus manibus plauderet et, in terra genu flexo, Dominum adoraret, ubi ipsam[n] in mortuo suscitato dominicam crucem suprapositam agnovit[1], dicens: 'In veritate tu es Christus, filius Dei[o], qui in[p] mundum venisti tuosque captivos, quos creasti, precioso sanguine redemisti'. Quod fecit illa in orientali patria, hoc fecit beata[q] Radegundis in Gallia. Et quia sine consilio, in[r] mundo dum vixit, nihil facere voluit, transmisit litteras ad praecellentissimum domnum Sigibertum[s] regem, cuius imperio patria ista regebatur, ut ei permitteret pro totius[t] patriae salute et eius regni stabilitate lignum crucis Domni[u] ab imperatore[2] expetere. Quod[v] ille benignissime ad petitionem sanctae reginae adsensum praebuit. Illa[w] devotione plena, desiderio accensa[x], ad imperatorem non munera dirigit, quae se propter Deum pauperem[y] fecit; sed, oratione obtinente, comitatu[z] sanctorum, quos incessabiliter[a] invocabat, missos suos direxit. Sed quod sua vota poscebant obtinuit, ut beatum[b] lignum crucis Domini ex[c] auro et gemmis ornatum et multas sanctorum reliquias, quas Oriens retinebat, uno residens loco se habere gloriata est. Ad petitionem[d] sanctae transmisit imperator legatarios cum euangeliis ex[e] auro et gemmis ornatis[f]. At[g] ubi lignum, ubi[h] salus mundi pependerat[i], Pictavis civitatem cum congregatione sanctorum advenit, et pontifex[3] loci cum omni populo devote[k] hoc vellet[l] excipere, inimicus humani generis per satellites suos egit, ut precium mundi repellerent nec[m] in civitatem[n] recipere vellent, qualiter beata Radegundis tribulationibus subiaceret, aliud pro alio adserentes Iudaico ordine, quod nostrum non est disserere[o]. Ipsi viderint[p]; Dominus novit qui sunt eius. Sed illa, spiritu fervente[q], animo dimicante, iterum ad benignissimum regem dirigit, quia in civitatem[r] salutem recipere noluerunt[s]. Interim quod[t] missi sui de domno[u] rege reverterentur, in Turonico suo[v] in monasterio virorum quod condidit, ut[w] et ipsum salvaret, ibi[x] cum psal-

Cap. 16. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 16. a) bona his qui 2. b) *m. al. superscr.* 1*b*. c) *sic pr. m.* 1*a*. 2; innocentia *rell.* d) *om.* 4*a*. e) ex — et *om.* 4*a*. f) se ei 4*a*. g) exibebit, ei in 4*a*. h) sensu inposuit 2. i) nutuque *corr.* notuque 1*b*. k) miandi, *m. al. superscr.* miserandi 1*b*. l) p. n. s. *om.* 4*a*. m) fuerat, perquisivit, ita ut 4*a*. n) ipsa 2. 4*a*. o) *m. al. superscr.* 1*b*. p) hunc *add.* (4*a*). q) f. ista in G. 4*a*. r) dum v. in m. 4*a*. s) Sigipertum 1*b*. t) pro eius p. et r. eius 4*a*. u) *sic* 1*a*. *b*; *corr.* domini 1*a*; *m. al. in marg. corr.* dominicae 1*b*. v) Quid 2, *corr.*; Ille vero b. petitioni 4*a*. w) igitur *add.* 4*a*. x) accensa: 1*b*; accenso 2. y) pauperam 2. z) comitatum 1*a*; cum comitatu (4*a*). a) incessanter 4*a*. b) l. b. 1*b*. c) *om.* (4*a*). d) etenim *add.* 4*a*. e) *om.* (4*a*). f) ornatū? *corr.* ornatus 1*b*. g) Ac 1*a* (*corr.*). *b*. h) l., in quo s. 4*a*. i) pependeret 1*a*. *b* (*corr. m. al.*). k) devotae 2, *corr.* l) velit 2. m) :nec, *ras.* p 1*b*. n) civitate (4*a*). o) dissere 1*b*, *corr. m. al.* p) vider̄ 1*b*, *m. al. in marg. corr.* q) et *add.* 4*a*. r) civitate 4*a*. s) noluissent 4*a*. t) *in marg. corr.* dum 1*b*; *corr.* quo 2; quousque (4*a*). u) *om.* 1*b*. v) (suo *expunct.*) mon. 4*a*. w) condidit, cum psallentium choro crucem commendavit, ut et i. s. Non 4*a*. x) ubi 1*b*.

1) *Cf. Hist. trip. II, c.* 18: Tunc ergo quae crux esset Domini, quae latronum, dubitare coeperunt. Proinde Macarius civitatis praesul huiusmodi tractatu dubitationem solvit. Mulieri namque nobilitate clarae, longa aegritudine fatigatae unam illarum crucium cum oratione promptissima adhibens, virtutem Salvatoris agnovit. Mox enim ut mulierem crux attigit, passionem saevissimae aegritudinis effugavit ac feminae salutem restituit. 2) *Iustino scil.* 3) *Maroveus lignum noluit excipere; cf. historiam translationis S. Crucis apud Greg., H. Fr. IX,* 40.

lentio sacerdotum crucem Domini vel pignora sanctorum commendavit. Non minorem iniuriam est passa sancta crux per invidiam, quam Dominus, qui per[a] cursorem fidelem[b] vocatus et revocatus ante praesides et[c] iudices, omnem maliciam pacienter sustinuit, ut quod creaverat ne[d] periret. In quanto se cruciatu posuit, in geiuniis[e], in vigiliis, in profusione lacrimarum[f], tota congregatio sua in[g] luctu[h] et fletu omnibus diebus, usquequo respexit Dominus humilitatem ancillae suae, qui dedit in corde regis, ut faceret iudicium et iustitiam in medio populi? Sic[i] devotus rex per fidelem suum virum inlustrem Iustinum comitem[1] transmisit ad virum apostolicum domnum Eufronium Turonicae civitatis episcopum, ut cum honore digno gloriosam[k] crucem Domini vel sanctorum reliquias in monasterio dominae Radegundis introponeret[l], quod et factum est. Exultavit in gaudio[m] beata cum omni cella sua seque hoc de caelis donum bonum et datum perfectum suae congregationi, quam[n] ad Domini servitium *cf. Iac. 1,17.* congregavit, contulit, in spiritu sentiens, quod post eius transitum parum[o] habere possent. Quamquam illa cum Rege caeli gloriaret[p], unde eis subvenire posset, hoc donum caeleste provitrix[q, 2] obtima[r], gubernatrix bona, ut oves non usquequaque relinqueret[s], precium mundi de pignore Christi, quam[t] de longinqua[u] regione expetiit, ad honorem loci et salvationem populi suo in monasterio dimisit. Ubi, virtute Dei cooperante, potentia caeli ministrante, caecorum oculi lumen recipiunt, aures surdae[v] patefiunt, mutorum lingua ad suum redit offitium, claudi ambulant, daemones effugantur. Quid plura? Quisquis a quacumque infirmitate detentus ex fide venerit, per virtutem sanctae crucis sanus redit. Quis queat dicere, quantum et quale donum huic urbi beata contulit? Unde, quisquis[w] ex fide vivit, eius nomini[x] benedicit. Praecellentissimis enim dominis regibus et serenissimae dominae Bronichildi[y] reginae, quos caro dilexit affectu, et sacrosanctis ecclesiis vel pontificibus eorum[z] cum contestatione divina suum commendavit monasterium.

17. Post hoc donum caeleste acceptum transmisit beata missos suos, supradictum presbiterum cum aliis, ad imperatorem cum simplici vestimento gratias agere. In[a] redeundo coepit mare fluctibus agi, ubi sunt multa pericula passi, procellas scilicet et tempestates, quales se numquam vidisse fatebantur. 40 diebus et 40[b] noctibus in medio mari navis eorum periculo subiacebat. Iam de vita desperantes, mortem prae oculis habentes, inter se pacem facientes, quia iam[c] eos mare absorbere cupiebat, se videntes in tanto periculo, voces ad caelum dabant, clamantes ac dicentes: 'Domina Radegundis, subveni servis tuis, dum tibi oboedivimus[d], submersi non pereamus; libera nos de mortis periculo, quia iam[e] mare paratum est, ut nos[f] vivos absorbeat. Ubicumque ex fide invocata fuisti, miserta es. Miserere[g] nunc tuis et adiuva, ne pereant'. Ad has voces in medio mari advenit columba, quae ter navem eorum[h] circuiens, tertia vice in nomine Trinitatis, quam beata semper corde dilexit, cum volaret, servus beatae reginae

Capp. 16. 17. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 16. a) qui ante 4*a*. b) fideli 1*b*. c) *om.* 4*a*. d) non 1*a*. *b*. e) *sic* 1*a*. f) cum *add.* 4*a*. g) in — diebus *om.* 4*a*. h) fluctu 1*b*. i) Nam (4*a*). k) gloriosa 1*b*, *corr. m. al.* l) intromitteret 4*a*. m) medio 1*b*. n) quam — congregavit *om.* 4*a*. o) parvum haberent posse 4*a*; possint 1*b*. p) *sic pr. m.* 1*a*. *b*. q) provisatrix 4*a*. r) et *add.* 4*a*. s) reliqueret 1*b*, *corr. m. al.* t) quod (4*a*). u) gin *pr. m. suppl.* 1*b*. v) surdorum 1*b*. w) ex f. q. 1*b*. x) nomen 4*a*. y) *corr.* Brunichildi 1*a*; Pronichildi 1*b*; Bronichilde *corr.* Brunichilde 2; Brunichilde 4*a*. z) earum (4*a*).

Cap. 17. a) a. Interdum cepit 4*a*. b) :XL, *ras.* X 1*b*. c) e. i. m. absorbebat. Videntes itaque se in 4*a*. d) oboedimus 1*a*; obędimus 1*b*. e) m. i. 1*a*. *b*. f) ut absorbeat nos, *om.* vivos 4*a*. g) *sic* 1*a*. *b*; (m. *om.*) n. adiuva tuos, ne p. 2; miseris nunc adiuva tuos, ne p. 4*a*. h) *om.* 4*a*.

1) *Eius meminit Greg., De virt. S. Martini I,* 40. 2) *Est quae providet, dispensat.*

nomine Banisaios[a] extendit manum[b], de cauda eius tres tulit pennas, quas mari[c] intinguens, tempestas[d] conpescuit, et ad invocationem nominis beatae Radegundis[e] columba quae[f] apparuit eius famulos de mortis ianua vitae reddidit, et facta est tranquillitas magna in medio mari. Illi vero alta voce clamantes, dicebant: 'Advenisti, bona domina, pietate plena, tuos captivos[g] eripere, ne fluctibus mergerentur'. Ad eius invocationem non tantum sui, sed omnes sunt liberati per virtutem ipsius dominae[h] Radegundis. Ipsas pennas huc attulerunt et fabricatas[i] ipsi qui de morte liberati[k] sunt per loca sancta devoti[l] dederunt. Ubicumque[m] invocata fuerit, benigne[n] exaudit. Si febricitans aut pustulam habens aut a[g] quacumque tentus[o] infirmitate pro interiecta[p] longinquitate terrae spatia[g] ad eam venire non potuisset, candela in eius nomine accensa omnem febrem depulit. Quantum suam congregationem dilexerit, quis effari valeat? Nec, si centeno sonitu linguae plectrum moveat, hoc explere valet. Instituit, ut, dum reficerent, semper lectio legeretur, ut non solum fauces[q] accipiant cibum, sed et aures audiant[r] Dei verbum. Quicquid aut[g] aliis praecepit aut ipsa fecit, omnia propter Deum semper inplevit. Quicquid aut proibuit fieri aut ipsa[s] vitavit facere[t], omnia in zelo Dei et nihil carnaliter aut egit aut sapuit. Et quia numquam ociosa ab[u] opere Dei esse voluit, insistebat itaque[g] orationi, lectioni et[t] elymosinis[v] ac praedicationibus incessanter omnibus[w] diebus, ut nulla esset, quae se de ignorantia excusaret.

18.[a] Tantum denique donum in se, largiente divina gratia, habuit, ut humilitatis magistrum, qui de caeli[b] solio ad terras descendit, imitando Dominum[c] in[d] spiritu sequeretur, eocumque ierit[e]. Postquam[f] congregatio se recondebat iam ad pausationem, illa[g] ut[h] pernoctans in oratione[i] sua sancta dextera monasterium per signum crucis salvabat. Quadam vice dum beata illud signaret, aliqua[k] de sororibus vidit supra murum[l] milia milium daemonum in specie caprarum adstare[m]; ubi sancta[n] dexteram beatam[o] cum signo crucis elevavit, omnis illa multitudo daemonum[p] fugata nusquam conparuit[q].

19. Simili modo dum[a] ante suam cellam nocte adstaret, semper in[a] corde et in ore cursum decantans[b], — intra archana cordis sui secrete[a] iugis laus Dei personabat, — nocturna avis, quae ab[c] hominibus est ingrata[1], vociferans in[d] medio monasterio in arbore se infestabat. Dicit ad[e] eam una de adstantibus: 'Domina beata, si iubes, in verbo tuo eicio avem'. Quae dicit[f] ei: 'Si nocet, in nomine Domini vade[g],

Copp. 17—19. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 17. a) Banisaius 4*a*. b) et *add.* 2 *(sec. m.)*. 4*a*. c) ma *corr.* mare 2; mare 4*a*. d) *corr.* tempestatem 2; *sic* 4*a*. e) *om.* 4*a*; in specie *add.* 2. f) *om.* 1*b*. g) *om.* 4*a*. h) d. R. *om.* 4*a*. i) et munera ipsi 4*a*. k) s. l. 2; salvati sunt 4*a*. l) devote 4*a*. m) autem *add.* 4*a*. n) benigna 1*a*. *b*. o) detentus 4*a*. p) interiecto — spatio 2. q) foris acciperent 4*a*. r) audient 1*a*. *b*, *corr.*; v. D. audirent 4*a*. s) f. i. v. 4*a*. t) *om.* 1*b*. u) aut 1*b*, *corr. pr. m.* v) *sic pr. m.* 1*a*; elemosinis 1*a* *(e corr.)*. *b*; helemosinis 2. 4*a*. w) omnibusque 2.

Cap. 18. a) 17. 1*b*, *et sic deinceps.* b) de celo ad 4*a*. c) Deum 1*a*. *b*. d) (in *om.*) spiritum 1*b*. e) *corr.* iret 1*a*, *sic* 2. (4*a*). f) Post totam congregationem 2. 4*a*. g) ita 2. h) *om.* 1*b*; et 4*a*. i) orationem 2, *corr.* k) aliqua — vidit *om.* 1*b*. l) *om.* 1*b*. m) astare, *m. al. in marg. add.* vidit 1*b*; sed *add.* 4*a*. n) scām 1*b*; ubi beatam dexteram cum 4*a*. o) beata e. cum s. c. 1*b*. p) *om.* 4*a*. q) cōparavit 1*b*, *corr. m. al.*

Cap. 19. a) *om.* 4*a*. b) nam *add.* 4*a*. c) *om.* 2. (4*a*). d) et 1*a*. *b*. e) D. ei una 4*a*. f) dixit 1*b*. 4*a*. g) D. signum cr. faciens vade. Amb. 4*a*.

1) *Scil. bubo; cf. Verg. Aen. IV,* 461: nox cum terras obscura teneret, Solaque culminibus ferali carmine bubo Saepe queri et longas in fletum ducere voces, *et Ov. Met. V,* 550: Ignavus bubo, dirum mortalibus omen. *Nocturnas has aves intra parietes apprehensas foribus affigebant; cf. Apulei. Metam. III, c.* 23: Quid quod istas nocturnas aves, cum penetraverint larem quempiam, sollicite prehensas foribus videmus adfigi, ut quod infaustis volatibus familiae minantur exitium, suis luant cruciatibus.

nihilominus signum crucis super eam faciens[a]'. Ambulavit dixitque avi: 'In nomine domini nostri Iesu Christi iubet te[b] domina Radegundis, si non ex Dei[c] parte venisti, ut ab hoc loco discedas, ut[d] penitus hic cantare non praesumas'. Tamquam si ex ore Dei prolatum audisset verbum, dedit volatum et nusquam conparuit[e]. Merito ei aves et bestiae oboediunt, quia illa numquam[f] praeteriit Domini oboedire praecepto. Et si pro infirmitate aliquotiens requiescere voluisset, spiritu vigilante, diceret, tamquam admonens, qui salmum dicebat: 'Age, dic,' nulli dubium est, quod aut spiritaliter cum sanctis psallebat, aut certe[g] nec sopor eam superabat. Mens intenta ad Christum frequenter etiam in sopore posita, de futuro iuditio et de aeterno praemio praedicans, expergefacta nobis[1] dicebat: 'Colligite, colligite triticum[h] dominicum, quia vere[i] dico vobis, non diu erit, ut colligatis. Videte quod dico: colligite, quia quaesiturae estis istud[k] tempus; vere, vere quaesiturae estis[l] dies[m] istos et valde desideraturae'. Quod etsi tunc hoc[n] ignavia nostra tepide[o] accipiebat, iam tamen nunc venisse probamus quod dixit. Illud[p] profeticum in nobis impletum est: *Mittam vobis famem in terra; famem,* inquit, *non*[q] *panis et aquae, sed audiendi verbum Dei.* Licet praedicationes quas instituit recitentur, tamen cessavit illa incessabilis vox, desiderabilis admonitio, dulcis affectus. Nam qualem[r] vultum, Deus, plasmator bone, qualem faciem, qualem personam habuit, quis[s] potest umquam exponere? Sed et[t] hoc reminisci supplitium est. Nos vero humiles desideramus[u] in ea doctrinam[v], formam, vultum, personam, scientiam, pietatem, bonitatem, dulcedinem, quam specialem a Domino inter ceteros homines habuit.

V. Caes. II, 24. — ib. 25. — ib. 27.

20. Quam sancta fuit vita eius, tam purus et dulcis aspectus. Ante annum transitus sui, vidit in visu locum sibi paratum. Venit ad eam[a] iuvenis praedives, pulcherrimus, et quasi iuvenilem habens aetatem, qui suavi tactu[b] blandoque conloquio dum cum ea loqueretur, illa de se zelans, blandiciam[c] ipsam respuebat. Qui dixit ei: 'Quid me desiderio accensa cum tantis lacrimis rogas, gemens requiris, fusis precibus poscis, pro me[d] tanto cruciatu affligis, qui semper tibi assisto? Tu[e], gemma preciosa, noveris, te in diademate capitis mei primam esse gemmam'. Nulli dubium est, quod ipse eam visitavit, cui se tota devotione tradidit vivens in corpore, et gloriam[f], qua[g] fruitura erat, ei ostendit. Sed hoc[h] visum[i] secretius cum contestatione[k] duobus satis[l] fidelibus[2] disseruit, ut se superstite nulli narrarent. Et quia multa sunt adhuc satis et magna[m], quae propter prolixitatem[n] praeterimus, ne prolixitas nostra[o] audientibus pocius fastidium[p] generet, quam nitorem sermonis[q] ostendat, quantum de amore, de[r] nutrimentis, de caritate, de praedicatione, de omni omnino sancta eius conversatione reminisci-

ib. 28. — ib.

Capp. 19. 20. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 19. a) facies 1*b*, *corr. m. al.* b) i. d. mea R. 4*a*. c) p. D. 4*a*. d) et (4*a*). e) coparuit 1*b*. f) D. n. preteriit preceptum. Et 4*a*. g) *om.* 1*b*. h) d. t. 4*a*. i) vero *m. al. corr.* verum 1*b*. k) i. t. v. v. *pr. m. in litura scr.* 1*b*. l) *om.* 1*b*. m) i. d. (4*a*). n) *om.* 4*a*. o) trepide 2; abusive *V. Caes.* p) enim *add.* 4*a*. q) non famen p. neque sitim aque *ex. Vulg. suppl.* 4*a*, *om. autem V. Caes.* r) *sic* 2. (4*a*); quali vultu Deus plasmavit eam, qualem 1*a*. *b*; qualem vultum, Deus bone, plasmator sancte, qualem *V. Caes.* s) qui 1*a*, *corr.* t) *postea suppl.* 1*a*; *om.* 1*b*. u) desiderabamus 2. v) doctrina 2.

Cap. 20. a) eum 1*a*. b) actu 1*a*. *b* (*corr. m. al.*). c) blandiciem, *om.* i. 4*a*. d) te *h. l. add.* 1*b*, *post* tanto *add.* 4*a*. e) Tū 1*b*, *corr.* f) gloria 1*b*, *corr. m. al.* g) quam 4*a*. h) hunc 2. (4*a*). i) visu 1*b*, *corr. m. al.* k) testatione 1*b*; duabus 2. l) d. prefatis 4*a*. m) multa 1*b*. n) pro *m. al. suppl.* 1*b*. o) *om.* 4*a*. p) studium, *m. al. in marg. scr.* fastidium 1*b*; f. g. p. 4*a*. q) sermo 4*a*. r) de amore nutrientis 1*b*.

1) *Quae sequuntur Baudonivia ex libro II. Vitae S. Caesarii (Mabillon, AA. SS. ord. S. Bened. Saec. I, p. 675) ad verbum exscripsit.* 2) *Caesario quoque Iesus* 'in visione se *revelavit*': sed uni tantum satis fideli personae sub sacramento, ut taceret, ita confessus est, qui coram Deo asserit factum fuisse; *cf. V. Caesarii II*, 28.

mur, cruciamur et dolentes oculis distensis requirimus tantam pietatem, sed nec[a] invenimus quod perdidimus. O tam dura conditio, quae nobis infelicibus evenit! O piissima domina, obtinuisses cum caeli Domino, ut ante te oves quas congregaveras direxisses; tu pastorem bonum sequens, gregem Domino tradidisses!

21.[a] Iam ad gloriosum eius venimus[b] transitum, quem sine profusione lacrimarum dicere non possumus. Fluunt lacrimae de imis medullis, gemitusque[c] prorumpunt, sed in[d] nullo consolationis locum inveniunt, dum plangimus; si de eius fideli devotione minus dicimus, plus peccamus. Usque[e] diem transitus sui numquam minuit cursum Matth. 10, 22. implere et quod coepit corde retinuit, quia non qui coeperit, sed *qui perseveraverit usque in finem, ipse[f] salvus erit*. Ubi iam ad finem vitae venit sanctum eius corpusculum, longum trahens martyrium pro amore Domini, beatis[g] omnibus congregatis, luctuosa[h] circa eius thorum flentes et heiulantes, pectora duris pugnis[i] et[k] lapidibus ferientes, voces ad caelum dabant, clamantes ac dicentes: 'Domine, ne permittas nos tam grave damnum pati; lumen nostrum recipis[l], nos cur in tenebris relinquis[m]?' Et quia illa, quicquid potissimum facere voluit, semper die natalis Domini[1] facere elegit; 587, Aug. 13. nam gloriosus transitus eius sic contigit: Quarta feria mane primo Idus Agustas[n], quod fecit idem mensis dies 13[2], clausi sunt eius[o] oculi, et obscurati sunt nostri.

22.[a] Vae nobis, quia peccavimus, adflictum est in dolore cor nostrum; flemus[b] et plangimus, quod diutius una[c] nos te habere non meruimus! Ipsum[d] mane, quando[e] nobis tantum malum contigit, ubi una vox[f], unus planctus et[g] unus clamor caelos penetrabat, lapidarii, qui in monte operabantur, in aere[h] audierunt angelum[i] loquentem; unus dixit[k] ad alios: 'Quid facitis? Dimittite eam adhuc'. Quia hae voces ad Domini pervenerunt aures, angeli, qui eam ferebant, respondentes dixerunt[l]: 'Iam factum est'. Quid[m] faciemus? Illam recepit paradisus, ubi gloriatur[n] cum Domino. Credimus, quod[o] nos non de[p] se separat, quae se[q] ei placere voluit, cum quo[r] regnat. Flenda ergo nobis talis non erit[s], sed tremenda. Amisimus quidem in praesenti saeculo dominam et matrem, sed in regnum Christi praemisimus intercedentem. Admirabile quidem gaudium fecit in caelis, in terris vero intollerabilem luctum nobis reliquit.

23. Quando eius sancta anima de hoc saeculo migravit ad Christum, non erat ibi pontifex loci[3]. Ambulavit[a] nuntius ad virum apostolicum domnum Gregorium[b] Turonicae civitatis episcopum, et[c] advenit. Sed quantum praesens vidit oculis, antequam eam sepeliret, de eius virtutibus, in libro miraculorum[3] quem conposuit inseruit. Cum

Capp. 20—23. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 20. a) non 4*a*.

Cap. 21. a) *h. l. distinctione carent codd.; numerum ex indice adieci.* b) tr. v. 4*a*. c) que *om.* (4*a*). d) sed nullum 1*a*. *b*. e) in in *marg. suppl.* 1*b*; ad *add.* (4*a*). f) hic 1*b cum Vulg.* g) beati omnes congregati 2. (4*a*). h) luctuose (4*a*). i) pignis 2. k) et l. *om.* 4*a*. l) recepis 1*a*, *corr.* m) reliquis 1*b*, *corr. m. al.*; derelinquis 4*a*. n) *corr.* Augustas 1*a*; Aug̅ 13. die eiusdem mensis clausi 1*b*; Augusti 4*a*. o) o. e. 1*a*. *b*.

Cap. 22. a) 21. *et sic deinceps codd.; emendavi ad indicem.* b) flevimus 2. c) u. n. te *om.* 4*a*. d) ipso, *sed* o *m. al. in litura scr.* 1*b*. e) ubi 2. (4*a*). f) ubi *add.* 4*a*. g) *om.* (4*a*). h) aera 2. i) Dei *add.* (4*a*). k) dicebat alio: Quid 4*a*. l) x *m. al. suppl.* 1*b*. m) quod 1*a*, *corr.* n) c. D. gl. 4*a*. o) q. n. *om.* 1*b*. p) a 4*a*. q) ei se 4*a*. r) quo 1*b*, *corr. m. al.* s) est (4*a*).

Cap. 23. a) Perrexit 4*a*. b) Gregium 1*b*. c) ep., qui statim advenit 4*a*.

1) *Iesum* 4. *feria natum esse, in Chron. Pasch. (ed. Dindorf I, p.* 381*) traditur.* 2) *Cf. Greg., H. Fr. IX, 2:* Eo anno *(a. 12. Childeberthi)* beatissima Radegundis ab hoc mundo migravit. — — Obiit autem mense sexto, tertia decima die mensis, sepulta post triduum. 3) *Maroveus episcopus Pictaviensis; cf. Greg. in Gl. Conf. c.* 104, *quo Baudonivia usa est.*

autem venit ad locum, ubi sanctum corpus iacebat, — quod[a] ipse postea cum sacramento lacrimans[b] dicebat, quod in specie hominis vultum[c] angelicum viderat, facies illius velut rosa et[d] lilium fulgebat, — ita tremefactus est ac metu concussus, tamquam si ante praesentiam beatae[e] genetricis Domini adstaret[f] devotus vir, Deo plenus. Expectabatur pontifex loci, ut eam cum[g] digno sepelirent honore. Tota congregatio circa eius thorum stans psallebat; ubi[h] psallentium vel paululum quiescebat, intollerabilis planctus aderat. Triduo[1] expectatus est pontifex, quia vicos circuiebat[2]; sed quia non[i] venit, supradictus vir apostolicus de caritate fidus[k], quia *perfecta caritas foras* 1. Ioan. 4,18. *mittit timorem*[l], in basilica sanctae Mariae[3] nomine[m] condita, ubi sacra virginum corpora de monasterio suo conduntur, eam cum digno[n] sepelivit honore.

24. Dum[a] sub muro cum psallentio[b] sanctum eius corpus portaretur, quia instituerat, ut nulla vivens foras[c] monasterio[d] ianuam egrederetur[4], tota congregatio supra murum lamentans, ita ut planctus eorum[e] superaret ipsum psallentium, pro psalmo lacrimas[f], pro cantico mugitum et gemitum pro alleluia reddebant. Rogaverunt desursum, ut subtus turrem[g, 5] repausaretur feretrum, in[h] quo beata portabatur, graviter sustinentes eius absentiam[i]. Sed ut suam fidelem Dominus declararet in medio populi, ibi[k], dum pausaretur sanctum corpus, caecum inluminavit. Qui multis annis lucem diei non viderat, lumen[l] recepit; qui ad manum[m] tractus venerat, post feretrum, nullo sustentanto, videns, tamquam si nullum habuisset laborem oculorum, ad sanctum sepulchrum abiit et[n] usque hodie clare videt.

25. Ne[a] praetermittatur et aliud miraculum. Ubi eam sepelivit supradictus episcopus, coopertorium non posuit[6], antequam pontifex loci veniret. Liberae, quae ante eam cereos portaverunt, totae in gyro sepulchri adstabant. Unaquaeque in suo cereo suum nomen dabat[b] scriptum; totae[c] uni e[d] famulis cereos ipsos iuxta ordinationem tradebant. Fit contentio in populo; alii dicebant, cereos ipsos in eius sanctum sepulchrum mitti deberent[e], alii dicebant, non. Dum istud ageretur, de pueri[f] brachio, qui totos tenebat, unus exilivit in altum[g] super omnem populum et se in sancto[h] sepulchro

Capp. 23—25. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 23. a) ut 4*a*. b) *om.* 4*a*. c) a. v. 4*a*. d) vel 4*a*. e) pr. Dei g. adstaret 4*a*. f) adstaret. Devotus *distinguunt codd.* g) eam condigne sepeliret. Tota 4*a*. h) vox *m. al. superscr.* 1*b*. i) *om.* 1*a*. *b*; vinit 1*a*, *corr.* k) *corr.* fisus 1*a*. l) Et *add.* 1*b*. m) nomini dicata, ubi 4*a*. n) cum digno *corr.* condigno 2.

Cap. 24. a) Cum 1*b*. 4*a*. b) spallentio 1*b*. c) foris 4*a*. d) *sic* 1*a* *b*, *in utroque corr.* monasterii, *sic* 2. (4*a*). e) earum 2. f) lacrimis 1*a*, *corr.* g) terrem *corr.* turrim 1*a*; terrę 1*b*; turrim 4*a*. h) in q. b. p. *om.* 4*a*. i) abstinentia 1*b*. k) ubi 1*b*. l) lumen — venerat *om.* 4*a*. m) manus (4*a*). n) et — videt *om.* 2.

Cap. 25. a) Non 4*a*. b) dabit 1*b*, *corr. m. al.* c) vel simul *add.* 1*a*. *b* (vel *pr. m. superscr.*): *glossema est.* d) e *e corr.* 1*a*; ē 2. e) *corr.* debere 1*b*. 2; *om.* 4*a*. f) puero 1*a*, *corr.* g) alto 4*a*. h) *om.* 4*a*.

1) *Cf.* p. 392, n. 2. 2) eo quod illum causa visendarum parochiarum elongaverit *Greg. in Gl. Conf.* c. 104. 3) *Cf. quae supra p.* 382, *n.* 5, *attuli.* 4) *V. Regulam Caesarii c.* 1 (*Migne, Patrol. Lat. LXVII, p.* 1107): Si qua, relictis parentibus suis, saeculo renuntiare et sanctum ovile voluerit introire, ut spiritualium luporum fauces, Deo adiuvante, possit evadere, usque ad mortem suam de monasterio non egrediatur nec de basilica, ubi ostium esse videtur. 5) Transeuntibus autem nobis sub muro, iterum caterva virginum per fenestras turrium et ipsa quoque muri propugnacula voces proferre ac lamentare desuper coepit, ita ut inter sonos fletuum atque conlaesiones palmarum nullus possit a lacrimis temperare *Greg. l. l.* 6) *Cf. Greg. in Gl. Conf. c.* 104: Tunc, facta oratione, discessimus, reservantes episcopo loci, ut ab eo, celebrata missa, tegeretur operculo.

ad pedes beatae posuit et, quod aesitabantur[a], declaravit. Respicientes ad nomen, cuius esset cereus, inventum est Calvae nomen. Hoc videns episcopus vel omnis populus, admirantes virtutem beatae Radegundis[b], Domino benedixerunt. Quantae post eius transitum[c] ibi sunt factae virtutes, quanti[d] daemoniaci liberati, quanti febricitantes sunt[e] redditi sanitati, quis enumerare valeat?

26. De Burgundia cum viro apostolico Leifasto[1] episcopo veniens eius abbas[a] nomine Abbo, dum esset[b] Pictavis in civitate, dentis incurrit validum dolorem. Die noctuque una vox, unus dolor inerat ei, mortem evenire[c] sibi optans, ut tanto careret dolore. Qui, inspirante sibi divina misericordia, rogavit se duci ad sanctae basilicam. Ubi ingressus, cum fide se ante sanctum sepulchrum terrae proiecit, mortem prae[d] oculis habens, pallam corporalem desuper[e] sancto tumulo mordicus[f] adprehendit. Qui septem diebus nec cibum sumpserat nec somno refici poterat, in hoc morsu sopor accessit, dolor discessit, sanus ad hospitium rediit. Quod post, ipso referente, plures cognoverunt, ubi se fatebatur de mortis ianua per virtutem dominae Radegundis esse revocatum.

27. Et quia mos est festivitatem[a] beati Hilarii[b] reliquis monasteriis circumcirca proximis, quae sunt ibi, usque mediam noctem[c] vigilias celebrare, de media nocte unusquisque abbas cum suis fratribus ad suum revertitur monasterium cursum celebrare. Quamdiu in beati antistitis basilica vigilaverunt, tota nocte inergumini[d] clamaverunt, inter quos mulieres duas graviter infestabat[e] inimicus; praecipue una tantum baccabatur, ut in eius fremitu tota tremeret basilica. Postquam inde vir venerabilis Arnegisselus[f] abbas basilicae beatae reginae[2] cum suis monachis exivit[g], ad suam vadens basilicam cursum implere, quam[h] illa satis dilexerat, ipsas post se mulieres audierunt clamantes venire[i]. Quae ingressae basilicam vociferantes[k], dominam Radegundem, ut eis parceret, supplicabant. Una ex illis[l], quae gravius tribulabatur, iam ter quinos habens annos, ex quo eam spiritus nequam flagellabat, tunc, — matutina dicebatur, — seviens[m] inimicus vas quod invaserat reliquid. Illa alia ad terciam ante ostium[n] ipsius basilicae est liberata, et ultra nequissimus hostis eis[o] nocere non valuit. Quam[p] larga est et dives misericordia Dei, quae suos vereri facit, et loca requirit[q] ipse virtutum largitor ac[r] dispensator, ubi per suos fideles suam ostendit[s] potentiam! Ad basilicam sancti viri sunt alii liberati, alii vero basilicae dominae[t] Radegundis sunt directi, ut, sicut aequalis[u] gratiae erant[v], ita aequalis et virtus ostenderetur.

28.[a] Quis[b] male habens, quamvis vita desperatus, si pallam subteriorem custos eiusdem sacri sepulchri intinxit in calice aquae et dedit[c] febricitanti poculum, non[d]

Capp. 25—28. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 25. a) *sic* 1*a*. *b*; *corr.* haesitabant 1*a*; h(a)esitabatur 2. 4*a*. b) Radegundes 1*a*, *corr.*; Radę *pr. m. corr.* Radgę 1*b*; Radegundae 2. c) trans 4*a*. d) quantę 1*b*. e) febr. sanati, quis 4*a*.

Cap. 26. a) abba 2. b) P. esse civitatem *corr.* P. esset civitate 1*a*; P. esset, *om.* in civ. 1*b*. c) evenirē 1*b*. d) pro 1*b*. e) d. (super 4*a*) sanctum tumulum 2. 4*a*. f) morsu 1*a*. *b*.

Cap. 27. a) *corr.* in festivitate 2. b) Hylarii 4*a*. c) *om.* 1*b*. d) inargumini 1*a*. *b*; *corr.* inergumini 1*a*; *corr.* inaergumini 1*b*. e) infastabat 1*b*. f) *sic* 1*a*; Arn^e^gisselus 1*b*; Arnegiselus 2. 4*a*. g) exhibuit 2, *corr.* h) quem 4*a*. i) ve 1*b*. k) voci ferentes 1*a*, *corr.*; *om.* 4*a*. l) eis 4*a*. m) vivens 1*a*; *s* (= sed) vivens 1*b*. n) hostium, *om.* ipsius 4*a*. o) *corr.* ei 1*a*. p) qua *corr.* quia 1*b*. q) t *m. al. in litura scr.* 1*b*. r) l. a celis pensator 1*b*. s) ostendat 2. 4*a*. t) *sic* 1*b*. 4*a*. u) equali (*s postea add.*) gratia 1*b*; aequales gratia 2. v) *bis scr.* 1*b*.

Cap. 28. a) *sic recte* 1*a*; 27. 1*b*. b) *m. al. corr.* quisquis 1*b*. c) ei *add.* (4*a*). d) *om.* 1*a*; *m. al. expunxit* 1*b*.

1) *Neque Leifastus, qui Siagrio Augustodunensi a.* 600. *successisse videtur, neque Abbo alibi nominantur; cf. Gall. Chr. IV,* 346. 449. 2) *S. Mariae.*

statim, ut bibit, ante sanctum eius sepulchrum iacens, sopor accessit, morbus recessit? Christo largiente, omnibus diebus in nomine ipsius domini[a] Iesu Christi ibi multae virtutes fiunt, unde[b] recessit. Nos quoque etiam[c] fideli devotione et sedulitate debita veneramur[d] in terris, cuius[e] anima confidimus, gaudemus et gloriamur quod praefulgeat in caelis, ipso[f] praestante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat[g] in saecula saeculorum. Amen.[h]

Cap. 28. 1*a*. *b*. 2. 4*a*.

Cap. 28. a) nostri *add.* 4*a*. b) ubi 1*a*. *b*. c) *om.* 4*a*. d) eam *add.* 4*a*. e) cuius — gaudemus *om.* 1*a*. *b*. f) ipse 1*b*, *corr. m. al.* g) reg 1*b*. h) Explicit vita sanctae Radegundis reginae *add.* 4*a*: *Sequitur Greg. Tur., H. Fr. VI*, 29, *de obitu Disciolae* 1*a*. *b* (XXVIII. In monasterio autem). 4*a* (Incipit de puella Distiola).

GESTA DAGOBERTI I. REGIS FRANCORUM.

Dagoberti regis Gesta saeculo demum nono monachus quidam monasterii S. Dionysii Parisiensis, quod rex vivus imprimis coluerat, descripsit. Historiam Francorum ex chronicis quae dicuntur Fredegarii, codice quodam 4. vel 5. classis usus, praecipue hausit. Ex codice B 1a Libri historiae Francorum expeditionem Saxonicam (c. 14) et brachium S. Dionysii a Chlodoveo II. abscisum (c. 52) transcripsit. Ex Vita Arnulfi c. 16. scire potuit, episcopum illum Mettensem Dagoberti praeceptorem fuisse (c. 2); de Vita S. Amandi, quam Baudemundus composuit[1]*, miraculum, quod in baptismate Sigiberti contigit, deprompsit (c. 24). Denique 'vetustissimam chartam, quam, ut ferebatur, beatus Audoenus episcopus scripserat', laudavit (c. 44). Haec quidem aetatem non tulit, sed historiolam persimilem multo ante Audoenum Gregorius Magnus, Dial. IV, 31 (SS. rer. Langob. p. 540) de Theodorico rege rettulit. Quae de uxoribus Chlotharii regis c. 2. et 16. monachus solus narravit, Valesius, Res Francicae III, p. 14. falsa esse probavit. Neque quisquam praeter anonymum testatur, uxorem Gomatrudem, 'eo quod esset sterilis', a Dagoberto esse relictam (c. 22). Haec dubia sunt. At quod Dagobertum die 19. Ianuarii mortuum (c. 42) 'iuxta eorum (SS. Dionysii, Eleutherii, Rustici) tumulum in dextro latere' sepultum esse monachus S. Dionysii monasterii scripsit, procul dubio fidem optimam habet. Haec de iis Gestorum partibus, quae ad Francorum historiam pertinent; quae restant, ad historiam monasterii Dionysiani spectant. Illic fontibus usus est c. 3. Passione SS. Dionysii, Rustici, Eleutherii (Fortunati Opp. II, p. 104) et Vita Genovefae (ed. Kohler p. 19), c. 20. Vita Eligii auctore Audoeno (ed. d'Achery, Spicileg. V, p. 185). Denique chartas regum Francorum adhibuit, quae in archivo ecclesiae Dionysianae (cf. c. 35. 39. 49) tunc temporis asservabantur. Has plerumque excerpsit; ubi textum fere integrum rettulit, chartam in orationem immutavit, quam Dagobertum (c. 39. 42) et Chlodoveum (c. 51) reges habuisse voluit. Certe permultae quibus usus est chartae falsae erant; at quae supersunt spuriae haud dubito quin post Gesta Dagoberti fictae sint. Ex authenticis duae tantum haec tempora viderunt; altera iam lacunosa ex Gestis optime suppleri potest (cf. DD. I, p. 19). Denique monachus Dionysianus fabulas quasdam de Dagoberto et Sadregisilo duce Aquitaniae narravit; hunc quidem ipse primus e tenebris eruit.*

Scriptoris tempore in monasterio S. Martini Turonensi psallentium assiduum personuit (c. 35. 43. 51). Quod cum Alcuino auctore ibi institutum esse, veri simile sit, vix ante a. 800. Gesta composita esse dicas. Neque vero post a. 835. Hoc enim anno Ludovicus Pius in litteris, quas ad Hilduinum S. Dionysii abbatem dedit (Migne, Patr. Lat. CIV, p. 1327), Dagoberti his verbis mentionem fecit: Dagobertus, qui eundem

1) *Cf. AA. SS. Febr. I, p.* 851.

pretiosissimum Christi martyrem *(Dionysium scil.)* veneratus non mediocriter fuerat, et in mortali est vita sublimatus et per eius adiutorium, sicut divina ac celebris ostensio perhibet, a poenis est liberatus inque vita perenni desiderabiliter constitutus. *Hanc autem 'celebrem ostensionem' e charta quam reppererat Audoeni vetustissima Gestorum scriptor primus litteris dedit. Ante Hilduinum abbatem, qui Dionysium Parisiensem et Areopagitam in unum coegit, hoc opusculum conscriptum esse, Cointius, Ann. eccl. II, p.* 705, *iam vidit. Circa a.* 906. *Regino Gestis Dagoberti primus usus est.*

Codices in duas classes divisi.

1a) *Codex Parisiensis*[1] *nr.* 5569, *saec. X, fol.* 65, *formae quadratae, qui olim S. Remigii Remensis* (liber Sancti Remigii, qui abstulerit anathema sit), *postea Baluzii (nr.* 776*) erat, fol.* 1'. *epistulam continet, quam Anastasius bibliothecarius a.* 876.[2] *ad Karolum contra eos scripsit, qui Dionysium Parisiensem fuisse Areopagitam negabant (Migne, Patr. Lat. CXXIX, p.* 737*). Hanc fol.* 4. *Passio S. Dionysii Areopagitae excipit. Fol.* 20, *indice capitum praemisso:* Incipiunt capitula istius libelli, *Gesta Dagoberti incipiunt, quae fol.* 23. *lemma ferunt:* Gesta domni Dagoberti regis Francorum, *et in his verbis desinunt:* Expliciunt Gesta domni Dagoberti regis feliciter. *Margini glossemata a pluribus librariis adscripti sunt, qui etiam textum emendaverunt. Gesta fol.* 62'—64'. *sermo quidam S. Augustini subsequitur.*

Waitz beatae memoriae librum contulit.

1b) *Codex Londiniensis musei Britannici*[3], *'Additional manuscripts' nr.* 21109, *membranaceus saec. XII, fol.* 201, *formae quadratae, olim monasterii Steinveltensis erat:* Pertinet ad Steynvelt 1476. *Fol.* 1—23. *Gesta Dagoberti occupant, inscripta:* Vita Dagoberti regis Francorum incipit. *Clausula desideratur. Dagoberti Gesta fol.* 24—39. *Vita Karoli Magni auctore Einhardo excipit. Quod ad rationem scribendi pertinet, codex a libro* 1a *admodum discrepat. Librarius saepe* e *pro* ae, ci *pro* ti *scripsit; praepositiones consonanti sequenti plerumque assimilavit:* affici, aggreditur, ammiratione, ammonitus, approbantes, appropinquabat, acquisitum, asspiciant, asspirare, collata, collatio, illatione, illibato, illicite, illuxit, optulerit. *Rationem vero codicis* 1a *praeferendam esse, primo patet aspectu.*

Liber antequam in Britanniam transportatus est, Georgii Waitz b. m. cura in usum societatis nostrae collatus est; cf. 'Archiv' VII, p. 364.

*Huic classi codex Petavianus (*1a *similis) a Chesnio adhibitus et Remensis*[4] *(*1b *similis) a Bouqueto comparatus attribuendi sunt. Hunc cave cum altero Remensi* 1a *confundas. Uterque liber quo venerit, ignoro.*

2a) *Codex Ienensis membranaceus nr.* 65, *saec. XIV, formae maximae, paginis bipartitis scriptus, post Ekkehardum Uraugiensem*[5] *fol.* 138—144'. *Gesta continet:* Incipiunt Gesta domini Dagoberti regis Francorum — Expliciunt Gesta domni Dagoberti regis Francorum.

Librum, quo editio Struviana innititur, a. 1838. *Waitz b. m. contulit.*

2a*) *Codex Havniensis bibliothecae regiae, collectionis recentioris, formae octavae, p.* 19. *continet:* Vita Dagoberti regis Francorum e bibl. Ienensis codice membr. (= 2a); *cf. 'Archiv' VII, p.* 161. *Erat olim Marquardi Gudii.*

2b) *Codex Dresdensis F. nr.* 60. *membranaceus, saec. XIV. in. paginis bipartitis scriptus est.*

1) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 269. 2) *Desinit:* Explicit mense Iunio, indictione nona, anno pontificatus viri beatissimi domini nostri Iohannis octavi papae quarto, imperio vero domini clementissimi Karoli semper augusti primo. 3) *Cf. 'N. Archiv' IV,* 363; *SS. XIII, p.* 726. 4) *Remensis cuiusdam codicis, qui Librum h. Fr. ut primum, Gesta Dagoberti ut alterum librum continebat, Ruinart, Gregorii Opp., Praef.* §. 82, *meminit; cf. supra p.* 221, *n.* 2. 5) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 262; *VIII, p.* 696.

Hunc a. 1820. *Ebert bibliothecarius contulit schedulasque societati nostrae transmisit.*

3) *Codex S.* **Audomari**[1] *nr.* 342 *bis, olim S. Bertini, saec. IX, membranaceus formae maximae, in monasterio S. Bertini ortus, priorem tantum Gestorum partem continet:* Incipit particula de gestis Dagoberti incliti regis atque inventione sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, quae celebratur 10. Kal. Mai. Quartus a Clodoveo, *ad c.* 19*:* centuplicata in aeterna retributione unicuique restitueret. *Gesta Revelatio Stephani excipit.*

Ex duobus quae Holder-Egger v. c. transcripsit capitibus intellegitur, textum cum summa licentia a librario redditum esse.

His accedit codex **Parisiensis** *S. Germani*[2] *nr.* 1085 *(olim nr.* 646*), saec. XIII, fol.* 64*:* Incipit vita Dagoberti regis. Quartus ab Clodoveo, qui primus — vitam cum regno finivit. Explicit vita Dagoberti *(f.* 68'*). Gesta* Miraculum in die dedicationis sancte ecclesie beati Dionisii Ariopagite divinitus factum christianis omnibus celeberrimum *(Inc.:* In Galliis civitate) *excipit.*

Librorum classes 1 *et* 2 *ubi inter se differunt, raro* 1*a. b. peccant, ut c.* 42. partis *pro* pastis *(*2*a. b), saepius recentiores codices* 2*a. b depravati sunt: e. gr. c.* 35. *verba* et Noviomum atque Pudridoctium vel Albiniacum *in his desiderantur. Quamquam* 1*b a librario minus accurato exaratus est, qui textum suo arbitrio immutavit, tamen hunc nonnullis locis lectionem bonam solum servasse, e fontibus intellegitur: c.* 32. regnum *et* nollent 1*b cum Fredegario,* regna *et* nollentque *rell. libri; c.* 42. consilium Egani peragratum 1*b cum Fredegario,* consilium tamen eius pergratum *rell.; c.* 51. praesentes 1*b cum charta Chlodovei II,* praesens *rell. De cetero codicem* 1*a ut ducem fidissimum secutus sum. In hoc uno c.* 13. intentio *(ita Fred.;* contentio *rell.), c.* 16. spacium largiorem *(ita Fred.;* sp. longius 1*b,* spatia longiora 2*a. b) tradita erant. Etiam orthographiam eam admisi, quam* 1*a praebuit, a quo raro recessi, ne textus nimis varius fieret. Codicum vero recentiorum discrepantiam orthographicam supprimendam esse duxi, excepta ea quae ad nomina propria spectat.*

Gesta Dagoberti princeps

1) *Duchesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Paris.* 1636, *tom. I, p.* 572—589, *in lucem vocavit, codice Petaviano usus:* Ex bibliotheca viri cl. Alexandri Petauii Senatoris Parisiensis. *Is quidem* 1*a similis erat, sed c.* 35. *villas quas supra l.* 17. *dixi Chesnius cum libris* 2 *praetermisit. In Petaviano, qui indice capitum instructus erat, c.* 35. Equitaniorum, *c.* 36. aedes *pro* sedes *legebatur.*

2) *B. G. Struve in Actis litterariis, Ienae* 1706, ex Codice manuscripto Bibliothecae Salanae, cum Observationibus historicis[3] *(=* 2*a) Gesta edidit. Hanc editionem in bibliothecis frustra quaesivi.*

3) *Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Paris.* 1739, *II, p.* 577, *editionem Chesnii ad verbum repetivit, cui discrepantiam lectionum codicum* 2*a ex Struvio et S. Remigii Remensis adiecit; cf. p.* 577*:* Editionem Chesnianam sequimur, quam cum codice Bibliothecae Salanae et cum alio codice ms. monasterii S. Remigii Remensis comparamus. *Hic cum villas quas supra l.* 17. *dixi continuerit, priori classi adnumerandus est. Erat autem* 1*b similis: c.* 16. muscipulam receperat *Rem. cum* 1*b pro* muscipulare ciperat *(*1*a) et* spatium longius *Rem. cum* 1*b pro* spacium largiorem *(*1*a). 'Ob lacera folia' in verbis c.* 42. non procul a Parisius *desiit.*

4) *Migne, Patrologia Latina XCVI, p.* 1395, *editionem Chesnianam repetivit.*

Gesta Dagoberti in linguam Francogallicam transtulit Guizot, 'Collection des mémoires'. Paris. 1823, *II, p.* 266—316, *sub titulo: 'Vie de Dagobert I'. Prooemium quod praemisit dignum est quod legatur.*

1) *Cf. 'N. Archiv' II, p.* 319*; SS. XV, p.* 2. 424. 2) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 298. 3) *Cf. Lelong II, nr.* 16105.

De hoc libello fusius egi in disquisitione quam inscripsi 'Über die Gesta Dagoberti' ('Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXVI, p. 163—191). Locorum nomina Jacobs, 'Revue des sociétés savantes, 2ᵉ série', tom. VII, interpretatus est. Conferas etiam quae Longnon, 'Revue critique' 1873. de his scripsit. *Krusch.*

INCIPIUNT[a] CAPITULA ISTIUS LIBELLI.

1. De Clothario, patre Dagoberti.
2. De infantia Dagoberti.
3. De beato Dyonisio martyre et sociis eius et ecclesia, quam beata Genovefa super ipsos construxerat.
4. De cervo, qui, insequente Dagoberto, in aedem martyrum fecit confugium.
5. De morte matris Dagoberti.
6. De Sadregiselo duce, quomodo eum Dagobertus dehonestaverit.
7. Quomodo Sadregiselus dehonestatus Clothario se obtulit, et quomodo Dagobertus in aedem praedictam martyrum confugium fecit.
8. Quomodo Clotharius missos, qui eum inde abstraherent, miserit.
9. Quomodo Dagoberto in somnis martyres apparuerint.
10. Quomodo Clotharius per semet ipsum exinde abstrahere voluerit et minime potuerit.
11. Quomodo Clotharius filio culpam ignoverit et eundem locum venerabiliter honoraverit.
12. Quomodo Clotharius Dagobertum consortem regni fecerit.
13. Quomodo Dagobertus Gomatrudem in coniugium acceperit, et qualiter inter ipsum et patrem orta intentio fuerit.
14. Quomodo Dagobertus a patre in Austria directus, contra Bertoaldum pugnaverit, et qualiter Clotharius ei in auxilium veniens, ipsum Bertoaldum interfecerit.
15. De morte Clotharii regis, et qualiter ei Dagobertus in regnum successit.
16. De Hairberto, fratre Dagoberti, et qualiter ei Dagobertus partem regni concesserit.
17. Quomodo Dagobertus rex sanctorum martyrum Dyonisii sociorumque eius corpora requisierit atque ecclesiam ornaverit, et de absida, infra quam requiescunt, qualiter eam desuper ex argento cooperuerit.
18. Quomodo de teloneo ex Massilia centum solidos in luminaribus ipsius ecclesiae annuatim concesserit.
19. De gazofilatio, quod ante cornua altaris ipsius ecclesiae fieri iussit, et annuatim inibi centum solidos solvi praecepit.
20. De cruce aurea, quam idem rex inibi fieri iussit.
21. De ingressu ipsius in Burgundiam et timore procerum et gaudio pàuperum seu morte Brunulfi.
22. Quomodo Gomatrudem reliquerit et Nanthildem in congugium sumpserit.
23. Qualis idem rex Dagobertus fuerit.
24. Quomodo Ragnetrudem stratu suo adsciverit et filium ex ea genuerit, et qualiter legationem ad Eraclium imperatorem direxerit.
25. De morte Hairberti, et quomodo Dagobertus regnum et thesauros ipsius suae dicioni redegerit.
26. De morte Landegiseli, qui fuerit germanus Nanthildis reginae.

Index. 1a.

Index. a) *index cum* 1a *tantum collatus est; in reliquis libris fortasse desideratur.*

27. De initio scandali inter Dagobertum regem Francorum et Samonem regem Sclavorum.

28. De intentione Avarorum et Bulgarorum, et qualiter Dagobertus Bulgares, qui ad eum venerant, interfici iusserit.

29. De morte Sisebodi regis Hispaniae et de missorio aureo, quem Sisenandus Dagoberto regi promiserat.

30. Quomodo Dagobertus contra Winidos cum exercitu perrexit, et qualiter Saxonibus tributum indulserit.

31. Quomodo Dagobertus Sigebertum, filium suum, in regnum Austriae sublimavit.

32. Quomodo Hludowicus eidem ex Nanthilde natus fuerit, et qualiter inter ipsum et Sigebertum regnum suum diviserit.

33. Quomodo ecclesiae Christi martyrum Dyonisii ac sociorum eius quasdam areas infra extraque Parisius atque portam ipsius civitatis cum omnibus teloneis contulerit.

34. Quomodo annuale mercatum, quod fit post festivitatem martyrum, fratribus inibi commorantibus concesserit.

35. De morte Sadregiseli, et quomodo rex omnes res ipsius, quae ad fiscum receptae fuerant, supradicte ecclesiae tradiderit.

36. De exercitu, quem in Wasconiam transmisit.

37. Quomodo de quibusdam villis ecclesiam supradictorum martyrum heredem fecerit, et qualiter fratribus inibi consistentibus ex ducatu Cinnomannico centum vaccas annis singulis concesserit.

38. Quomodo ad Iudicaila missos suos in Brittanniam transmiserit.

39. Quomodo omnia pene monasteria regni sui per suum testamentum ditaverit, per quod etiam Braunadum villam Sancto Dyonisio tradidit.

[40.[a] Quomodo plumbum ipsi ex metallo censitum ad cooperiendam ecclesiam donaverit].

41. Quomodo Wascones cum suo duce eius se dicioni subdiderint.

42. De obitu Dagoberti regis, et quid in infirmitate ipsa positus fecerit.

43. De sepultura ipsius in ecclesia Sancti Dyonisii, et qualiter ibidem psallentium ordinem adhuc vivens instituerit.

44. De legatione Ansaldi et revelatione cuiusdam servi Dei, qualiter animam regis Dagoberti sancti Dei liberaverint.

45. De Hludowico, filio ipsius, quomodo illi in regnum successerit.

46. De thesauris ipsius, quo ordine inter filios divisi sint.

47. De morte Pippini et Ega, qui fuerant consiliarii regis Dagoberti.

48. De Erchinoaldo et Flaucato, qui post Egam maiores domus fuerunt.

49. De testamento Nanthildis reginae et morte ipsius.

50. De Hludowico, qualiter praecepta, quae pater suus Sancto Dyonisio tradiderat, renovaverit, et quomodo argentum supradictae absidae pauperibus largiri iusserit.

51. De eo quod praefatum locum idem rex Hludowicus a dominatione Parisiaci antistitis per privilegium et confirmationem sanctorum episcoporum liberaverit.

52. De eo quod os brachii sancti Dyonisii fregit et ob hoc prius sensum et postea vitam cum regno amisit.

Index. 1a.

Index. a) *titulum om.* 1a *et Duchesne; habet Bouquet. Eum scriptoris minime esse, verbum probat* donare *pro* concedere *vel* conferre.

GESTA DOMNI DAGOBERTI REGIS FRANCORUM[a].

1. Quartus ab[b] Chlodoveo[c], qui primus regum[d] Francorum ad cultum Dei, docente beato Remigio Remensi[e] episcopo, conversus est, Chlotharius[f], filius Chilperici[g], regnum sortitus est. Qui elaborata a maioribus dignitate potitus, cum et plurima strenue gesserit, tum[h] praecipue illud memorabile suae potentiae posteris reliquit indicium[i], quod, rebellantibus adversum se Saxonibus, ita eos armis perdomuit, (L. H. Fr. c. 41.) ut omnes[k] virilis sexus eiusdem terrae incolas, qui gladii, quod[l] tum forte[m] gerebat, longitudinem excessissent, peremerit, quippe ut iunioribus tumoris[n] ausum recordatio illius vitalis seu mortiferi gladii amputaret. Tanta tum Francorum potentia, tanta regum animositas erat. Quomodo autem vel[o] qualiter hoc peregerit, in subsequentibus[1] suo ordine plenius intimabitur. Fuit nempe idem rex Clotharius (Fred. IV, 42.) patientiae deditus, litteris eruditus, timens Deum, ecclesiarum et sacerdotum magnus ditator[2], pauperibus elemosinam tribuens, benignum se omnibus et pietate plenum ostendens, belligerator insignis, venationibus ferarum nimium assidue utens.

2. Huic fuit filius nomine Dagobertus, quem ex Bertedrude[a] regina susceperat[3], (L. H. Fr. c. 41. cf. Fred. IV, 46.) qui patri succederet et industria dignus et viribus. Hic denique in annis[b] puerilibus positus, traditus est[c] a genitore venerabili ac sanctissimo Arnulfo[4] Mettensium[d] urbis episcopo, ut eum secundum suam sapientiam enutriret eique tramitem christianae religionis ostenderet atque eius custos et baiulus esset. Cum autem adolescentiae aetatem, ut genti Francorum moris est, venationibus exerceret, agere[e] cervum quadam die instituit. Qui facile repertus, oblatrantibus atque certatim insequentibus canum agminibus, ea pernicitate[f] qua illud animal fertur silvas montesque et, si qua occurrere, flumina transcurrens, canum industriam effugere conabatur. Tandem ergo victus ad vicum qui Catulliacus[5] dicitur se contulit. Hic ab urbe quae Lutecia[g] sive Parisius vocatur quinque[6] ferme[h] milibus abest. Siquidem in ea urbe reges Francorum maxime sceptra tractare consueverant[i].

3. In eo sane vico temporibus[a] Domiciani, qui secundus ab Nerone in christianos arma corripuit, primum memoratae urbis episcopum beatissimum Dyonisium cumque[b] eo Rusticum et Eleutherium, quorum alter presbiter, alter diaconus erat, pro (Pass. SS. Dionysii, Rustici, Eleuth. c. 3.) Christi nomine in prospectu ipsius civitatis interemptos quaedam materfamilias vocabulo Catulla, a qua et vico deductum[c] nomen dicunt, quia palam non audebat, clam sepulturae mandavit. Signavit tamen locum, ut rei geste iunioribus constaret notitia. Sic incomparabilis thesaurus diu latuit, nec preter famam locus ille

Capp. 1—3. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 1. a) *sic* 1*a*; Vita Dagoberti regis Francorum incipit 1*b*; Incipiunt gesta domini Dagoberti regis Francorum 2*a*; Incipit particula de gestis Dagoberti incliti regis atque inventione sanctorum martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii quae celebratur 10. Kal. Mai. 3. b) a 1*b*. 3. c) Chodoveo 1*a*; Hlod. 2*a*; Ludovius *semper* 2*b*; Clodoveo 3. d) regnum 2*a*. *b*. e) Remensium, conv. 3. f) Clotarius *semper* 1*b*; Hlotharius *semper* 2*a*. *b*. g) Hilperici 2*a*. *b*. h) cum 3. i) iudicium? 3. k) omnis 1*b*. l) quem 3. m) fore 1*b*. n) timoris 1*b*. o) *sic* 1*b*. 2*a*. *b*. 3; aut? 1*a*.

Cap. 2. a) Beretrude 1*b*, *ut infra*; Bertethrude 3. b) p. a. 1*b*. c) *om.* 1*b*. d) Metensium 3. e) agitare 2*b*. f) pernicitata 1*b*, *corr.* g) Lucetia 2*a*. h) fere 3. i) consueverat 3, *corr.*

Cap. 3. a) tempore 1*b*. b) que *om.* 1*b*. c) n. d. 1*b*, *corr.*

1) *Cf. infra* c. 14. 2) muneratur *Fred.* 3) *Id Valesius, Res Franc. III, p.* 15. *negavit.* 4) *Cf. V. Arnulfi* c. 16. 5) *Locus e basilica S. Dionysii postea nomen traxit Saint-Denis; cf. Longnon, 'Géographie' p.* 362. 6) in sexto ab urbe memorato lapide *SS. Dionysius, Rusticus, Eleutherius terrae mandati sunt; cf. Passionem eorum, Fortunati Opp. II, p.* 104.

quicquam habebat conspicuum. Et quamvis quaedam inibi ab anterioribus regibus propter assidua, quae ibidem agebantur miracula, conlata fuissent, tamen, quia locus ipse eo tempore sub potestate Parisiaci antistitis constitutus erat, et cui vellet clericorum eum iure beneficii tradebat, illeque, cui concedebatur, non honestatem loci, sed terrenum lucrum, quemadmodum in quibusdam locis hodieque cernitur, sibi inde in proprios usus accumulari[a] videbatur[b]: ob hoc, ut diximus, locus ille nimium neglegebatur. Vilis quippe tantum aedicula, quam, ut ferebatur, beata Genovefa[1] super sanctos martyres devotę construxerat, tantorum martyrum corpora ambiebat, quoad[c], sicut in processu expediam, profuturum orbi eorum nomen enituit, et, procurante Deo, ad singularem excellentiam locus, qui[d] tam magnis, tam certis, tam denique antiquis illustrabatur, quamvis[e] occulte, patronis, provectus est.

4. Sed ut ad propositum redeam, cervus diu huc illucque per vicum oberrans, aedem beatorum martyrum ingreditur seque ibi componit. Instabant canes, et licet idem eis quod et cervo[a] pateret ostium, et qui eos abigeret, nemo visibilium custodum adesset, adtamen sancti martyres suum domicilium non patiebantur inmundorum violari ingressu. Videres[b] hinc cervum tutum repperisse perfugium, inde canes eius praesentiam latratibus[c] indicare, seque ab introitu aedis divina virtute arceri. Dagobertus citato cursu supervenit, rem spectaculo dignam admiratur, stupet, amplectitur. Finitimos tum rumor iste vulgo sollicitat et cum maxime Dagobertum tum etiam eos ad amorem et venerationem sanctorum instigat. Et ut vere fatear, ut[d] ex gestis postmodum claruit, nullus Dagoberto locus aut dulcior aut iocundior fuit.

Fred. IV, 46. 5.[a] I g i t u r anno 36.[b] regni Clotharii Bertedrudis regina, mater[c] Dagoberti, moritur, quam unico amore Clotharius[d] dilexerat, et omnes d u c e s[2] bonitatem eius p r o b a n t e s vehementer amaverant. Post cuius obitum Clotharius rex aliam accepit uxorem nomine Sichildem[3], de qua habuit filium nomine Hairbertum.

6. Itaque Dagobertus sic probitate ut aetate in dies crescebat spemque futuri regis optimam subinde indiciis operum ingerebat. Et pater Clotharius quendam, ut putabat, spectate fidei Sadregiselum[a] rebus sub se tractandis praefecerat, Aquitaniae ducatu specialiter ei commisso. Hic tanto dignitatis fastu elatus, regis filium Dagobertum partim collatae potestatis superbia, partim spe regni laborans, non aequo animo prosperius agere ferebat nec, quid moliretur, simulato saltem amore, obtegere diu valuit. Sed quia metu patris manifestus non poterat, occultum se ei inimicum crebro contemptu aperuit. Excusatio sane iuvenilis erat aetatis, ne rudis adhuc animus tumorem ex subiectione principum[b] contraheret, ne dominationis inmaturę adepta fastigia impubem ab exercitationis studio revocarent. Fit ad Dagobertum tam invidiosa relatio. Et quamvis sua ipse industria id[c] iam deprehendisset, aliorum sententia in rem plenius inducitur. Verum, quia eum in ordinem redigere non sufficeret, duxit satius oportunitatem opperiri, qua et causam[d] efficatius exploraret et in aemulum quod

Capp. 3—6. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 3. a) cumulari 1*b.* b) videbantur 1*b, corr.* c) *corr. m. al.* quo id 1*a.* d) *om.* 1*b.* e) quam 1*b.*

Cap. 4. a) p. c. 1*b.* b) videntes 2*a. b.* c) latrantes 1*b.* d) sicut 2*a. b.*

Cap. 5. a) *m. al. in marg. add.:* Nuā reg(ina)rū Hlot(harii) Bertedr(udis) et Sichil(dis), matris H(airberti) 1*a.* b) *sic cod.* 3. 4c² *Fred. pro* 35. c) m. D. *om.* 1*b.* d) Chotarius 1*b, ut infra;* Lotharius 2*a.*

Cap. 6. a) *sic* 2*a. b;* Sadrigiselum 1*a.* b) principium 1*a.* c) invidiam d. 1*b.* d) causa 2*a.*

1) *Cf. Kohler, 'Le texte de la vie latine de Sainte-Geneviève', p.* 19. 2) leudis *Fred.* 3) *Sichildis reginae meminit Fred. IV,* 53.

meruisset temptaret. Clotharius[a] igitur quadam die venatum iit[b] longiusque forte recessit. Contigit autem, et Dagobertum et memoratum ducem domi resedisse. Tum Dagobertus exoptabilem[c] oblatam sibi nactus occasionem, ducem ad se evocat[d] iubetque secum prandere. Ille nichil[e] minus, quam quod futurum erat, cogitans, remissius habere et futuro, immo iam domino debitum honorem non exhibere terque porrecta sibi ab eo pocula dignus, in quem prioris contumatiae vindicta recideret, non sicut a domino, sed velut a socio infauste oblata[f] praesumit. Deinde Dagobertus, ut patri infidelis, ut sibi aemulus utque sociis invisus foret, orsus[g] est exponere, non oportere serviles quidem molestias[h] diu differri, et ne in inmensum tumorem tanti fastus procederent, suas iniurias non ulcisci. Flagellis ergo eum[i] adfici imperat, post vero barbae rasione, — ea enim[e] tum praecipua erat iniuria, — deturpat. Sic ex inproviso, qui secundarum rerum successu futurum se regem auspicabatur, quam longe ab illa dignitate abesset, admonitus intellexit.

7. Revertenti igitur Clothario his contumeliis dehonestatus Sadregiselus[a] se offert et quid praeter ea quae[b] palam erat passus, vel a quo fuerat, inlacrimans indicat. Rex itaque ducis sui motus iniuriis filioque multa furibunde interminans, accersiri eum ad[c] se iubet. Quo praecognito, Dagobertus, quia patri resistere nec fas nec possibile erat, in eo se illi obniti posse, iuste credidit, si in aedem praefatam beatorum martyrum iram patris declinans concederet. Iniit itaque tutissimam fugam et, quo, se insequente, cervum viderat, ipse quoque, patre persequente, se confert, persuasum sibi hoc facto[d] demonstrans, ut qui canes ab ingressu suae aedis removerant, se quoque a regis insectatione protegere possent. Nec spem eventus elusit.

8. Quippe Clotharius ut eum sanctorum tutelam expetisse audivit, adhuc in maiorem tollitur iram mittitque satellites, qui inde eum abductum[a] sibi ocissime praesentarent. Maturabant illi quod fuerat iussum implere. Cumque ad sanctum locum tendentes, non plus uno miliario abessent, ultra aspirare viam tendentes, divino nutu prohibentur. Redeunt ad dominum, et quid[b] passi fuerant, pandunt. Quorum fidei derogans, quippe qui suo imperio amorem filii praetulissent, deligit alios, qui quod hi neglexerant sagaciter implerent. Rursum illi similia patiuntur, et regressi, eandem rem iterato ingeminant. Sed nec sic animositas regis deferbuit, et quod per ministros nequiverat, per se implere contendit.

9. Interea dum haec aguntur, Dagobertum martyribus humili corde prostratum somnus repente corripit[a], eique prono ita coniacenti[b] adstant tres viri et corporum liniamentis et vestium nitore conspicui. Cumque in eos stupefactus intenderet, unus eorum, qui socios praestare veneranda canicie et auctoritate videbatur, sic eum affatus est: 'Scias, o iuvenis, nos esse, quos pro Christo passos, fama asseverante, audisti, Dyonisium, Rusticum et Eleutherium, et nostra hic corpora tegi. Sed quia famam[c] nostram sepulturae, quam vides, et domus huius vilitas obscuravit, si memoriam nostri te ornatum ire promittis, hac te possumus quam pateris liberare angustia et in cunctis, auxiliante Deo, praestare suffragium. Et ne putes somnii te illusum fantasia, accipe signum veritate subnixum. Egesta humo, qua monumenta nostra teguntur, quemque quod sepulchrum contineat, litterae in singulis expresse docebunt'. Ilico expergefactus, nomina quae audierat describit, et ex martyrum alloquio ingenti exultatione tripudians, voto se, quod postea studiosissime reddidit, obligat.

Capp. 6—9. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 6. a) Chlotarius 1*b*. b) v. ut longius f. 1*b*. c) exoptatam 2*b*. d) vocat 2*a*. *b*. e) *om.* 1*b*. f) oblatam presumit. Denique 1*b*. g) exorsus 1*b*. h) modestias 2*a*. i) *om.* 2*a*. *b*.

Cap. 7. a) Sandrigiselus *h. l.* 1*a*. b) *om.* 1*b*. c) i. ad se 1*b*. d) factum 1*b*.

Cap. 8. a) adductum 1*b*. b) quod 1*b*.

Cap. 9. a) corripuit, ei (*om.* que) 1*b*. b) iacenti 1*b*. c) fama nostrae 1*b*.

10. Post haec Clotharius filium, ut pretuli, a sanctorum memoria per se avellere cupiens, comitantibus plurimis, adpropinquabat. Sed quia non minus in reges quam in alios homines divina quod vult exercet potentia, qui inertes alios arguerat, fit ipse[a] iners, ut manifeste intellegeret, quamvis ipse esset[b] potens, potentioribus concedendum[c]; quippe martyres fugitivum tuebantur et econtra hostes longe a suis penetralibus arcebant.

11. Victus ergo Clotharius et rei magnitudine stupefactus, ponit furorem filioque[a] redit in patrem, ignoscit culpam, de securitate pollicetur. Ita demum abeundi copia concessa, aedi beatorum martyrum succedit eosque patronos humili prece asciscit, quorum expertus fuerat manifestum virtutis indicium. Utque[b], quam probata sibi eorum merita essent, agnovit, plurimum auri et argenti ad exornandas eorum memorias obtulit et ad exaltandam loci magnificentiam numerosa et optima praedia dedit.

Fred. IV, 47. 12. Anno vero tricesimo nono regni sui Clotharius rex Dagobertum, filium suum, consortem regni facit eumque super Austrasios regem statuit, retinens[a] sibi, quod Ardenna[b] et Vosagus versus Neustriam et Burgundiam excludebant[c].

Ib. IV, 53. 13. Itaque anno quadragesimo secundo regni Clotharii Dagobertus cultu regio ex iussu patris honeste cum ducibus[1] Clippiaco procul Parisius venit ibique germanam Sichildis reginae nomine Gomatrudem in coniugium accepit. Transactis itaque nuptiis, die tertia inter Clotharium et filium eius Dagobertum gravis orta fuit intentio[a], petebatque[b] Dagobertus, ut cuncta quae ad regnum Austrasiorum[c] pertinebant suae dicioni reciperet. Sed Clotharius vehementer denegebat, eidem ex hoc nichil volens concedere. Electis igitur ab his duobus regibus duodecim Francis, ut eorum disceptatione haec finiretur intentio, — inter quos et domnus Arnulfus[d] pontifex Mettensis[e] cum reliquis episcopis eligitur, ut benignissime, sicut sua erat sanctitas, inter patrem et filium pro pacis loqueretur concordia, — tandem a pontificibus vel sapientissimis viris proceribus pater pacificatur cum filio. Reddensque ei solidatum quod aspiciebat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde, quod citra Ligerim vel Provintiae partibus situm erat, suae dicioni retinuit.

L. H. Fr. c. 41. 14. Dagobertus[a] itaque pulcherrimus iuvenis, efficax atque strenuus, in omnibus sollerter ingeniis probatissimus, cum Pippino duce in Austria[b] regnaturus a patre dirigitur. Austrasii[c] vero Franci superiores congregati in[d] unum, Dagobertum super se regem statuunt. In illis quoque diebus Saxones nimium rebelles cum Bertoldo[e] duce commoverunt exercitus gentium plurimarum contra Dagobertum regem Austrasiorum. Dagobertus vero et ipse, collecto hoste plurimo, Renum[f] transit, contra Saxones ad pugnam exire non dubitat[g]. Illisque valde pugnantibus, Dagobertus super galea[h] capitis sui percussus est, atque abscisa[d] particula de capite eius cum capillis ad terram decidit. Adthyra[i, 2] autem armiger eius a retro stans collegit eam. At ille lesum cernens exercitum suum, dixit ad ipsum iuvenem: 'Perge velociter festinus, deferens crines capitis mei, nuntia[k] patri meo, quatinus veniens succurrat nobis, antequam cunctus[l] corruat exercitus'. Qui statim

Capp. 10—14. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 10. a) *om.* 1*b*. b) p. e. 2*b*. c) cedendum 2*a*. *b*.
Cap. 11. a) que *om.* 1*b*. b) Ut quemquam 1*b*.
Cap. 12. a) retines 2*a*. b) Ardennam 1*b*. c) excludebat 2*a*. *b*.
Cap. 13. a) contentio 1*b*. 2*a*. *b*. b) que *om.* 1*a*. c) Austrariorum 1*b*, *ut infra*. d) Arnolfus 2*a*. *b*. e) Metensis 1*b*. 2*a*. *b*; *item infra*.
Cap. 14. a) rex *add.* 2*a*. *b*. b) *sic scripsi ex indice;* hostea 1*a*; hoste 1*b et Duchesne;* Auster *L. H. Fr.* c) Austrasi 1*a*. d) *om.* 1*b*. e) Bertboaldo *h. l.* 1*b*. f) Hrenum *semper* 2*a*. g) dubitans 2*a* *b*. h) galeam 1*b*. 2*a*. *b*. i) Attira 1*b*. 2*a*. *b*. k) nunc ad p. *L. H. Fr.* l) corr. cunctus 1*a*.

1) leudibus *Fred.* 2) *Nomen armigeri scriptor ex verbis* ad terram *formasse videtur.*

cursum arripiens, Renum transiit atque in Ardennam silvam, eo quod rex Clotharius eo tempore inibi moraretur, Longolarium[a, 1] usque pervenit. Cumque nuntiasset ea quae contigerant et deferens regi abscisam particulam[2] de capite filii sui adpraesentasset, rex nimio dolore commotus, cum strepitu tubarum[b] et exercitu Francorum ilico de nocte consurgens, velociter Renum transiit atque in auxilium filii sui celerrime pervenit. Cumque simul coniuncti in unum hilari corde manibus iucundissime plauderentur[c], supra Wisera fluvium tendentes, fixere tentoria. Bertoldus vero dux Saxonum ex[d] alia parte ripae fluminis stans, paratus, ut[e] ad pugnam procederet, audiens tumultum Francorum, interrogabat, quid hoc esset. At illi responderunt, dicentes: 'Domnus Clotharius rex advenit, et ob hoc laetantur Franci'. Quibus respondit cum cachinno, dicens: 'Formidantes vos nimium, mentimini delerantes. Clotharium enim, quem vobiscum habere dicitis, nos mortuum esse auditum habemus'. Rex autem super ripam fluminis stans, galea induto capite, crinesquę cum canitiae[f] variata obvolutos habens et haec audiens, galeam celerrime a suo capite deposuit. Cumque nudatum a galea apparuisset caput regis, agnovit eum Bertoldus regem esse, et irridens, ait: 'Tu hic eras, bale[g] iumentum?' Rex vero haec audiens, valde indignatus et hoc convitium graviter ferens, Wisera fluvium inpatienter ingressus, cum equo velocissimo transnatavit[h] atque, ferus ut erat corde, Bertoldum persequebatur, Francorumque exercitus sequentes regem, natando vix fluvium cum Dagoberto transiebant per gurgites inmensos. Rex itaque Clotharius persecutus Bertoaldum, certabatur[i] valde cum eo. Dixitque ei Bertoaldus: 'O rex, recede a me, ne forte interficiam te. Qui si prevalueris adversum me, ita omnes homines dicent, quod servum tuum Bertoldum gentilem interemeris. Si autem ego interficero[k] te, tunc rumor magnus in cunctis gentibus audietur, quod fortissimus rex Francorum a servo sit interfectus'. Rex vero nequaquam adquievit dictis eius, sed fremens ira, magis magisque insurgebat super[l] eum. Equites itaque a longe sequentes regem, clamabant, dicentes: 'Confortare contra adversarium tuum, domine rex!' Erantque manus regis valde graves; erat enim rex loricatus, et aqua sinum eius, dum transnataret[m] fluvium, replens, indumenta omnia nimium adgravaverat[n]. Sed diu multumque decertantes, tandem insurgens rex super Bertoaldum, interfecit eum. Tollensque caput eius in conto, reversus est ad Francos. Illique lugentes, — nesciebant enim, quid regi contigisset, — viso eo, gavisi sunt gaudio magno. Rex vero totam terram Saxonum devastans et omnem populum interficiens, non ibidem maiorem hominem viventem reliquit, quam longitudo gladii sui, quod spatam vocant, habere videbatur. Hoc itaque signum in regionem illam statuit, scilicet ut posteri discerent, quanta Saxonum perfidia extiterit, et quanta Francorum polleret potentia, quantaque regum provocata praevaleret animositas[3]. L. H. Fr. c. 41.

15. Anno igitur quadragesimo quinto[a] regni sui Clotharius magnus[b] rex moritur et suburbano[c] Parisius in ecclesia[d] sancti Vincentii sepelitur. Dagobertus ergo audiens genitorem suum defunctum, universis principibus[4], quibus imperabat in Austria, iubet exercitum promovere missosque in Burgundiam et Neustriam dirigit, ut regni ei[e] regimen indubitanter deberent statuere. Cumque Remis pervenisset, suggestio[f] peraccedens, Fred. IV, 56.

Capp. 14. 15. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 14. a) Longobarium 1*b*. b) turbarum 2*a*. *b* *cum codd. nonnullis L. H. Fr.* c) *sic L. H. Fr.*; plaudererentur 1*a*; plauderent *rell.* (?). d) ax? 1*b*, *corr.* e) p. ad p. procedere 1*b*. f) *sic* 1*a*. g) babe 1*b*. h) transnavit 1*b*. i) *sic* 1*a cum L. H. Fr.*; certabat *rell.* k) *sic* 2*a*. l) in 1*b*. m) transiret 1*a*. n) (ag *superscr.*) graverat 1*b*.

Cap. 15. a) *sic codd.* 3. 4. 5 *Fred. pro* 46. b) r. mor. magnus 2*a*; r. magnus 2*b*. c) in suburbio 1*b*; in suburbano 2*a*. *b*. d) ecclesiam 1*a*. e) eius 1*b*. f) suggestiones *codd.* 3. 4 *Fred. pro* Soissionas.

1) *Longolarii unus codex B* 1a *Libri H. Fr. meminit.* 2) abscisa crine *L. H. Fr.* 3) *Cf. supra c.* 1. 4) leudibus *Fred.*

Fred. IV,56. omnes pontifices et leudi[a] de regno Burgundiae inibi se[b] tradidisse noscuntur; sed et[c] Neustrasii[d] pontifices et proceres plurimaque pars regni Dagobertum visi sunt expetisse.

16. Hairbertus autem, frater eius, nitebatur, si potuisset[a], regnum assumere; sed illius voluntas pro simplicitate parum[b] sortitur effectum. Brunulfus[c] quoque, qui frater[d] fuerat Sichildis[1] reginae, volens nepotem suum Hairbertum stabilire in regnum, adversus[e] Dagobertum muscipulare ciperat[f]; sed huius rei vicissitudinem postea probavit eventus. ib. c. 57. Cumque regnum Clotharii tam Neptricum[g] quam Burgundia a Dagoberto fuisset occupatum, captis thesauris et suae dicioni redactis, tandem misericordia et pietate motus, consilio sapienti usus, citra Ligerim et limitem, quod tenditur partibus Wasconie seu et montes Pirineos[h], pagos et civitates, quod fratri suo Hairberto ad transagendum et ad instar privato habitu convivendum posset sufficere, placuit concessisse, pagum scilicet Tolosanum, Caturcinum[i], Agenensem, Petrocoricum et Sanctonicum, vel quod ab his versus Pirineos montes excluditur. Hoc tantum Hairberto, fratri suo, regendum concessit: quod et per[k] pactionis vinculum firmavit, ut amplius Hairbertus nullo tempore adversus Dagobertum de regno patris repetere praesumeret. Hairbertus vero sedem Tolosanam eligens, regnabat in[k] partibus provintiae Aquitaniae. Qui post annos tres, cum regnare coepisset, totam Wasconiam cum exercitu superans, suae dicioni redegit et aliquantulum regni sui spacium largiorem[l] fecit.

17. Dagobertus denique, Deo annuente, regnum paternum retinens, inter[a] alia quae laudabiliter gessit memor voti[b] iam dicti accessit ad supra memoratum locum, et, sicut in somnis praemonitus fuerat, sanctorum martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii corpora requirens, digesta eorum in sarcofagis nomina repperit, quae et in alium eiusdem vici locum summa cum[c] veneratione decimo Kal. Maias transtulit, eorumque memorias[d] auro puro et preciosissimis gemmis exornavit. Et quamvis ecclesiam, quam ipse a fundamine construxerat, intrinsecus miro decore fabricaverit, foris quoque desuper absidam illam, infra quam veneranda martyrum corpora tumulaverat, ut plenius devoti animi expleret desiderium, ex argento purissimo mirifice cooperuit[2].

18. Nam et de proprio teloneo, quod ei annis singulis ex Massilia solvebatur, centum solidos[3] in luminaribus eiusdem ecclesiae eo tenore concessit, ut oleum exinde actores regii, secundum quod ordo cataboli esset, quasi ad opus regis studiose emerent et sic demum missis ipsius loci annuatim traderent. Praeceptumque exinde taliter firmare studuit, ut tam in ipsa Massilia quam Valentia, Fossas[4] et Lugdunum[a], vel quocumque per reliqua loca transitus erat, omne teloneum de sex plaustris[b], quibus hoc

Capp. 15—18. 1a. b. 2a. b.

Cap. 15. a) *ita* 1b; duces *rell.*; leudis *Fred.* b) ei *add.* 1b. c) *om.* 1b. d) Neutrasii 1a, *corr.*
Cap. 16. a) *ita* 1b; posset *rell.* b) parvum 1b. c) Brodulfus *Fred.* d) fuerat fr. 1b. e) adversum 1b. f) *ita* 1a; muscipulam receperat 1b. g) Neustricum 1b. h) Pireneos 1b, *ut infra;* Pyrineos *semper* 2a. i) Caturnicum, Aganensem 2a. b. k) *om.* 1b. l) *sic* 1a *cum Fred.*; longius 1b; spatia (spacia 2a) longiora 2a. b.
Cap. 17. a) int 2a. b) i. v. d. 1b. c) *om.* 1b. d) memoriam 1b.
Cap. 18. a) Lugudunum 1b. b) palustris 2a.

1) *Potius Berthetrudis quam Sichildis frater erat; cf. 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p.* 167. 2) *V. infra c.* 50. 3) *Cf. chartam Chlodovei III. a.* 692. *datam (DD. I, p.* 54*):* Dum ante hus annus proavus noster Dagoberethus condam rex solidus cento eximtis de Massilia civetati, sicut ad cellario fisci potuerant esse exactati, ad basileca peculiaris patroni nostri domni Dionisii — — per sua precepcione concessissit, — — iuxta quod urdo cadaboli fuerit, eis omnemodis dare et adimplire faciatis. *Idem Chilpericus II. confirmavit; cf. DD. I, p.* 73. 4) *Fos-les-Martigues; cf. Jacobs in 'Revue des sociétés savantes des dép. 2e série', tom. VII, Paris.* 1862, *p.* 250.

videbatur deferri, usquequo[a] ad ipsam basilicam peraccederent, omnimodis esset indultum.

19.[a] Gazofilacium quoque ante cornu altaris eiusdem ecclesiae ex argento fieri iussit, ut, introducta ab offerentibus alimonia, per manum sacerdotis ipsa pauperibus erogaretur substantia, quatinus iuxta illud euangelicum huiuscemodi elemosina fieret Matth. 6, 4. abscondita, et omnipotens Dominus, qui occulta omnia conspicit, centuplicata in aeterna retributione unicuique restitueret[b]. In[c] quo etiam centum solidos annua inlatione idem rex pro aeterna reconpensatione intromitti de Kalendis in Kalendas[d] Septembris destinavit. Indeque tale praeceptum dedit[1], ut deinceps tam ipse quam filii sui, vel qui postmodum reges Francorum succederent, recurso anni circulo, praefinitum solidorum numerum ex erario publico inibi inferre tempore inlibato non omitterent; ipsi autem centum solidi non alibi nisi in omnibus distribuerentur pauperibus, nullusque hoc praesumeret abstrahere, sed, quamdiu regnum consisteret, a regibus succedentibus suo tempore in praedicto gazofilacio inferrentur, ut de ipsa collatione, et quod Dominus ab aliis hominibus ibidem voluisset adhuc[e] augeri, pauperes et peregrini exinde valerent per inconvulsa tempora recreari.

20. Crucem etiam magnam, quae retro altare aureum poneretur[a], ex auro puro et pretiosissimis gemmis insigni opere ac minutissima[b] artis subtilitate fabricari iussit, quam beatus Eligius[2], eo quod illo in tempore summus aurifex[c] ipse in[d] regno haberetur, cum et alia, quae ad ipsius basilicae ornatum pertinebant, strenue prepararet, eliganti subtilitatis ingenio, sanctitate opitulante, mirifice exornavit[e]. Nempe moderniores aurifices asseverare solent, quod ad praesens vix aliquis sit relictus, qui quamvis peritissimus in aliis extet[f] operibus, huiuscemodi tamen gemmarii[g] et inclusoris subtilitate valeat per multa annorum curricula, eo quod de[h] usu recesserit, ad liquidum experientiam consequi. Nam et per totam ecclesiam auro textas vestes, margaritarum varietatibus multipliciter exornatas in parietibus et columnis atque arcubus suspendi devotissime iussit, quatinus aliarum ecclesiarum ornamentis praecellere videretur, et omnimodis incomparabili nitore vernans, omni terrena pulcritudine compta atque inestimabili decore inradiata splendesceret. Utque divina laus perpetuo a[i] Dei cultoribus ibidem ageretur, plurima et ingentia predia addidit.

21. Igitur cum iam anno 7. in maximam partem paterni regni, ut supra memini, Fred. IV, 58. regnaret, plurimorum comitatu vallatus, Burgundias[a] ingreditur. Tantum autem timorem pontificibus et proceribus in regno Burgundiae consistentibus seu et ceteris ducibus[3] adventus ipsius concusserat[b], ut cunctis esset admirandus. Pauperibus namque iustitiam querentibus gaudium vehementer irrogaverat[c]. Cumque Lingonas civitatem venisset, tantam universis sibi[3] subditis tam sublimibus quam pauperioribus indicabat iustitiam, ut crederetur omnino fuisse Deo placabilis[d]. Apud quem nullum intercedebat premium nec personarum acceptio, sed sola dominabatur iustitia, quam diligebat Altissimus. Deinde Divionna

Capp. 18—21. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 18. a) o *m. al. superscr.* 1*a*.

Cap. 19. a) *distinctione caret* 1*b*. b) *desinit* 3. c) *ab* In *cap. incipit* 2*a*. d) Kalendis 1*b*. 2*a*. e) ad hoc 2*a*.

Cap. 20. a) ponebatur 1*b*. b) *sic* 2*a*. *b*; munitissima (1*a*. *b*). c) artifex 1*b*. d) h. in r. 1*b*. e) *corr.* exhornavit 1*a*. f) existet 2*a*. g) gemmariis et inclusoribus 1*b*. h) de u. *om.* 1*b*. i) ab incultoribus 2*a*. *b*.

Cap. 21. a) Burgundiam 1*b*. b) *sic* 1*b*; incusserat *rell.* (?). c) interrogaverat 1*b*. d) placitus 2*a*.

1) *Praeceptum periit.* 2) *Cf. V. Eligii auct. Audoeno I*, 32 *(d'Achery, Spicileg. V, p.* 185*).* 3) leudibus *Fred.*

Fred. IV, 58. immoque Latona residens aliquantis diebus, tantam intentionem cum universi[a] regni sui populo iustitiae iudicande posuerat, ut huius benignitatis desiderio plenus nec somnum caperet nec cibo saciaretur, intentissime cogitans, ut omnes cum iustitia recepta de conspectu suo remearent. Eodem autem die, quo ab Latona[b] Caballonnum[c] deliberare properat[d], priusquam lucesceret, balneum ingreditur, ibique Brunulfum, avunculum Hairberti fratris sui, propter infidelitatem[1] suam interfici iussit; qui ab Amalgario et Arneberto ducibus et Willibado patricio interfectus est.

ib. 22. Cumque[a] Caballonnum iustitiae amore quae coeperat[b] perficienda ipsa intentione pergeret, post per Augustidunum[c] Autisioderum[d] pergens, indeque per civitatem Senonas Parisius venit; ibique* Gomatrudem[e] reginam Romiliaco villa, eo quod esset sterilis, cum consilio Francorum relinquens, Nanthildem quandam speciosissimi decoris puellam in matrimonium accipiens, reginam sublimavit. Usque ad illud tempus ab inicio quo regnare coeperat consilio primitus beati Arnulfi Mettensis urbis pontificis et Pippini maioris domus usus, tantae prosperitatis regale culmen in Austria regebat, ut a cunctis gentibus inmensi honoris laudem haberet. Timorem vero tam fortem sua concusserat[f] iudicialis[2] potentia, ut iam devotione concurrerent eius se tradere dicioni, quatinus gentes etiam, quae circa limitem Avarorum[g] et Sclavorum consistunt, eum prompte expeterent, ut ille post tergum eorum iret feliciter, in[h] tantum ut et[i] Avari et Sclavi ceterarumque gentium nationes[k] manu publica ipsius dicioni se subiciendas fiducialiter sponderent. Post discessum vero beati Arnulfi adhuc consilio Pippini maioris domus et Chuniberti[l] pontificis urbis Coloniae utens et ab ipsis fortiter admonitus[m], prosperitatis et iustitiae amorem complexus, universarum sibi gentium subditarum, usque dum Parisii, ut supra memini, pervenisset[n] urbem, adeo favoribus extollebatur, ut nullus de praecedentibus Francorum regibus illius laudibus fuisset precellentior. Veniensque ad veneranda sepulchra beatorum martyrum Dyonisii sociorumque eius, Dominum precabatur, ut ea quae coeperat, ipsis martyribus intercedentibus, in eo vota perficeret. Ut autem eosdem martyres sibi plenius conciliaret, Stirpiniacum[3] villam sitam[o] in pago Wilcasino praesentaliter per firmitatis suae praeceptum eorum basilicae tradidit.

23. Erat siquidem ipse praecellentissimus princeps atque rex Dagobertus satis admodum cautus et ingenio astutus, circa benivolos[a] et sibi fideles mansuetus, rebellantibus vero seu perfidis nimium videbatur in regno terribilis. Qui optime regalia sceptra gubernans et piis semet ipsum benignissimum exhibens, ut leo tamen fervidus

---

*) *m. al. in marg. add.:* absit hoc a fidelium cordibus laudandum. *His m. al. adiunxit:* Nota, contra omnem divinam auctoritatem eum, si (it?)a fecit, egisse sil[a] agnumq. ne(c) non solum qui fecit, se(d) etiam qui scienter a(s)sensum praebuer(unt) vel consenserunt, opera(s) ratas esse in christianita(te). 1*a*.

Capp. 21—23. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 21. a) *ita* 1*b cum Fred.;* universo *rell.* b) Altona 1*b.* c) Caballonum 2*a.* d) *ita* 1*a. b cum codd.* 3. 4 *Fred.;* properabat 2*a. b.*

Cap. 22. a) ad *add.* 1*b.* b) pro *add.* 1*a. b.* c) Augustudunum 1*b.* 2*a. b.* d) *sic* 1*a*; Autisiodorum 1*b.* 2*a.* e) Gomadrudem 1*b.* 2*b.* f) i. e. 1*b*; incusserat 2*a. b.* g) Avarrorum *semper* 2*a.* h) in t. *om.* 1*b cum Fred.* i) *sic* 1*a. b.* k) usque *add. Fred.* l) Cuniberti 1*b.* m) tantae *add. Fred.* n) *om.* 1*b.* o) *om.* ? 1*a.*

Cap. 23. a) benivolas 1*a.*

Nota *. a) *ita* 1*a.*

1) *Cf. supra c.* 16. 2) utelitas, ut *Fred.* 3) *Cf. chartam spuriam a.* 6. *Dagoberti datam (DD. I, p.* 140*):* villam cui nomen est Stirpiniacum sitam in pago Vulcasino, eam cum omni integritate vel merito ad basilicam domni Dionysii martyris — — impertire presentaliter plena devotione visi fuimus, iubentesque specialius ordinamus concessisse. *Est Estrepagny (Eure); cf. Jacobs l. l, p.* 61.

rebellium colla deprimens, exterarum gentium feritatem, vallante fortitudine animi[*], sepissime triumphabat. Ecclesiarum vero et sacerdotum atque pauperum seu peregrinorum ditator supra[b] modum largissimus extiterat. Exercitiis[c] viritim[d] et venationibus assidue utens, in omni agilitate corporea strenuus atque incomparabilis erat. Nempe etsi aliqua more humano reprehensibilia circa religionem gravatus regni pondere ac iuvenilis inlectus[e] aetatis mobilitate minus caute secus quam oportebat exegit, quia nemo in omnibus perfectus esse potest, credendum est tamen, quod tantarum erogatio elemosinarum atque sanctorum oratio, quorum memorias ornare et basilicas ditare ob redemptionem suae[f] animae supra omnes anteriores reges incessanter studebat, apud misericordissimum Dominum, ut hoc ei clementer indulgeret, facillime impetrari posse.

24. Denique anno octavo regni sui, cum Austriam regio cultu circumiret[a] mestusque esset[b] nimium, eo quod filium, qui[1] post eum regnaret, minime habere posset, quandam puellam nomine Ragnetrudem stratu[c] suo adscivit[*], de qua eo anno, largiente Domino, habuit filium, multis precibus atque elemosinarum largitionibus adquisitum. Hairbertus itaque rex, frater eius, Aurelianis veniens, filium ipsius de sancto lavacro excepit. Namque[1] dum eundem puerum venerabilis vir Amandus Treiectensium[d] urbis episcopus benediceret eumque caticuminum faceret, finitaque oratione, nemo ex[e] exercitu[**] tantae multitudinis respondisset 'Amen', aperuit Dominus os pueri, qui non amplius quam 40 dies a nativitate habebat, atque audientibus cunctis, respondit 'Amen'. Statimque eum regenerans sanctus pontifex sacro baptismate, impositoque nomine Sigeberto, reges et utrumque[f] exercitum magno Dominus replevit gaudio atque[g] admiratione in huiusmodi signo. Igitur Ega[h] quidam de primoribus cum ceteris Neustrasiis consilio Dagoberti erat assiduus. Eo anno legati Dagoberti regis, quos ad Eraclium imperatorem direxerat, his nominibus Servatus et Paternus[i], ad eum revertuntur, nuntiantes, pacem se cum Eraclio firmasse. Cum[k] autem esset Eraclius[l] imperator litteris nimium eruditus, peritissimus ad ultimum astrologus efficitur. Qui cognoscens in siderum signis, quod a circumcisis gentibus divino nutu eius imperium esset vastandum[m], ad Dagobertum regem Francorum dirigit, petens, ut omnes Iudaeos regni sui secundum fidem catholicam baptizari praeciperet. Rex[2] vero Dagobertus hac occasione nactus et Dei zelo ductus, cum consilio pontificum atque sapientium[n] virorum omnes Iudaeos, qui regenerationem sacri baptismatis suscipere noluerunt, protinus a finibus regni sui pellere iussit. Et rex quidem hoc summo peregit studio; sed Eraclio[o] non[3] de Iudaeis, sed de Agarrenis, id est Sarracenis, circumcisis gentibus fuerat demonstratum, quoniam ab ipsis eius imperium postmodum noscitur esse captum atque violenter vastatum.

[Marginal references: Fred. IV, 59. V. Amandi IV, 16. Fred. I. 1. — Fred. IV, 62. — V. Amandi IV, 17. — Fred. IV, 62. — ib. IV, 65. — cf. Fred. IV, 66.]

---

*) *in marg. add.:* Nota et hic qualem illius laudem, desuper alteram (que et in adulterio superaddit *m. al. add.*), vivente adhuc prima relicta, uxorem ductam e (*m. al. corr.* ducta de) scorto (etiam *m. al. add.*) subintroducta 1*a*.

**) *in marg. add.:* totum hoc pseudografum 1*a*.

Capp. 23. 24. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 23. a) anime 1*a*. b) s. m. *om.* 1*b*. c) Exertiis 1*a*; Exercitii 2*b*. d) virium 1*b*; viriliter 2*a*. *b*. e) electus 1*b*. f) anime sue 2*a*.

Cap. 24. a) circuiret 1*b*. b) n. e. 1*b*. c) strato 1*b*. d) Treiciensium 1*b*. e) *om.*, *sed* de *m. al. add.* 1*a*. f) utrorumque 2*a*. *b*. g) g. maxime in admiratione huius signi 2*a*. *b*. h) *om.* 1*b*. i) Partenus 1*b*. k) *a* Cum *c*. 25. *incipit* 1*a et Duck.; cap. incipit* 1*b*. 2*a*: *sed obstat index*. l) Eraclyus 2*a*, *ut infra*. m) devastandum 1*b*. n) sapientum 1*b*. o) Heraclio *h. l.* 1*a*.

1) *Haec ex Vita Amandi, quae Baudemundo tribuitur, sumpta sunt; cf. AA. SS. Febr. I*, *p*. 851. 2) Quod protenus Dagobertus emplevit *Fred.* 3) Ignorabat, unde haec calametas contra emperium surgerit *Fred.*

Fred. IV, 67. 25.[a] Anno itaque nono regni Dagoberti Hairbertus, frater eius, moritur, relinquens filium[b] parvulum nomine Chilbericum[c], quique etiam[d] nec post moram defunctus est. Omneque regnum Hairberti una cum Wasconia Dagobertus rex protinus suae dicioni redegit. Ad adducendos quoque thesauros Hairberti et sibi praesentandos Barontum quendam ducem direxit. Barontus autem grave dispendium fecisse dinoscitur, infideliter una cum thesaurariis furtum faciens, nimiumque exinde fraudulenter subtraxit.

26.[a] Eodem[b] tempore germanus Nanthildis reginae nomine Landegiselus defunctus est atque in ecclesia[c] beatorum martyrum Dyonisii et sociorum eius, iubente rege, honorifice sepultus[d]. Regina vero deprecante, ut pro sepultura sui fratris Alateumvillare[e, 1] situm in pago Parisiaco basilicae praedictorum[f] martyrum delegaret[g], eo quod praedictus Landegiselus, dum viveret, per praeceptum regale[2] eandem villulam promeruerat, rex libentissime concedens, annuit praeceptumque insuper de supradicto Alateovillare fieri praesentaliter iussit atque propria firmitatis auctoritate subscripsit et anuli inpressione signari praecepit.

Ib. IV, 68. 27. Eo[a] igitur anno Sclavi cognomento Winidi, quorum regnum Samo tenebat, negotiatores Francorum cum plurima multitudine interficiunt et rebus expoliant. Haec autem res fuit initium scandali inter Dagobertum regem Francorum et Samonem regem Sclavorum. Dirigens itaque Dagobertus Sicharium legatarium ad Samonem, rogabat, ut negotiatores, quos sui interfecerant et res eorum inlicite usurpaverant, cum iustitia faceret emendare[b]. Samo autem nolens Sicharium videre, Sicharius veste indutus ad instar Sclavorum, cum suis ad conspectum pervenit Samonis atque universa quae sibi fuerant iniuncta eidem nuntiavit[3], de his et[c] aliis contentionibus, quae inter[d] partes ortae fuerant[e], rogans ut iustitia redderetur in invicem, eo quod Samo et populus regni sui Dagoberto[f] regi[g] deberent servitium. Samo[h] respondens, iam[i] saucius dixit: 'Et terra quam habemus Dagoberti est, et nos sui sumus, si tamen disposuerit nobiscum amicitias conservare'. Sicharius[k] dixit: 'Non est possibile, ut christiani et Dei servi cum canibus amicitias coniungere possint[l]'. Samo e[m] contrario dixit: 'Si vos estis servi Dei, et nos Dei canes, dum vos assidue contra ipsum[n] agitis, nos permissum habemus vos morsibus lacerare'. Statimque eiectus est Sicharius de conspectu Samonis. Cumque haec Dagoberto regi nuntiata fuissent, ilico iubet de universo regno Austrasiorum contra Samonem et Winidos movere exercitum. Igitur cum tribus turmis legionum[o] super Winidos exercitus ingreditur, etiam et[g] Langobardi ad solatium Dagoberti hostiliter in Sclavos perrexerunt. Sclavi autem his et aliis locis se e contrario reparantes[p], Alamannorum exercitus cum Rodoberto[q] duce in parte qua ingressus est victoriam optinuit. Langobardi item cum Dagoberto victoriam optinuerunt, et[g] plurimum numerum captivorum de Sclavis Alamanni et Langobardi secum duxerunt[r]. Rex vero terram illam devastans, ad proprium regnum reversus est.

Capp. 25—27. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 25. a) 26 *eras.* 1*a*; *caput praecedenti adnexuit Duch.* b) f. (suum *expunct.*) p. 1*b*; p. f. *rell.* (?). c) *sic* 1*b*; Hildericum 2*a*; Childericum *rell.* (?). d) paulo post *add.* 1*b*.

Cap. 26. a) 27 *corr.* 26 1*a*, *et sic deinceps.* b) vero *add.* 1*b*. c) ecclesiam 2*a*. d) est *add.* 1*b*. e) Alateum ville 2*a*. f) beatorum 1*b*. g) delegare 1*b*.

Cap. 27. a) Hoc 1*b*. b) emendari 1*b*. c) de *add.* 1*b*. d) in 1*b*. e) fuerans 1*a*, *corr. m. al.* f) Dagoberti 1*a*. g) *om.* 1*b*. h) vero *add.* (?) 1*b*. 2*a*. *b*. i) timore *add.* 1*b*. k) Sych. 2*a*, *ut infra.* l) possunt 2*a*. m) *om.* 2*a*. n) Deum 1*b*. o) falange *Fred.* p) preparantes *Fred.* q) Rudoberto 2*a*; Crodoberto *Fred.* r) deduxerunt 1*b*.

1) *Lebeuf, 'Histoire du diocèse de Paris' tom. IV, p.* 140, *Pierre-Laye (dép. Seine-et-Oise) intellegi vult.* 2) *Charta sine dubio falsa periit.* 3) Sed, ut habit gentiletas et superbia pravorum, nihil a Samone, que sui admiserant, est emendatum, nisi tantum placeta vellens instetuere, *desiderantur.*

28. Si quidem eodem anno inter Avaros cognomento Chunos[a] et regnum Hispaniae[b] vehemens surrexit intentio[c], eo quod certarent inter se, cui deberetur regnum ad succedendum, altera pars ex Avaris et altera[d] ex Bulgaris. Collecta itaque multitudine, cum utrique se invicem inpugnarent, tandem ab[e] Avaris Bulgari superantur. Qui devicti, novem millia cum uxoribus et liberis[f] de Pannonia expulsi, regem Dagobertum expetunt, petentes, ut eos in terram Francorum ad manendum reciperet. Rex autem hiemandum eos in Baiuvariam[g] recipere[h] praecepit, dummodo[i] pertractaret cum Francis, quid exinde faceret. Cumque dispersi per domus Baiuvariorum[k] ad hiemandum fuissent, sapienti consilio Francorum rex Baiuvariis[l] iubet, ut Bulgares illos cum uxoribus et liberis unusquisque unumquemque in domo sua in[m] una nocte interficeret. Quod protinus a Baiuvariis impletum est, nec quisquam ex illis remansit. Fred. IV, 72.

29. Eodem vero anno, quid partibus Hispaniae vel eorum regibus contigerit, non praetermittam. Defuncto Sisebodo rege clementissimo, cui Sentila ante annum circiter successerat in regnum, cum esset Sentila nimium in suis iniquus et omnium regni sui primatuum incurreret odium, cum consilio ceterorum Sisenandus quidam ex proceribus Dagobertum regem expetiit, ut ei cum exercitu auxiliaretur, qualiter Sentilam depelleret[a] regno. In huius[b] vero beneficii recompensationem[c] missorium aureum nobilissimum ex thesauris Gothorum, quem Turesmodus[d] rex ab Etio patricio susceperat, regi dare promittit, pensantem auri pondera quingenta[e]. Rex autem Dagobertus, ut erat in preliis strenuus[f], exercitum in auxilium Sisenandi[g] totum regnum Burgundiae iure[1] proelii convocari praecepit eidemque Abundantium et Venerandum duces instituit[h]. Cumque in Hispania divulgatum fuisset, exercitum Francorum ad auxiliandum sibi Sisenandum adgregari[i], omnis Gothorum exercitus se dicioni Sisenandi subegit. Abundantius vero[k] et Venerandus duces Dagoberti regis una cum exercitu Tolosano tantum usque Caesaraugustam[l] civitatem cum Sisenando accesserunt; ibique omnes Gothi de regno Hispaniae conglobati, Sisenandum sublimant in regnum. Abundantius autem et Venerandus cum exercitu Tolosano muneribus honorati reversi sunt ad proprias sedes. Rex denique Dagobertus legationem ad Sisenandum regem per Amalgarium ducem et Venerandum dirigit, ut missorium illum quem promiserat eidem transmitteret. Cumque a Sisenando missorius ille legatariis[m] fuisset traditus, a Gothis per viam[n] tollitur, nec eum exinde abstrahere[2] permiserunt. Postea vero, discurrentes legati, ducenta millia solidorum missorii ipsius pretium rex a Sisenando accepit. Fertur enim, quod ipsum argentum ad opus fabricae ecclesiae Sancti Dyonisii martyris cum aliis pluribus[o] ornamentis Dagobertus rex devotissime obtulerit. Eo namque tempore tam creberrima erat inibi obtentu martyrum frequentia miraculorum, ut, quibuscumque infirmitatibus oppressi, undique adventantes, devoto animo eundem locum expeterent, sanitate reddita, cum gaudio ad propria remearent. Quod cernens rex, quicquid in thesauris suis preciosius inveniri poterat, ad exornandum[p] ipsum[q] locum indubitanter offerebat. Nam et matriculam[r] et senodochium ceteraque diversa loca ad hoc ibidem instituit, ut pauperes utriusque sexus, sive etiam qui sanctorum ope sanitate[s] donari digni fuissent, Ib. IV, 73.

Capp. 28. 29. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 28. a) Hunos 2*a*. *b*. b) Hysp. *semper* 2*a*; in Pannia *recte Fred.* c) *sic* 1*a cum Fred.*; contentio? *rell.* d) pars *add.* 1*b*. e) a bawaris 1*b*, *corr. m. al.* f) filiis 1*b*. g) Bauvariam 1*b*. 2*a*. *b*. h) recipi 1*b*. i) dum domo 1*b*. k) Bauvariorum 1*b*. 2*a*. *b*, *item infra.* l) l. B. 1*b*. m) *om.* 1*b*.

Cap. 29. a) de *add.* 1*b*. b) huiusmodi 1*b*. c) recompensatione 1*b*. 2*a*. *b*. d) Turismodus 1*b*. 2*a*. *b*. e) quinquaginta 2*a*. *b*. f) ut erat cupidus *Fred.* g) de *add. Fred.* h) constituit 1*b*. i) aggregare 2*b*; adgredere *Fred.* k) autem 2*a*. *b*. l) ad Augustam 1*b*. m) *om.* 1*b*. n) *sic codd.* 3. 4. 5 *Fred. pro* vim. o) plurimis 1*b*. p) ornandum 1*b*. q) illum 1*b*. r) m. — loca *om.* 1*b*. s) sanitati 1*b*.

1) bannire pr. *Fred.* 2) excobere *Fred.*

in reliquum ipsius elemosinis sustentati[a], qui vellent, in servitio ecclesiae acsi pro gratiarum actione permanerent.

Fred. IV,74. 30. Denique anno 10. regni sui, cum ei nuntiatum fuisset, exercitum Winidorum Toringam[a] fuisse ingressum, cum exercitu nil moratus ex regno Austrasiorum ab urbe Mettis[b] promovens, transita Ardenna, Magontiam[c] adgreditur; disponensque Renum transire, scaram de electis viris fortibus ex Neustria et Burgundia cum ducibus et grafionibus[d] secum habens, Saxones missos ad eum dirigunt, petentes, ut eis tributa, quae fiscorum dicionibus desolvebant, indulgeret. Ipsi vero suo[e] studio et utilitate Winidis resistendum[f] spondent et Francorum limitem de illis partibus custodire promittunt. Rex itaque Dagobertus consilio Neustrasiorum adeptus, eis quod poscebant prestitit. Saxones autem, qui huius petitionis suggerendi causa venerant, sacramentis, ut eorum mos erat, super arma patratis, pactum pro universis Saxonibus firmant; sed parum[g] haec promissio sortitur effectum. Attamen Saxones tributum, quod reddere consueverant, per praeceptionem Dagoberti hactenus habent indultum. Quingentas enim vaccas inferendales[h] annis singulis a Lothario[i] seniore censiti reddebant, quod tunc a Dagoberto rege cassatum est.

Ib. IV,75. 31. Anno itaque 11. regni sui, cum Winidi iussu Samonis iterum fortiter servirent et sepe, transcenso proprio limite, regnum Francorum vastandum Toringam et reliquos pagos ingrederentur, Dagobertus rex Mettis urbem veniens, cum consilio pontificum seu et procerum, omnibusque primatibus regni consentientibus, Sigebertum, filium suum, in regno Austriae sublimavit sedemque Mettis civitatem habere permisit. Chunibertum[a] vero Colonie urbis[b] pontificem et Adalgisum[c] ducem palatii ad regnum gubernandum instituit thesaurumque quod sufficeret filio tradidit et condigne, ut decebat, cum huius culminis honore sublimavit, et quodcumque[d] eidem largitus fuerat, praeceptionibus roborandum decrevit. Deinceps enim Austrasiorum studium limitem et regnum Francorum contra Winidos utiliter[e] defensare noscitur.

Ib. IV,76. 32. Cumque anno 12. Dagoberti regis eidem filius nomine Hludowius[a] de Nanthilde regina natus fuisset, consilio Neustrasiorum eorumque[b] admonitione per pactionis vinculum cum Sigeberto, filio suo, firmasse cognoscitur[c], atque Austrasiorum omnes primates et pontifices ceterique duces[1] Sigeberti manus suas ponentes, insuper sacramentis firmaverunt, ut Neptricum et Burgundia solidato ordine ad regnum Hludowii[d] post Dagoberti regis discessum aspiceret; Austria[e] vero eodem ordine solidata, eo quod et de populo et de spacio esset coaequans, ad regnum Sigeberti eidemque in integritate deberet aspicere; et quicquid ad regnum[f] Austrasiorum iam olim pertinuerat, totum Sigebertus rex suae regendum dicioni reciperet et in[g] perpetuo dominandum haberet, excepto ducatu[h] Dentilonis, quod ab Austrasiis nequiter[i] ablatum[k] fuerat, iterum ad Neustrasios subiungeretur et Hludowii regimine[l] subiceretur. Sed has pactiones Austrasii terrore Dagoberti regis coacti, vellent nollent[m], firmasse visi sunt, quas et post temporibus Sigeberti et Hludowii regibus[i] conservatas fuisse constat[n].

Capp. 29—32. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 29. a) sustentanti 1*a*.

Cap. 30. a) Tur. *ead. m. corr.* Tor. 1*a*; Thuringam 1*b*, *ut infra*. b) Metis 1*b* *(ut infra)*. 2*a*. c) Mogontium 2*a*. *b*. d) gravionibus 1*b*. e) summo 1*b*. f) resistendis 1*a*. g) parvum 1*b*. h) inferendas 1*b*. i) *sic* 1*a*. 2*a*.

Cap. 31. a) Cunibertum 1*b*. b) *om.* ? 1*a*. 2*b*. c) Adalgyselum *Fred.* d) quocumque *m. al. corr.* quaecumque 1*a*; quod 1*b*. e) *om.* 1*b*.

Cap. 32. a) Ludowigus 1*b*; Ludovius 2*a*. b) que *om.* 1*b*. c) dinuscetur *Fred.* d) Ludowici 1*b* *(ut infra)*; Lodewici 2*a*. e) *sic* 1*a*. 2*a*. f) *sic* 1*b* *cum Fred.*; regna *rell.* g) imperpetuo 1*a*. h) ducatum 1*a*. i) *om.* 1*b*. k) abtultus *Fred.* l) *sic* 1*a*. m) *sic* 1*b* *cum Fred.*; nolentque *corr.* nollentque 1*a*; nollentque ? 2*a*. *b*. n) constant 1*a*.

1) leudis *Fred.*

33. Per idem tempus Dagobertus rex Parisius rediens atque in amore saepe dictorum martyrum Dyonisii ac sociorum eius propter magnificas, quae ad eorum veneranda sepulchra cotidie Dominus operabatur, virtutes magis ac magis gliscens, areas quasdam infra extraque civitatem Parisii et portam[a] ipsius civitatis, quae posita[b] est iuxta carcerem Glaucini[1], quam negociator suus Salomon[c] eo tempore praevidebat, cum omnibus teloneis, quemadmodum ad[d] suam cameram deserviri[e] videbatur[f], ad eorum basilicam tradidit et per praecepti sui auctoritatem perpetualiter id mansurum esse proprii nominis subscriptione atque[g] anuli inpressione firmavit[2].

34. In ipso quoque tempore annuale mercatum[3], quod fit post festivitatem ipsorum excellentissimorum martyrum prope idem monasterium, eidem sancto loco et fratribus Deo et sanctis martyribus ibidem deservientibus concessit et exinde huiusmodi praeceptum firmare studuit, ut omne teloneum, vel quicquid ex eo fisci partibus sperare[a] poterat, et quod in ipsa civitate seu in omnibus reliquis locis infra ipsum pagum Parisiacum inibi denominatis ab ipsa festivitate usque dum illud[b] mercatum finiretur iure exigi quacumque iudiciali[c] potestate valuisset, pro aeterna retributione, atque ut eisdem Dei servis devotius pro eo omni futuro tempore divinam delectaretur exorare clementiam, totum ex integro absque ulla exceptione sive diminutione in eorum usibus perpetualiter sanciret[d] esse indultum. Oct. 9.

35. Anno itaque[a] 13. regni sui cum Sadregiselus[b] dux Aquitaniorum[c] a quibusdam[d] hominibus interfectus esset, de quo supra mentionem fecimus[4], quod propter contemptum sui eum flagellis adfici et barbae rasione deturpari in sua infantia Dagobertus iusserit[e], et ob hoc patrem metuens, tutelam sanctorum martyrum expetierit, et cum haberet[f] ipse Sadregiselus filios in palatio educatos, qui cum facillime possent, mortem patris evindicare noluerunt, propterea postea secundum legem Romanam[5] a regni proceribus redarguti, omnes paternas[g] possessiones perdiderunt. Cumque omnia ad regalem fiscum fuissent recepta, praecellentissimus rex Dagobertus ecclesiae Christi martyrum Dyonisii sociorumque eius easdem villas iam dicti Sadregiseli, id est Novientum[6] in pago Andegavinse[h], Parciacum[i, 7] et[k] Noviomum[l] atque Pudridoctium[m] vel

Capp. 33—35. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 33. a) porta 2*a*. b) e. i. c. G. p. 1*b*. c) Salemon 1*b*. d) in 1*b*. e) *corr. m. al.* deservire 1*a*. f) videbantur 2*a*. *b*. g) *om.* 1*b*.

Cap. 34. a) sperari 1*b*. b) m. i. 1*b*. c) iudicialis 1*a*. d) sanctire 1*b*; sanciret 2*a*.

Cap. 35. a) *om.* 2*a*. *b*. b) Sadragiselus, *ut infra*, 1*b*. c) Aquitaneorum 2*a*. *b*. d) quibus 1*b*. e) iusserat 1*b*. f) *om.* 1*b*. g) poss. pat. 1*b*. h) *sic* 1*a*; Andegavensi 1*b*. i) Partiacum 1*b*. k) et — Albiniacum *om.*? 2*a*. *b et edd.* l) Novionium 1*b*. m) *sic* 1*a cum Remigiano*; Pudridatium 1*b*.

1) *In septentrionali insulae parte situs erat, quam via quae 'quai aux Fleurs' hodie vocatur cingit; cf. Dulaure, 'Hist. de Paris' I, p.* 207. 2) *Charta procul dubio falsa periit.* 3) *Charta falsa (Pertz, Dipl. I, p.* 140*), quae 'sub die* 3. *Kal. Aug. anno secundo regni Dagoberti' data est, Gestis Dagoberti recentior est. Exstat autem charta Childeberthi III. autographa (Pertz, Dipl. I, p.* 68*), qua Chlodovei non Dagoberti privilegium tale confirmatur.* 4) *Cap.* 6. 5) *Intellegitur, monente Karolo Zeumer, Lex Romana Visigoth. Paul. III,* 7, 1 *(ed. Haenel p.* 384*)*: Quicunque a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab herede adiri non potest, nisi prius de familia quaestio fuerit ventilata, et mors occisi fuerit vindicata. 6) *Charta procul dubio falsa periit. Quae autem exstat confirmatio Chlodovei II (Pertz, Dipl. I, p.* 180*), a falsario composita est, qui hoc Gestorum caput in codice quodam* 2 *legerat: omisit enim Noviomum, Pudridoctium, Albiniacum; Novientum autem in pago Lemovicensi situm esse opinatus est. Unde Jacobs l. l. p.* 249. *Nouhant (cant. Chambon, dép. Creuse) intellexit. At cum Gestis maior fides accedat, Noyant (arr. Baugé, dép. Maine-et-Loire) praefero.* 7) *De Parsac (dép. Creuse) cogitavit Jacobs l. l. p.* 249. *Parcé (cant. Sablé, arr. la Flèche) intellexit Mabille.*

Albiniacum[1] seu Niuliacum[a] necnon et Podentiniacum[b,2] et Pascellarias[3] atque Anglarias[c,4] in pago Pictavinse[d] aliasque quam plures cum salinis supra mare, quarum nomina hic recensere longum duximus, devotissime tradidit medietatemque earum in stipendiis fratrum Deo ibidem servientium contulit atque eos turmatim ad instar monasterii Acaunensium[5] sive sancti Martini[6] Turonis psallere instituit et aliam medietatem matriculariis ac servitoribus ipsius ecclesiae concessit, nichil exinde ad suum opus retinere volens. Easdem autem[e] villas infra unius praecepti conclusionem[f] nominatim inserens, proprii nominis subscriptione atque anuli inpressione firmavit. Quarum nomina si aliquis diligentius perquirere voluerit, ipsam praeceptionis cartam in archivo ipsius ecclesiae requirat et, ut reor, viginti et septem villarum nomina inibi inserta inveniet.

Fred. IV,78. 36. Anno denique 14. regni sui, cum Wascones fortiter rebellarent et multas depredationes in regno Francorum, quod[a] Hairbertus tenuerat, facerent, Dagobertus rex de universo regno Burgundiae exercitum promoveri iubet, statuens in capite Adoindum[b] referendarium[c], qui temporibus Teuderici quondam regis in multis praeliis probatus est strenuus. Cum quo 10 duces una cum exercitibus missi sunt, id est Harimbertus, Amalgarius, Leudebertus[d], Wandalmarus, Waldericus, Ermenricus[e], Barontus, Hairhardus[f] ex genere Francorum, Ramelenus ex genere Romano, Willebadus[g] patricius ex genere Burgundionum, Agino[h] ex genere Saxonum, excepto[i] comitibus plurimis, qui ducem super se non habebant. Qui omnes in Wasconiam una cum exercitu perrexerunt. Cumque tota Wasconiae[k] patria ab exercitu Burgundiae fuisset repleta, Wascones deinter montium rupibus egressi, ad bellum properant. Et cum proeliari cepissent, ut eorum mos est, terga vertentes, dum cernerent se esse superandos, in fauces vallium montiumque[l] pinnas[m] latebram dantes, se locis tutissimis per rupes eiusdem montis collocantes latitarent, exercitus post tergum eorum cum ducibus insequens, plurimum numerum captivorum vinciens[n], Wascones superatos, seu ex his multitudine interfecta omnesque domos eorum incensas, peculiis et rebus expoliant. Tandem Wascones obpressi atque perdomiti, veniam et pacem a supradictis ducibus petentes, promittunt se gloriae et conspectui Dagoberti regis praesentatos[o] seque ipsius dicioni traditos, cuncta ab eodem iniuncta impleturos. Feliciter autem regis[p] exercitus absque ulla laesione ad patriam esset reversus, si Harimbertus[q] dux maxime cum senioribus et nobilioribus exercitus sui per neglegentiam a Wasconibus in valle Robola[r] non fuisset interfectus. Exercitus vero Francorum, qui de Burgundia in Wasconiam accesserat, patrata victoria, rediit ad proprias sedes[s].

37. Eodem autem tempore devotissimus rex Dagobertus ecclesiam Christi martyrum Dyonisii ac sociorum eius heredem propriorum fecit praeceptorum subscriptioni-

Capp. 35—37. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 35. a) *ita* 1*a;* Nuiliatum 1*b;* Iuliacum 2*a. b.* b) Podentininiacum 1*a.* c) *post* A. *vocabulum eras.* 1*a.* d) *sic* 1*a;* Pittavense 2*a.* e) *om.* 1*b.* f) conclusione 1*a.*

Cap. 36. a) *om.* 2*a.* b) Adonidum 2*a. b.* c) refreendarium 1*b.* d) Liubertus 1*b.* e) *sic codd.* 3. 4. 5 *Fred.* f) Hairharus 1*b.* g) Wallebadus 1*b.* h) Hagino 1*b.* i) *sic* 1*a.* 2*a. b.* k) Wasconia 2*a.* l) montium . quae 1*b.* m) Pereneos *Fred.* n) *sic* 1*a. b.* o) praesentandos 1*a (e corr. m. al.).* 2*a. b;* presentaturus *Fred.* p) e. r. 1*b.* q) *corr.* Haribertus 1*a.* r) Subola *Fred.* s) aedes *edd.*

1) *Albiniaci et in Andegavensi et in Pictavensi pago exstant; cf. Jacobs l. l. p.* 250; *Longnon in 'Revue critique'* 1873, *tom. II, p.* 90. 2) *Pontigné (dép. Maine-et-Loire, cant. et arr. Baugé); cf. Port, 'Dictionnaire de Maine-et-Loire' III,* 144. 3) *In pago Bituricensi villa sita erat; cf. chartam spur. Dagoberti apud Pertz, Dipl. I, p.* 160. *Paslière prope Nocq intellexit Jacobs l. l. p.* 245. 4) *Anglière (Vienne, arr. Loudun, cant. Montcontour); cf. Longnon in 'Revue critique'* 1873, *tom. II, p.* 91. 5) *Cf. Fred. IV,* 79: Sallencium ibidem ad instar monastiriae sanctorum Agauninsium instetuere iusserat. *Cf. infra c.* 43. 51. 6) *Alcuinus psallentium assiduum in monasterium S. Martini fortasse introduxit; cf. 'Forschungen' XXVI, p.* 189.

bus[a] de Campania[1] villa, quae sita est in pago Camliacense[b, 2], quam eidem[c] regi quaedam[d] materfamilias nomine Teodila[e, 3] tradiderat, et de Tivernione[4], quae sita est in territorio Aurelianensi, quam idem rex cum sancto Ferreolo[f, 5] Augustudunensi[g] episcopo commutaverat, necnon et de Clippiaco[h, 6] superiore et Idcina[7] atque Salice[8] seu Aquaputta[i, 9], quae omnes constant in pago Parisiaco, seu etiam de Latiniaco[10], quae sita est in territorio Meldico, quam ipse rex cum Bobone[k] duce et Tacilone[l] comite palatii de suo proprio fisco commutaverat[11], sanctorum semper auxilium contra visibiles et invisibiles adversarios expetens, ut, sicut ei tempore pubertatis in somnis predicti martyres promiserant[12], ab imminentibus angustiis eum eriperent atque ei et in vita et post mortem pollicita suffragia ferrent. Super haec vero centum vaccas inferendales, quae ei de ducatu Cinomannico[m] annis singulis solvebantur, fratribus inibi Deo servientibus per proprii praecepti[13] subscriptionem, ut eisdem pro eo Dominum et sanctos martyres devotius delectaretur exorare, visus est[14] omni futuro tempore annuatim concessisse[14].

38. Post haec itaque Dagobertus rex Clippiaco palatio residens, mittit nuntios in Brittaniam[a], ut quae Brittani[b] contra suos admiserant emendarent et dicioni eius se traderent; alioquin exercitus supradictus Burgundiae, qui in Wasconiam[c] fuerat, praesen- Fred. IV,78.

Capp. 37. 38. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 37. a) scriptionibus 1*b*. b) Eamliacense 1*b*; Camlacense 2*a*. c) eiusdem 1*a*. d) mater quedam 1*b*. e) Teudila 1*b*. f) Fereolo 1*a*. g) Augustid.? 1*a*. h) Clypiaco 2*a*. i) Aquaputte 1*b*. k) Bubone 1*b*; Bovone 2*a*. *b*. l) Cacilone 2*a*. m) Cen. 1*b*.

Cap. 38. a) *sic* 1*a*; Britaniam 2*a*. b) Britani 1*a*; Brittanni 2*a*, *ut infra*. c) *sic* 1*a cum Fred.*; Wasconia 1*b*. 2*a*. *b*.

1) *Champagne ad Isaram fl. (Seine-et-Oise). Charta periit.* 2) *'pays de Chambly'; cf. Jacobs l. l. p.* 59. 3) *Est 'Theodetrudis sive Theodila', quae a.* 43. *Chlotharii inter cetera S. Dionysio villam Matrium, 'quae est in oppido Camliacense', donaverat; cf. Pardessus, Dipl. I, p.* 227*; II, p.* 9. 4) *Tivernon (cant. d'Outarville, dép. Loiret); cf. Jacobs l. l. p.* 62. *Tybernionem villam in pago Aurelianensi sitam Dagobertus S. Dionysio inter alias dedisse dicitur in charta falsa nr.* 16, *ed. Pertz, Dipl. I, p.* 18. 5) *Cum quo Dagobertus villam quoque Sarclidas commutasse dicitur in charta falsa apud Pertz, Dipl. I, p.* 154*; cf. infra c.* 42. 6) *Charta procul dubio falsa periit. A.* 741. *demum Karolus Martellus Clippiacum villam S. Dionysio concessit; cf. Pertz, Dipl. I, p.* 101. *Villae Clippiacus superior, hodie Saint-Ouen (Seine, arr. et cant. Saint-Denis), et vetus, hodie Clichy-la-Garenne prope Saint-Ouen, distinguendae sunt; cf. Longnon in 'Revue critique'* 1873, *tom. II, p.* 108. 7) *Est Esanville (dép. Seine-et-Oise); cf. Jacobs l. l. p.* 63. *Anno* 10. *regni sui villam Iticinam in pago Parisiaco sitam Dagobertus S. Dionysio concessit; cf. Pertz, Dipl. I, p.* 16. 8) *Saulx-les-Chartreux (Seine-et-Oise) Lebeuf, 'Hist. de Paris' IX, p.* 305, *intellexit.* 9) *Cf. chartam Dagoberti falsam nr.* 37, *ed. Pertz, Dipl. I, p.* 155. *Eius fidem quod Stumpf in Sybel, 'Historische Zeitschr.'* 1873, *tom.* 29, *p.* 402, *tueri conatus est, admodum miratus sum. Aquaputta pro Puteaux (cant. Nanterre, dép. Seine) Jacobs l. l. p.* 62. *accepit, sed Longnon in 'Revue critique'* 1873, *tom. II, p.* 91, *opinionem Lebeuf abbatis, 'Histoire du dioc. de Paris' t. VII, p.* 82, *anteposuit, qui Eaubonne (Seine-et-Oise, arr. Pontoise, cant. Montmorency) intellegi vult.* 10) *Charta falsa periit. Latiniacum Theudericus III. demum S. Dionysio dedit; cf. chartam nr.* 57, *ed. Pertz, Dipl. I, p.* 51. *Est Lagny-sur-Marne (dép. Seine-et-Marne, arr. Meaux); cf. 'Forschungen' XXVI, p.* 176. 11) *De Latiniaco in charta citata dicitur:* que ponitur in pago Meldequo, qui fuit inlustrebus viris Aebroino, Warattune et Ghislemaro quondam maiores domos nostros et post discessum ipsius Warattune in fisco nostro fuerat revocata. 12) *Cf. supra c.* 9. 13) *Dagoberti charta periit, sed exstat confirmatio Chilperici II; cf. Pertz, Dipl. I, p.* 74*; Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 252. 14) *Sunt ipsa diplomatis verba.*

Fred. IV,78. taliter in Brittaniam[a] irrueret[b]. Quod audiens Iudicaila[c] rex Brittanorum[a], cursu veloci Clippiaco[d] cum multis muneribus ad domnum Dagobertum regem pervenit, ibique veniam petens, cuncta, quae sui regni[e] Brittani contra duces[1] Francorum inlicite perpetraverant, emendandum spondet et semper se et regnum Brittaniae, quod ipse regebat, subiectum dicioni regis[f] Dagoberti esse et postmodum omni tempore Francorum regibus iureiurando promittit. Sed tamen cum Dagoberto rege ad prandium discumbere noluit, eo quod esset Iudicaila religiosus et timens Deum valde. Cumque rex resedisset[g] ad mensam, Iudicaila egrediens de palatio ad mansionem Dadonis referendarii, qui alio vocabulo Audoenus dictus est posteaque[h] episcopus Rotomorum[i] extitit, quia cognoverat eum Iudicaila sanctam religionem sectantem, cum eo accessit ad prandium. Indeque in crastinum Iudicaila regi Dagoberto vale dicens, in Brittaniam repedavit; condigne tamen a rege muneribus honoratur[k].

39. Eodem siquidem anno Dagobertus rex, postquam omnes gentes, quae in circuitu regni sui erant, subiugaverat, et opitulante Domino, iam pace firmata, filiosque suos Sigebertum et Hludowium, ut supra diximus, reges designaverat[a], consilio divi-
636, Mai. 23. nitus inspirato, convocatis filiis omnibusque[b] totius regni primatibus, 10. Kal. Iunias in palatio Bigargio[c, 2] placitum generale instituit. Cumque, ut Francorum regibus moris erat, super solium[3] aureum coronatus resideret, omnibus coram positis, ita exorsus est[4]: 'Audite[5] me, o vos reges et[d] dulcissimi filii omnesque proceres atque fortissimi duces regni nostri. Priusquam subitanea transpositio mortis[e] eveniat, oportet pro

Capp. 38. 39. 1*a*, *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 38. a) Brittanniam — Brittanorum 1*a*. b) irruerent 1*b*. c) Iudicalia, *ut infra*, 1*b*. d) Clippiacum 2*a*. *b*. e) rexni 1*a*, *corr.* f) D. r. 1*b*. g) sedisset 1*a*. *b*. h) posteque 1*a*, *corr. m. al.* i) *om.* 1*b*. k) honoratus 2*a*. *b*.

Cap. 39. a) signaverat 1*b*. b) que *om.* 1*b*. c) Bigarglo 1*b*. d) atque 1*b*. e) *om. testam. apud Aim.*

1) leudebus *Fred.* 2) *Garges (Seine-et-Oise) Lebeuf, 'Hist. de Paris' tom. IV, p.* 398. *intellegi vult. Sed forte 'Lusarga' vel 'Lusarca', i. e. Lusarches, emendandum est; cf. 'Forschungen' XXVI, p.* 180. 3) *V. Waitz, 'VG.' II,* 1³, *p.* 175, *n.* 2. 4) *Dagoberti testamentum in archivo Dionysiano asservatum, in quo teste eo qui Gesta scripsit 'basilicas sanctorum pene omnes regni sui temporibus nominatas propriis suis donationibus' heredes scripserat rex, periit. Exstat autem aliud, quod initio et fine destitutum cod. Vat. Reg. Christ. nr.* 581, *saec. X, continet (ed. Pertz, Dipl. I, p.* 156*). Cuius auctor orationem a Dagoberto in palatio Bigargio habitam ex Gestis ad verbum exscripsit, cui et prologum sollemnem praemisit et donationes inseruit. Quod autem scripsit, Dagobertum in ecclesia S. Vincentii Parisiensi sepultum iri voluisse, id hominem magis ecclesiae S. Germani a Pratis studiosum quam historiae Merowingicae peritum prodit, cum rex moriturus Fredegario IV,* 79. *teste in basilicam S. Dionysii se deferri iusserit, ubi etiam sepulturae mandatus est. Aimoinus IV,* 30. *et Dagoberti orationem ex Gestis excerpsit et testamenti ex oratione exscripti frustulas quasdam protulit. His omissis, quae ex oratione iam exscripserat, lectorem, ut eam relegeret,* verbis ut supra dictum est *monuit. Eas testamenti particulas, quas Aimoinus collegit, chartularium Sangermanense saec. XIII. continet. Karolus Pertz, quae inter hos fontes affinitas intercedat, omnino non perspexit.* 5) *Testamentum ex oratione exscriptum apud Aimoinum IV,* 30. *ita incipit:* In nomine Trinitatis domini Dei omnipotentis. Apostolicis patribus, pontificibus videlicet ac abbatibus vel reliquis sacerdotibus in regnum nostrum consistentibus Dagobertus rex Francorum. Quantum intellectualis sensus humani potest mente sagaci pensare atque solerti indagatione perpendere, nichil amplius valet in huius seculi luce ac fugitivo gaudio lucrari, quam quod de rebus transitoriis locis venerabilibus quis studeat in alimonia pauperum impendere, quatinus qui fragilitatem nature generaliter patiuntur, priusquam *et cetera, ut supra. Nemo est qui non videat, verba* de rebus — impendere, quatinus *falsarium ex ipsa oratione (infra p.* 417, *l.* 5*) repetivisse, ita ut in hoc testamento bis ea legantur.*

salute animae vigilare, ne forte inveniat aliquem imparatum eique sine aliquo respectu praesentem lucem auferat atque perpetuis tenebris et aeternis eum tormentis tradat; quin potius, dum proprio libertatis iure subsistit, ex caducis substantiis in aeterna tabernacula[a] vitam quaerat mercari perpetuam, ut inter consortium iustorum desiderabilem valeat adipisci locum et retributorem sibi preparet Dominum atque ex rebus transitoriis ad loca venerabilia sanctorum in alimoniis pauperum curet impendere, quatinus ab ipso Domino fructum[b] indeficientis Paracliti[c] inter astra[d] matutina[1] mereatur refoveri. De cuius fonte vivo perfecta fide poscenti nec subtrahitur poculum, nec minuitur alveus, sed potius quisquis auserit, irrigatur dulcedine caelitus, atque suavis ei fraglat[e] odor balsami paradisi. Et ideo[d] ego discutiens conscientiam ac[d] mei cordis excessum[f] atque considerans examinationem superni Regis iudiciumque ipsius metuens nec non etiam verens poenas hominum infelicium, maxime autem concupiscens gloriam infinitam iustorum et precavens illud, ne ultimus dies iuxta dispensationem Domini nos de memoria sanctorum vel consolatione egentium[g] pigros inveniat, ita nobis sana mente sanoque consilio placuit, et, ut iam diximus, devotio animae admonuit pro aeterna retributione testamentum condere, in quo basilicas sanctorum pene omnes regni nostri[d] temporibus nostris nominatas propriis nostris donationibus heredes fieri praeciperemus, et pro immutabili[h] beneficio quatuor[i. 2] uno tenore unoque temporis momento, vobis omnibus consentientibus, firmare decrevimus, et quicquid ubique ad loca sanctorum per eadem nunc ad praesens contulimus, infra simili adnotatione conteximus. Ex quibus unum Lucduno[k] Galliae dirigimus; alium vero Parisius in archivo ecclesiae commendamus; tertium Mettis ad custodiendum domno Abboni[l. 3] donamus; quartum autem, quem et in manibus tenemus[m], in thesauro[n] nostro reponi iubemus[4]. Haec igitur propria extat nostra devotio et haec Domini nostri conlatio[o], qui perfecta vota dignanter excipit, quia videlicet[p] illi certa fiducia in[q] die necessitatis manebit, quisquis locis sanctorum atque sacerdotibus et egenis hic alimoniam tribuit, quoniam, Scriptura teste, *feneratur Domino, qui miseretur*[r] *pauperi*, et ipse Regnator Olympi[s] vicissitu- Prov. 19,17.
dinem reddet ei. Unde, sicut diximus, pro remedio animae nostrae nos ipsa condicio

Cap. 39. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 39. a) *a* tabernacula *cod. Vat. Reg. Christ. nr.* 581, *saec. X, incipit.* b) fructu 2*a*. *b*. c) paradysi 2*a*. *b*. d) *om.* 1*b*. e) *sic* 1*b*. 2*a*. *b*; flagrat 1*a*. f) excessu 1*b*. g) gentium 1*b*. h) incommutabili 1*b*. i) quatuor — consentientibus *om. cod. Vat.*, *sed Aimoinus haec excerpsit.* k) *sic* 1*a et cod. Vat.* l) Alboni 1*b*. m) habemus *cod. Vat.* n) thesaurario 1*b*. o) *sic codd.*; consolatio *edd.* p) i. v. 1*b*. q) hodie *cod. Vat.* r) misereretur *cod. Vat.* s) Olimpi vicissitudine 1*b*.

1) *Cf. Iob* 38, 7. 2) *Quattuor testamenti exemplaria intelleguntur, quae testamenti falsarius ita interpretatus est, quasi quattuor ecclesias Dagobertus heredes scripsisset, unde quae n.* 4. *adnotavi inseruit. Sed secundum id quod Gestorum scriptori praesto erat testamentum 'basilicis sanctorum pene omnibus regni sui' legata rex dederat.* 3) *Episcopo Mettensi, S. Arnulfi successori.* 4) *Legata quae Dagobertus scripsisse dicitur hic inserit cod. Vat. cum Aimoino:* Donamus igitur ad basilicam domni Vincentii Parisius, ubi sepulturam, quandoquidem Deus iusserit, habere disponimus, donatumque in perpetuo esse decernimus villam cognominatam Cumbisvillam in pago Parisiaco, quem Ursa, filia Alderici, tenuit. Pari modo ad basilicam beati Petri apostoli Parisius, ubi sancta Genovefa requiescit in corpore, villam Dravernum in Brigeio. Ad basilicam vero domni Dionysii item Parisius, ubi cum sociis requiescit, villam Braunate in Brigeio. Ad basilicam domne Columbe vel domni Lupi Senonis villam Grandecampum in Gastinense. *Cf. Pertz, Dipl. I, p.* 157. *Exstat charta, qua Ludovicus Pius villas Cersiacum et Grandemcampum a Lothario et Dagoberto regibus concessas monasterio S. Columbae Senonensi confirmavit; cf. Mühlbacher, 'Karol. Regesten' nr.* 896.

admonuit, ut post discessum, quandoquidem Deus iusserit, nostrum[a] sacerdotes, qui in illo tempore in locis infra[1] scriptis officii curam gesserint[b], sicut in praesenti pagina continetur, absque ullius expectata traditione presentaliter cum omni integritate recipiant, atque ad supra scripta[1] loca sanctorum in reliquum cuncta aspiciant et sub integra emunitate[c, 2] pro nostra mercede ibidem in perpetuum proficiant. Cumque unusquisque eorum sibi conlata tempore[d] illo receperit, nomen nostrum in libro vitae omnimodis inserat et omnibus dominicis diebus[e] seu precipuis sanctorum solemnitatibus per omnia recenseat. Illud vero, quod ad medelam animae nostrae plenius pertinere[f] confidimus, per hanc paginam vos, sacerdotes, temporibus illis in ipsis sanctis locis consistentes et officia inlibata procurantes, per caelestem Regem coniuramus, cum collata sibi unusquisque perceperit[g], insequentibus diebus tribus annis missas pro nobis celebrent et sacrificia misericordissimo Regi pro sarcina commissa peccaminum solvenda omnimodis offerant. Hoc vero testamentum, Domino iudice ac teste, praecipue per hanc paginam, omnibus qui adestis consentientibus, committimus dulcissimis filiis nostris Sigeberto et Hludowio[h] regibus, quos nobis Christi[i] largitio concessit habere in prolem, aut quos adhuc Dominus dederit[k] filios, qui nobis succedere[l] debeant, ut hoc commune nostrum decretum faciatis in omnibus conservare et haec collata nostra non presumatis convellere. Sed per omnipotentis nominis Trinitatem vel virtutes archangelorum, patriarcharum et prophetarum, apostolorum atque martyrum omniumque sanctorum et tremendum diem iudicii seu adventum domini nostri Iesu Christi, ante cuius conspectum resurgere[m] videmur, coniuramus, quatinus statuta[n] nostra, quae praesens declarat scriptura, stabili firmitate perpetim faciatis custodire[o]. Nos autem praesentes cartas testamenti pro nostra in perpetuum mercede propria studemus[p] roboratione firmare et omnibus qui adestis episcopis, abbatibus, proceribus atque magnificis viris ad praesens iubemus vestris subscriptionibus vel signaculis adfirmare. Et iterum iterumque, sicut supra diximus, vos[3], reges et dulcissimi filii, vel qui postmodum nobis successerint, admonemus, quatinus facta nostra nullo modo praesumatis convellere, si ea quae post nostrum discessum statueritis inconvulsa manere vultis, quia illud nolo dubitetis, quod successores et vos habituri eritis, et, si nostra non conservaveritis, nec vestra statuta stabilia esse credatis'. Cumque hoc rex, omnibus intente audientibus, prudentissime perorasset[q], cuncti longevam ei vitam pacemque regni gratanter optantes, praedictum testamentum tam ipse rex quam omnes regni primates alacriter firmaverunt. In quo etiam non inmemor peculiaris patroni sui domni Dyonisii, quamvis eidem iam plurima praedia[r] contulerit, villam nomine Braunadum[s, 4] inserere studuit. Ordinatisque rite omnibus, quae ad regni honorem pertinebant, omnes cum gaudio ad propria remeare concessit. Illud vero testamentum, quod in thesauro[t] suo reponi iusserat,

Cap. 39. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 39. a) mrm̄, *i. e.* martyrum 2*a.* b) gesserunt 2*a*, *corr.* c) l. et manitate 1*b.* d) l. t. 1*b.* e) *om.* 1*b.* f) p. — sacerdotes *om.* 1*b.* g) percepit 2*a.* h) Hludowico *cod. Vat.* i) collatio Christi 1*b.* k) in *add.* 1*b.* l) *desinit cod. Vat.* m) resurgemus, coni. 2*a. b.* n) facta 1*b.* o) custodiri 1*b.* p) studeamus 1*b.* q) exorasset 1*b.* r) praedicta 1*b.* s) Praunadum 1*b.* t) testamento 1*b.*

1) *In testamento, quo Gestorum scriptor usus est.* 2) *Pro* immunitate. *Nota antiquae scripturae vestigium.* 3) *Falsi testamenti epilogus, quem Aimoinus l. c. protulit, aliquantulum a Gestis discrepat:* Vos autem, boni filii, considerantes primum nature religionem, cuius gratia et bestias ligat, manete fratres, nolite exuere quo onerati estis. Deinde reveremini me, patrem vestrum, qui rogare malo, cum possim iubere, ut statuta nostra inconvulsa servetis, sicuti vestra a successoribus vestris servari mavultis, profecto scientes, quod si a nobis sancita contemptui habueritis, quod non arbitror, pari modo et vestra a posteris contempnentur decreta. 4) *Brunoy-sur-l'Yères (dép. Seine-et-Oise); cf. Jacobs l. l. p.* 63.

usque hodie in archivo ecclesiae beatorum Christi martirum Dyonisii ac sociorum eius venerabiliter custoditur.

40. Denique eodem tempore plumbum, quod ei ex metallo[a] censitum[b] in secundo semper[c] anno solvebatur, libras octo millia ad cooperiendam eandem supradictorum beatorum[c] martyrum ecclesiam eo ordine concessit, ut tam per regales quam et per easdem villas, quas ipse antea eidem sancto loco contulerat, in alio semper anno adduceretur et agentibus vel thesaurariis[d] ipsius venerandi monasterii traderetur, quatinus, sicut ipse[e] basilicam eorundem martyrum devotissime tegere[f] videbatur, ita, ipsis intercedentibus, eum omnipotens Deus umbra suarum protegeret alarum. cf. Ps. 16, 8 Nam et praeceptum[1] exinde taliter firmare studuit, ut omni post futuro tempore a regibus succedentibus eadem traditio inviolabiliter observata custodiretur.

41. Fred. IV, 78 Anno igitur 15. regni Dagoberti Wascones omnes seniores terrae illius cum Hainando[a] duce ad regem Clippiaco[b] venerunt; ibique in ecclesiam Sancti Dyonisii martyris regio timore perterriti confugium fecerunt. Clementia vero regis Dagoberti ob reverentiam sancti Dyonisii vitam habent indultam. Ibique ipsi sacramenta firmantes, simul et promittentes, omni tempore regi et filiis eius Francorumque regno se esse fideles; quod more solito, sicut semper fefellerant, post haec probavit eventus. Permissu regis regressi sunt in terram Wasconiae.

42. Longum est enarrare, quam providus idem rex Dagobertus in consilio fuerit, cautus iudicio, strenuus militari disciplina, quam largus elemosinis quamque studiosus in componenda pace ecclesiarum, precipueque, quam devotus extiterit in ditandis sanctorum cenobiis, praesenti opere declarare, minusque necessarium et maxime ob fastidientium lectorum vitandum tedium, praesertim cum nullis abolenda temporibus luce clariora earum rerum extent indicia[a]. Idcirco nunc ad obitum ipsius describendum vertens articulum, quid in ipsa infirmitate positus gesserit, et unum quod in quadam vetustissima[b] repperi carta, quam, ut ferebatur, beatus Audoenus episcopus scripserat[2], quodque memorato regi eius post mortem contigit, breviter narrabo miraculum. Post[c] gloriosam regni[d] administrationem, 16, postquam regnum sortitus fuerat, anno Ib. IV, 79. profluvio[e] ventris Spinogilo[f] villa super[g] Sequana[h] fluvium nec procul Parisius[i] aegrotare[k] coepit. Exinde vero ad basilicam Sancti Dyonisii martyris a suis defertur. Post paucos autem dies, cum suae vitae sentiret periculum imminere, Egam consiliarium suum sub celeritate ad se venire praecepit; reginam vero Nanthildem[l] et filium suum Hludowium eidem in manu commendans, seque iam discessurum sciens[m], consilium Egani[n] peragratum habebat, quod cum eius[o] instantia regnum filius suus strenue gubernare posset. Convocatis deinde primoribus palatii, filiumque et uxorem eis et ipsos[p] eisdem[q] cum fidelitatis sacramento, ut moris est, commendans, matriculariis quoque iam dictae basilicae beatorum[r] martyrum de villis Acuciaco[s, 3] et Cusduno[t] immoque Magnovillare et Medianovillare

Capp. 39—42. 1*a. b,* 2*a. b.*

Cap. 40. a) metullo 1*a.* b) censuum 1*b.* c) *om.* 1*b.* d) thesauri 1*b.* e) ille 1*b.* f) tegeretur 1*b.*

Cap. 41. a) Hecinando 1*b*; Amando 2*a. b*; Ainando *codd.* 3. 4. 5 *Fred.* b) Clippiacum 1*b.*

Cap. 42. a) iudicia 1*b.* b) vetussima 1*a.* c) *a* Post *cap. incip.* 2*a.* d) mortis 1*b.* e) profluo 1*b.* f) Spinoilo 2*a. b.* g) supra 2*a. b.* h) *sic* 1*a;* Sequanam *rell.;* Secona *Fred.* i) *h. l. codex S. Remigii Remensis, quo Bouquet usus est, 'ob lacera folia' desiit.* k) aegrotari 1*a.* l) Nathildem 2*a. b.* m) *ita codd.* 3. 4. 5 *Fred.* n) *sic* 1*b cum Fred.;* consilium tamen eius pergratum *codd. rell.* o) *ita* 1*b cum Fred.;* ipsius *rell.* p) ipsis 1*b.* q) *sic* 1*b.* 2*a. b;* eidem (1*a*). r) sanctorum 1*b.* s) Accutiaco 1*b*; Aiuciaco 2*a. b.* t) et Quusduno 1*a*; Icusduno (*om.* et) 1*b.*

1) *Periit.* 2) *Cf. supra p.* 396. 3) *Aguisy, Coudun, Grandvilliers-aux-Bois (?), Moyvillers, Jaux (dép. Oise); cf. Jacobs l. l. p.* 65.

atque Gellis preceptum[1] fieri iussit, in quo etiam Sarclidas[a. 2], quam antea eisdem contulerat, inseruit. Omnibusque obtimatibus dolore nimio consternatis, virtute qua potuit benignissime consolatus est et inter cetera, quae ad memoriam reducere longum est, haec intulit: 'Quamvis miserrimus homo, quamdiu incolomis est, semper prae oculis debeat habere futuram omnipotentis Dei discussionem iudicii, in aegretudine tamen positus, de illius piissima misericordia nullo modo debet desperare, sed pro salute animae suae attentius eum oportet invigilare et de propriis rebus, quantum possibile est, in alimoniis pauperum semet ipsum redimere, quatinus apud misericordissimum Iudicem aeternam post obitum valeat retributionem adquirere. Idcirco ego pro remedio animae meae matriculariis basilice domni[b] Dyonisii peculiaris patroni nostri, in qua ipse pretiosus martyr cum suis sociis corpore quiescit[c], et nos sepeliri optamus, villas, quae in praesenti continentur praecepto, praesentaliter cum omni integritate conferimus. Et sicut a fisco nostro actenus[d] fuerunt possessae, ita ex nostra indulgentia propter adquirendam animae nostrae salutem vel pro[e] filiorum nostrorum stabilitate[f] praedictis matriculariis, qui in praefata basilica vel[g] atrio eius deserviunt, praesenti et[e] futuro tempore in perpetuum proficiant; nullusque de filiis aut regibus umquam nostris successoribus nec[h] pontifex nec abba[i] ipsius monasterii praedictas villas et Sarclidas[k], quam antea isdem[l] fratribus contulimus, ab eis auferre[m] presumat, si iram Dei et offensam domni[n] Dyonisii non optat incurrere. Quod si quis preumpserit, ante tribunal domini nostri Iesu Christi cum sancto martyre et ipsis matriculariis exinde rationem deducat. Annualis enim victus inde[e], Deo donante, ut credimus, sepe dictis pauperibus poterit sufficere, ut semper pro anima nostra et ipsis et[e] successoribus eorum nostra[o] pastis[p] elemosina plenius atque devotius delectet orare. Nos vero praesens praeceptum iam minime valemus subscribere, quia[q], invalescente aegritudine, calamus in manu nostra trepidat[1]. Et propterea rogamus dulcissimum filium nostrum Hludowium regem, ut per signaculum sui nominis istam cartam adfirmet, et Dado eam offerat, et optimates nostri illam subscribant'. Cumque rex hic loquendi finem fecisset, filius eius rex Hludowius ipsum praeceptum secundum iussionem patris, offerente Dadone referendario, subscripsit, omnesque proceres, qui in praesenti aderant,

Cap. 42. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 42. a) Sardidas, *ut vid.*, 1*b.* b) sancti 1*b.* c) requiescit 1*b.* d) *m. al. corr.* hactenus 1*a.* e) *om.* 1*b.* f) stabilitatem 1*b.* g) in 1*b.* h) vel 1*b.* i) abbas 2*a. b.* k) Sardidas 1*b.* l) *ita* 1*a*; hisdem 2*a. b.* m) p. auf. 1*b.* n) sancti 1*b.* o) *corr. m. al.* nostrae 1*a.* p) partis 1*a. b.* q) *sic* 1*a.* 2*a. b.*

1) *Chartam Dagoberti Chlothacharius III. his verbis confirmavit (Pertz, Dipl. I, p. 31):* Idioque venerabilis vir Wandeberctus abba de basileca peculiaris patroni nostri domni Dioninsis, ubi ipsi preciosus in corpore requiiscit, climenciae . . . . . noncupantis Aguciaco, Cusduno, Magninovillare, Medianovillare seo et Gellis sitas in pago Belloacinse pro sui anime remedium ad matrigolarius prefati sancti basileci domni Dioninsis, unde sustancia . . . . et eius manus dicuntur tripedare illi calamus; idio ipsa auturetate mano propria non podibat subscribere, nisi domno et geneture nostro Chlodovio quondam rige, dum adoliscens erat, vel avi nostri Nantechildis roborare vel subscribire debirint. *Haec Dagoberti charta periit, sed falsarius quidam e confirmatione Chlothacharii et Gestis Dagoberti eam restituere conatus est, quinque villis sexta Averciaco addita; cf. Pertz, Dipl. I, p.* 164. 2) *Cf. chartam a.* 14. *Dagoberti datam, quam falsam habuit Pertz, Dipl. I, p.* 154, *ut genuinam defendit Stumpf (Sybel, 'Hist. Zeitschr.'* 1873, *tom.* 29, *p.* 402*):* Sarclidas super fluvium Ioina sitam in pago Stampinse. *Est Saclas ad fl. Juine (cant. Méréville, dép. Seine-et-Oise); cf. Jacobs l. l. p.* 62. *Exstat confirmatio Ludovici Pii apud Tardif, 'Monuments historiques' p.* 77; *cf. Mühlbacher, 'Karol. Regesten' nr.* 535.

propriis eundem subscriptionibus firmaverunt. His taliter expletis[a], post paucos dies 14. Kalendas Februarias[b] christianissimus rex Dagobertus humanis rebus exemptus est. Intolerabilis autem luctus subito totum[c] replevit palatium, universumque regnum ob ipsius mortem acerbissima[d] occupavit lamentatio[1]. Fred. IV,79.

43. Conditus autem aromatibus, cum ingenti populorum dolore atque[a] frequentia translatus est in basilicam beatissimorum martyrum, quam ipse, ut supra[b] diximus[2], condigne ex auro et gemmis et multis pretiosissimis speciebus ornaverat[c] et condigne in circuitu fabricare[d] praeceperat, atque iuxta eorum tumulum in dextro latere honore merito[e] sepultus. Tantae vero opes ab[f] eodem et villae ac possessiones multae per plurima loca ibi fuerant conlatae, etiamque[g] hic minime ob fastidium, ut[h] iam dixi[3], quorundam vitandum recensentur, ut hodieque[i] devotio animi[k] ipsius miretur a pluribus. Ordinem autem psallentium ibidem ad instar monasterii Agaunensium[l] et sancti Martini Turonis[4] instituerat; sed facilitas abbatis Haigulfi[m] eandem institutionem noscitur refragasse. Fred. l. l.

44. Legationem tum[a] forte illustris defensor Pictavensis[b] ecclesiae Ansoaldus[c, 5] in partes Siciliae agebat. Ea[d] peracta, cum navali reverteretur subsidio, applicuit ad quandam[e] brevem insulam, in qua reverentissimus quidam senex, cui erat[f] nomen Iohannes, solitariam[e] ducebat[g] vitam, ad quem mare commeantium, ut orationis eius fulcirentur solatio, plurimi ventitabant. In hanc ergo insulam tanti viri meritis redimitam appulsus divino nutu Ansoaldus, dum de caelestibus gaudiis cum eo sermocinaretur, interrogat senex, unde vel cur venisset. Igitur cognito, de Galliis[h] qua de causa missus fuisset, rogat senex, ut Dagoberti regis Francorum sibi mores studiumque exponat. Quod cum ille diligenter fecisset, senex addidit, quod dum[i] quadam die, utpote iam fractus aetate et fatigatus vigiliis, quieti paululum indulsisset, accessisse ad se virum quendam canicie venerandum seque expergefactum admonuisse, quatinus propere surgeret et pro Dagoberti regis Francorum anima divinam clementiam exoraret, eo quod ipso die spiritum exalasset. Quod dum[k] facere maturaret, apparuisse sibi haud procul in pelago teterrimos spiritus, vinctum regem Dagobertum in lembo[l] per spatium maris agitantes atque ad Vulcania loca, inflictis insuper verberibus, trahentes, ipsumque Dagobertum beatos Dyonisium et Mauricium martyres et sanctissimum Martinum confessorem ad sui liberationem continuis vocibus flagitantem. Nec mora intonuisse caelum, fulminaque per procellas disiecta, interque ea repente apparuisse praecellentissimos viros niveis comptos vestibus, seque tremefactum ex eis quaesisse, quinam essent, illosque respondisse, quos Dagobertus in adiutorium vocaverat, Dyonisium scilicet et[m] Mauricium ac[n] Martinum[o] esse, ut eum ereptum in sinu[p]

Capp. 42—44. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 42. a) *ita* 1*b; explosis rell.; gestis Fred.* b) *sic* 1*a.* 2*a.* c) r. t. 1*b.* d) acerbissimam 1*b.*
Cap. 43. a) ac 1*b.* b) ut praediximus 1*b.* c) exornaverat 1*b.* d) fabricari 1*b.* e) est *add.* 2*a. b.* f) ab e. *om.* 1*b.* g) etiam quae 1*b.* h) ut i. d. *om.* 1*b.* i) hodie quae 1*b.* k) *om.* 1*b.* l) Acaun. 1*a.* m) Hugolfi 1*b*; Haiulfi 2*a. b.*
Cap. 44. a) cum 1*b.* b) Pictaviensis 1*b.* 2*a.* c) Ansoldus, *ut infra,* 1*b.* d) Et 1*b.* e) *littera* a *e corr.* 1*a.* f) n. I. e. 1*b.* g) v. d. 1*b.* h) Gallis 1*b.* i) cum 1*b.* k) *om.* 1*b.* l) limbo 1*b.* m) atque 1*b.* n) et 1*b.* o) Martynum 1*a, corr.* p) sinum 1*b.*

1) *Cf. Libr. H. Fr. c.* 43: Planxeruntque eum Franci diebus multis. 2) *Supra c.* 20. 3) *Supra c.* 42. 4) *Cf. supra c.* 35; *infra c.* 51. 5) *Ansoaldus episcopus Pictavensis sine dubio intellegitur.* 6) *Historiola illius persimilis est, quam a Iuliano Romanae ecclesiae defensore Gregorius M., Dial. IV,* 31 *(SS. Rer. Lang. p.* 540*), se accepisse tradidit. Vidit vir quidam solitarius in insula quae Lipara appellatur Theodericum regem 'in hanc vicinam Vulcani ollam' iactari. Talia passus esse dicitur, eo quod Iohannem papam nimis afflixerat.*

Abrahae[a] collocarent. Itaque hostes humani generis velociter insequentes, animam, quam verberibus minisque vexabant, ereptam ad ethera secum levasse, canentes: Ps. 64, 5. *Beatus quem elegisti et[b] assumsisti, Domine; inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuae, sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.* Haec in[c] memorata carta[1] inter alia ferebantur, quae non tam veri similia quam verissima, ut arbitror, videri possunt, quoniam idem rex, cum[d] et alias longe lateque ecclesias ditasset, tum praecipue horum copiosissimo locupletavit. Unde et eorum post mortem flagitabat auxilium, quos prae ceteris se dilexisse meminerat.

Fred. IV, 79. 45. Itaque post Dagoberti regis discessum filius eius Hludowius[a] sub tenera aetate sibi[b] regnum patris adscivit, omnesque duces[2] de Neustria[c] et Burgundia eum Massollaco[d] villa sublimant in regnum. Ega vero, qui fuerat consiliarius regis[e] Dagoberti, ib. c. 80. cum regina Nanthilde, quam idem rex reliquerat, anno primo regni Hludowii[f] et secundo imminente[g] regni anno condigne palatium gubernabat et regnum. Ipse namque inter ceteros primates Neptrici prudentius agens et plenitudine patientiae imbutus, cunctis erat praecellentior. Eratque genere nobilis, opibus abundans, iustitiam sectans, eruditus in verbis, paratus in responsis; tantummodo a plurimis blasphemabatur, eo quod esset avaritiae deditus.

ib. c. 84. 46. Igitur post obitum Dagoberti regis quo ordine eius thesauri inter[a] filios divisi fuerint, non omittam, sed dilucidato ordine in huius serie libelli inserere procurabo. ib. c. 85. Cum Pippinus maior[b] domus post discessum regis et ceteri Austrasiorum[c] duces, qui usque in transitu Dagoberti eius[d] fuerant ditione detenti, Sigebertum unanima[e] conspiratione expetissent, Pippinus cum Chuniberto[f], sicut et prius amicitiae cultu in[g] invicem coniuncti fuerant, et nuper inter se, sicut et antea, amicitiam vehementer firmiterque perpetuo conservandam ligant; omnesque duces[2] Austrasiorum secum uterque prudenter et cum dulcedine adtrahentes eosque benigne gubernantes, eorum amicitiam constringunt[h] semper servandam[i]. Igitur discurrentes legati partem Sigeberti debitam de thesauris patris Dagoberti Nanthildi[k] regine et Hludowio Sigeberto habendam requirunt, ad quam reddendam placitus[l] instituitur. Chunibertus itaque pontifex urbis Coloniae et Pippinus maior domus cum aliquibus primatibus Austriae a Sigeberto directi, villam Compendium usque perveniunt, ibique thesauri divae memoriae Dagoberti regis, iubente Nanthilde et Hludowio rege, instantia Egani maioris domus praesentantur et equa lance dividuntur; tertiam tamen partem de omnibus, quae Dagobertus rex adquisierat, postquam Nanthildis regina regnare coeperat, eidem reservant. Chunibertus vero et Pippinus partem Sigeberti Mettis faciunt[m] perduci, ibique regi Sigeberto praesentatur atque describitur[n].

47.[a] Post fere evoluto anni circulo Pippinus moritur, nec parvum dolorem eius transitus cunctis generavit in Austria, eo quod ab ipsis pro iustitiae cultu et bonitate ib. c. 85. nimium dilectus fuisset. Ega quoque anno tertio Hludowii regis Clippiaco[b] villa febre vexatus, et ipse moritur.

ib. c. 84. 48. Post discessum vero eius Herchinoaldus[a], qui ex[b] parte genetricis Dagoberti[c] regis consanguineus fuerat, maior domus in palatio Hludowii efficitur. Erat enim homo

Capp. 44—48. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 44. a) *corr.* Habrahae 1*a*. b) et a. *om.* 1*b*. c) inter alia in m. c. 1*b*. d) *om.* 1*b*.

Cap. 45. a) Ludovius 2*a*. *b*. b) *om.* 1*b*. c) *litterae* us *e corr.* 1*a*. d) Massolato 1*b*. e) D. r. 1*b*. f) Hludowi 1*a*. g) secundo et inmenente tercio (t. *om. codd.* 3. 4. 5) eiusdem regni anno *Fred.*

Cap. 46. a) in 1*b*. b) m. d. *om.* 1*b*. c) Austrariorum, *ut infra*, 1*b*. d) *om.* 1*b*. e) unamina 1*a*, *corr.* f) Cuniberto, *ut infra*, 1*b*. g) cultū 2*a*. h) coniungunt 1*b*. i) observandam 1*b*. k) Nanthilde 1*b* *(corr.)*. 2*a*. l) placitum 1*b*. m) perferri vel *add.* 1*b*. n) scribitur 1*b*.

Cap. 47. a) *h. l. caput nullum incipit* 1*a*. *b*. 2*a et Duchesne.* b) Clyppiaco, *ut infra*, 2*a*.

Cap. 48. a) Erch. *corr.* Herch. 1*b*. b) de genetrici Dagoberto *Fred.* c) r. D. 2*a*. *b*.

1) *Audoeni; cf. supra c.* 42. 2) leudis *Fred.*

patiens, bonitate plenus, cautus ingenio, servos Dei omnesque sacerdotes humiliter venerans, rebus admodum mensurate[a] ditatus, qui ab omnibus regni primatibus miro venerabatur affectu. Fred. IV,84. Anno vero 4. regni Hludowii, cum Nanthildis regina pos[b] discessum Egani una cum filio Aurelianis in Burgundiae regnum venisset[c], ibi omnes seniores, pontifices cum ducibus et primoribus ipsius regni ad se venire praecepit, cunctosque singillatim benignissime adtrahens, Flaucatum genere Francum[d] maiorem domus statuit in regno Burgundie, pontificum et ducum electione huiusmodi honoris gradu eum stabiliens, neptemque[e] suam nomine Ragnebertam[f] ipsi desponsavit. ib. c. 89.

49. Testamentum autem de villis, quibus eam rex Dagobertus et filius ipsius Hludowius ditaverant, eodem tempore ad loca oportuna sanctorum fieri ordinavit, in quo etiam Latiniacum[1] villam, quae sita est in Brieio[a. 2], ad basilicam domni Dyonisii tradens, inserere iussit. Tria siquidem exemplaria uno tenore exinde scribi praecepit, ex quibus unum in scriniis sepe dictae ecclesiae usque hodie custoditur. His ita compositis et rebus prospere ab ea gestis, filioque iam utiliter in Neptrico et Burgundia ib. c. 83. regnante, Nanthildis regina moritur atque in ecclesia[b] beatorum martyrum Dyonisii ac[c] ib. c. 90. sociorum eius iuxta Dagobertum regem in eodem sepulchro sepelitur[3].

50. Deinde Hludowius, filius eorum, parentibus, ut praediximus, a saeculo decedentibus[a], in regnum successit et praecepta, quae gloriosus rex, pater suus, propria auctoritate firmans, sanctorum sepe dictorum martyrum ecclesiae contulerat, ipse quoque suo tempore studuit renovare atque propriae manus subscriptione et anuli item[b] inpressione firmare. Anno vero 14. regni sui absidam, infra quam praedictorum Christi 653. martyrum Dyonisii ac sociorum eius corpora requiescunt, quam inclytus rex, pater suus[c], desuper argenteo, ut praetuli[4], tegumento[d] devotissime foris operuerat, quorundam suasione et consilio ipsum argentum desuper praedicta absida pauperibus Christi et egenis atque peregrinis, quia, ut fertur, eo tempore fames valida inerat, erogari[e] praecepit et insuper Haigulfo[f] abbati, cui tunc cura[g] monasterii ipsius commissa erat[h], praeceptum huiusmodi dedit[5], quatinus ipse abba hoc cum timore Dei fideliter studeret adimplere nullamque requisitionem nec[i] a suo pontifice, eo quod adhuc illo tempore monasterium illud sub potestate pontificis Parisiorum ecclesiae videbatur esse subiectum, nec a[k] quolibet umquam homine pertimesceret.

51. Succedente vero tempore, 16. anno regni sui Hludowius rex Clippiaco[6] resi- 654, Iun. 22. dens, convocatis pontificibus nec non et regni primoribus, regio stemmate ex more comptus, inter ceteras principalium rerum actiones, ob quas pro salute regni tractandas optimates, ut diximus, congregaverat[a], divino inpellente nutu, ita coepit[b]: 'Oportet nos Dipl. Chlod. sedule secundum paternam institutionem locis venerabilibus sanctorum reverentiam ex-

Capp. 48—51. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 48. a) mensurę 1*a*; minsuratem *Fred.* b) *m. al. corr.* post 1*a*. c) venissent 2*a*. *b*. d) Francorum 1*b*. e) neptamque 1*a*. f) Ragnabertam ipse 1*b*.

Cap. 49. a) Bricio 1*b*. b) aecclesiam 1*b*. c) et 1*b*.

Cap. 50. a) discedentibus 1*b*. b) it̃ 1*b*. c) eius 2*a*. *b*. d) tegimento 2*a*. e) erogare 1*a*. f) Hagiulfo 1*a*. g) *m. al. corr.* curam 1*a*. h) commiserat 1*a*. i) r. in causa pontificis, eo 2*a*. *b*. k) aliquolibet 1*b*, *corr.*

Cap. 51. a) ageraverat *corr. m. al.* agg. 1*a*; coaggeraverat 1*b*. b) ita incoepit 1*a*.

1) *Hodie Lagny-le-Sec (dép. Oise). Nanthechildis testamentum non exstat.* 2) *La Brie.* 3) *Cf. chartam Chlodovei II, ed. Pertz, Dipl. I, p.* 20*:* in quo eciam loco genetores nostri dominus Dagobertus et domna Nanthechildis videntur requiescere. 4) *Cf. supra c.* 17. 5) *Charta periit.* 6) *Diploma Chlodovei, ex quo Gestorum scriptor totam fere quae sequitur regis orationem hausit, 'X. Kal. Iun. anno XV(I). regni (Cli)piaco' datum est; cf. Pertz, Dipl. I, p.* 19.

hibere, ut eos in die necessitatis patronos et defensores contra visibiles[a] et invisibiles hostes possimus habere. Ideoque consilium[b], quod, ut credo, omnipotens Dominus cordi nostro dignatus est inserere, vos, domni[c] et sanctissimi[d] sacerdotes nec non[e] regni et palatii nostri principes, intenta aure percipite et, si probaveritis esse utile, una mecum,

Dipl. Chlod. Christo protegente, salubriter pertractate. Siquidem omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen[f] splendescere, per incarnationis misterium unigeniti filii sui, domini nostri Iesu Christi vel illustratione[g] Spiritus sancti inluxit in corda sanctorum christianorum, pro cuius amore et desiderio inter[h] gloriosos triumphos martyrum[i] beatissimus Dyonisius, Rusticus et Eleutherius meruerunt palmam victoriae et coronam percipere gloriosam. In quorum basilica, ubi requiescere videntur, per multa tempora non minima miracula ad laudem sui nominis Christus dignatur[k] operari. In quo etiam loco genitores nostri domnus Dagobertus et domna Nanthildis[l] videntur requiescere, ut per intercessionem sanctorum illorum in caelesti regno[m] mereantur participes[n] esse et vitam aeternam possidere. Et quia ab ipsis principibus et a ceteris priscis regibus vel etiam[o] a Deum timentibus christianis hominibus ipse sanctus locus in rebus propter amorem Dei et adipiscendam vitam aeternam cernitur[p] esse ditatus, nostra integra devotio atque petitio extat, ut apostolicus vir Landericus Parisiacae ecclesiae episcopus privilegium ad ipsum sanctum[q] locum abbati vel fratribus ibidem consistentibus facere et confirmare, si vobis ita videtur, pro quiete futura debeat, quo facilius congregationi ipsi[r] liceat pro stabilitate regni nostri ad limina martyrum ipsorum divinam clementiam iugiter exorare. Hoc autem et ipse pontifex[s] iuxta petitionem devotionis nostrae promptissima voluntate praestare et confirmare dinoscitur. Nos vero[1] pro reverentia ipsorum martyrum vel nostra confirmanda mercede huiuscemodi[2] praeceptum praesentaliter una vobiscum confirmare volumus, ut, si qua ad[t] ipsum sanctum locum in villabus[u], mancipiis vel quibuscumque rebus[v] a priscis regibus seu genitoribus nostris vel[w] Deum timentibus hominibus propter amorem Dei ibidem delegata aut deinceps fuerint addita, dum ex munificentia parentum nostrorum, ut diximus, ipse sanctus locus videtur esse ditatus, nullus episcoporum nec praesentes[x] nec qui futuri erunt successores aut eorum ordinatores vel qualibet[y] persona possit quoquo ordine de loco ipso aliquid auferre aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio usurpare[3] vel[z] aliquid quasi per commutationis titulum absque voluntate ipsius congregationis vel nostro permissu minuere aut calices vel[a] cruces seu indumenta altarium sive sacros codices, argentum aurumve vel qualemcumque speciem, quicquid ibidem conlatum fuit aut erit, auferre[b] nec ad civitatem deferre[c] praesumat. Sed liceat ipsi sanctae congregationi, quod[4] inibi per rectam delegationem[d] conlatum est, perpetim possidere, quatinus eidem pro animabus parentum nostrorum et pro stabilitate regni nostri Dominum adtentius iugiter delectet[e] exorare. Nos enim propter Dei amorem et reverentiam ipsorum

Cap. 51. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 51. a) *ita* 1*b; v. et om. codd. rell.* b) q. ut cr. cons. 1*a.* c) domini 2*a.* d) *om.* 1*b.* e) et *add.* 1*b.* f) lucem 2*a.* g) *sic* 1*a. b;* illustrationem 2*a.* h) citeros *add. Dipl.* i) martires 1*b.* k) dignatus 2*b*; videtur *Dipl.* l) regina *add.* 1*b.* m) cum omnebus sanctis *add. Dipl.* n) e. p. 2*a. b.* o) *sic* 2*a. b cum Dipl.;* etiam *om.* 1*a;* a *om.* 1*b.* p) videtur *Dipl.* q) l. s. 1*b.* r) illi 2*a. b.* s) cum suis quoepiscopis *add. Dipl.* t) in v. ad l. s. l. vel m. 1*b.* u) *sic* 1*a cum Dipl.;* villis 1*b.* 2*a. b.* v) adque corporebus *add. Dipl.* w) a *add. Dipl.* x) *sic* 1*b cum Dipl.;* praesens *rell.* y) *sic* 1*a cum Dipl.;* quelibet 1*b.* 2*a;* quaelibet 2*b.* z) *sic* 1*a.* 2*a. b.* a) aut 1*b.* b) aut menoare *add. Dipl.* c) non debeat nec *add. Dipl.* d) oblegationem 1*b.* e) delectat 1*a, corr. m. al.*

1) per hanc seriem autoretatis nostrae, iuxta quod per supradictum privelegium a pontefecebus factum et prestetum est *in Dipl. addita scite praetermisit Gestorum scriptor.* 2) per hanc autoretatem iobemus, ut, si *Dipl.* 3) *Vocabulum, charta laesa, in Dipl. desideratur;* vindicare *inseruit K. Pertz.* 4) *In Dipl.* quod inibi *desiderantur;* quoniam *temere supplevit K. Pertz.*

sanctorum martyrum atque adipiscendam vitam aeternam hoc beneficium ad ipsum locum sanctum cum vestro consilio gratissimo animo et integra voluntate volumus prestare; eo scilicet ordine, ut, sicut ibidem tempore domni et genitoris nostri psallentium ordo per turmas fuit institutus, vel sicut in monasterio sancti Mauricii Agaunis[a] et sancti Martini[1] Turonis die noctuque tenetur, ita in loco ipso per omnia futura tempora celebretur'. Itaque dum regem omnes regni principes haec contionantem adtonitis auribus diligenter intenderent, pontifices qui aderant optimam devotionem[b] regis adprobantes, praeceptum ab ipso rege modo suprascripto factum tam rex quam pontifices et principes qui praesentes aderant[c] propriis[d] subscriptionibus firmaverunt. Inter quos nonnulli pontifices extiterunt, quos hodie sancta ecclesia sanctissimos esse non dubitat, eo quod ad eorum venerabilia sepulchra virtutes non modicas usque in praesens Dominus operetur; scilicet beatus Audoenus[2] et sanctus Rado, frater ipsius, nec non beatus Palladius et sanctus Clarus atque domnus Eligius[e] vel sanctus Sulpicius[f], beatus quoque Autbertus[g] et domnus Castadius sanctusque Etherius[h] aliique quam plures et venerabilis Landericus Parisiorum episcopus, qui praedictum privilegium sua sponte consensit et confirmavit. Dipl. Chlod.

52. Hludowius itaque rex cunctis diebus absque bellis in regno pacem habuit, sed, fortuna impellente, quondam in extremis vitae suae annis ad supradictorum martyrum corpora quasi causa orationis venit, volensque eorum pignora secum habere, discoperiri[a] sepulchrum iussit. Corpus autem beati et[b] excellentissimi martyris atque pontificis Dyonisii intuens, minus religiose, licet cupide, os brachii[3] eius fregit et rapuit, confestimque stupefactus, in amentiam decidit. Lib. H. Fr. c. 44. Tantusque terror et metus ac tenebre locum ipsum repleverunt, ut omnes qui aderant timore maximo consternati, fuge praesidium peterent. Post haec[c] vero, ut sensum recuperaret, villas quasdam ad ipsum locum tradidit; os quoque, quod de sancto corpore tulerat, auro ac gemmis miro opere vestivit ibique reposuit. Sed sensum ex aliquantula parte recuperans, non autem integre recipiens, post duos annos vitam cum regno finivit. 657 ex.

EXPLICIUNT[d] GESTA DOMNI DAGOBERTI REGIS FELICITER[e].

Capp. 51. 52. 1a. *b.* 2a. *b.*

Cap. 51. a) Acaunis 1*a.* b) r. d. 1*b.* c) erant 1*b.* d) p. s. *om.* (2*a. b*). e) Elegius 1*b.* f) Supplicius 1*b.* g) *sic* 1*a.* 2*a. b.* h) Eterius 1*a*; Eutherius 1*b.*

Cap. 52. a) *sic* 1*a.* 2*a. b;* discooperiri 1*b.* b) *om.* 2*a.* c) Postea vero 1*b.* d) Expl. — feliciter *om.* 1*b.* e) regis Francorum 2*a.*

1) *Cf. supra c.* 35. 43. 2) *Nomina Audoeni vel Dadonis, Sulpicii, Autberti inter eos qui diplomati Chlodovei subscripserunt non reperiuntur.* 3) *Cf. Lib. H. Fr. c.* 44*:* Eo tempore Chlodoveus brachium beati Dionisii martyris abscidit.

VITA SANCTI ARNULFI.

Arnulfus nobili loco ortus cum ad firmatam pervenisset aetatem, Gundulfi 'subreguli seu etiam rectoris palatii vel consiliarii regis[1]*' contubernalis factus est. Eum fuisse coniecerunt Gundulfum*[2] *ex domestico ducem factum, avunculum matris Gregorii Turonensis, cuius ad a.* 581. *in H. Fr. VI,* 11, *meminit. Iuvenem Gundulfus probatum Theudeberti regis Austrasii (a.* 595—612*) ministerio adiunxit, cum honesta qua usus erat educatio ad amplissimos honores et palatinos et publicos eum aptasset*[3]. *Domesticatus officio functus, adeo regem sibi conciliavit, ut quas sex alias administrabant ipsi soli provinciae domesticae commendarentur*[4]. *Ex palatinis Romaricus amicitia ei iunctus erat*[5]. *Is a.* 613. *in urbem Mettensem profectus*[6], *palatio adscriptus erat a Chlothario II, qui eodem anno 'factione Arnulfo et Pippino vel citeris procerebus' Austrasiam ingressus, monarchia totius regni Francorum potitus est*[7]. *Non multo post Arnulfus ministerio regio se abdicavit. Nam defuncto Pappolo Mettensi episcopo, a.* 614.[8] *domesticus atque consiliarius regis episcopus electus est*[9]. *Cuius administrationem episcopalem Vitae scriptor his verbis optime descripsit:* Sicque, *inquit*[9], episcopales gestans infulas, ut eciam domesticatus sollicitudine adque primatum palacii hacsi nollens teneret. *Crebro in villam Dodiniamacam Vosago contiguam, interdum Calciagum*[10] *se recepit, ut remotus ab urbe quietem caperet. Regem autem adiit, ut*[11] *successorem sibi daret, 'ne plebs sibi credita vitae pabula quiddam minus acciperet'. Quod ei Chlotharius, litteris datis*[12], *omnino denegavit:* ab omni se consilio destitutum quaeritans, si sanctus Arnulfus episcopus a frequencia palacii cessasset. *Postquam Dagobertum a.* 623. *regem Austrasiae pater instituit*[13], *Arnulfo 'regnum*[11] *ad gubernandum et filium erudiendum in manu tradidit.' Unde apud Fredegarium primum locum inter proceres Austrasios Arnulfus obtinet. Anno* 624/625. *Chrodoaldus e gente nobili Ayglolfinga, 'instigantibus beatissimo vero Arnulfo pontifice et Pippino maiores domus seu et citeris prioribus sublimatis in Auster', in offensam Dagoberti cecidit*[14]. *Anno post, discordia inter Chlotharium et Dagobertum exorta, duodecim Franci*

1) *V. Arnulfi c.* 3. 2) *Alius Gundulfi episcopi Mettensis Fortunatus, supra p.* 369, *l.* 9, *mentionem fecit.* 3) *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2^3, *p.* 108 *sqq.* 4) *V. Arnulfi c.* 4. 5) *Ib. c.* 6. 6) *Ex V. S. Romarici c.* 3*:* Quodam namque tempore cum Theodericus rex germanum suum Theodebertum persecutus fuisset, — — Romaricus — — Mettis petiit. Erat denique tunc temporis in palacio unus episcopus nomine Aridius. — — Sed inlucescente die crastina vulgatum est, regem Theodericum mortis sententia percussum fuisse *(a.* 613*). Aridius Lugdunensis episcopus, quem a.* 611. *mortuum esse coniecerunt, a.* 614/615. *synodo Parisiensi intererat; cf. supra p.* 133. 7) *Fred. IV,* 40. 8) *Ita optime Valesius, Mabillon, AA. SS. Saec. II, p.* 151, *Friedrich, 'Kirchengeschichte' II,* 1, *p.* 236*; a.* 610. *Pagi, Critica in Ann. Baronii a.* 614, *nr.* 34, *Bollandiani AA. SS. Iul. IV, p.* 431, *a.* 611. *Cointius, auctores Historiae Mettensis I, p.* 364, *Bonnell, 'Anfänge des Karol. Hauses', p.* 95. 189, *a.* 612. *Mabillon, Ann. tom. I, lib. XI, nr.* 62, *male statuerunt.* 9) *V. Arnulfi c.* 7. 10) *Ibid. c.* 15. 11) *Ibid. c.* 16. 12) *Fragmenta Vitae scriptor c.* 16. *attulit.* 13) *Fred. IV,* 47. 14) *Ibid. IV,* 52.

electi sunt, ut utrumque reconciliarent: inter quos et domnus Arnulfus pontifex Mettensis cum reliquis episcopis elegitur et benignissime, ut sua erat sanctitas, inter patrem et filium pro pacis loquebatur concordia[1]. *Eodem anno Remensi concilio intererat Flodoardo teste[2], qui eum primo loco laudavit; anno 626/627. synodo Clippiacensi subscripsit[3]. Quo tempore Dagobertum in 'patrias Toringorum' comitatus sit[4], non constat.*

Cum rex a proposito in eremum secedendi minis eum flectere non posset, una cum Gomatrude regina veniam precatus eum dimisit. Cui ad a. 629/630. hocce monumentum Fredegarius condidit: Usque, *inquit*[5], eodem tempore ab inicio, quo regnare ciperat *(Dagobertus scil.)*, consilio primetus beatissime Arnulfi Mettensis urbis pontefice et Pippino maiorem domus usus, tante prosperetatis regale regimen in Auster regebat, ut a cunctis gentibus inmenso ordine laudem haberit. — — Post discessum beati Arnulfi adhuc consilius Peppino maiorem domus et Chunibertum ponteficem urbis Coloniae utens *et q. s. Sedem episcopalem per annos* 15, *dies* 10 *tenebat*[6], *cui Goericus cognomento Abbo successit*[7]. *Tunc Romaricum ex Vosago egressum Arnulfus, urbe Mettensi ab incendio liberata*[8], *in eremum comitatus est*[9]. *Parvulis casis constructis, monachos leprososque ad societatem eremiticam ibi congregavit. Quo mortuo, corpus Romaricus in castello Habendo sepulturae tradidit*[10]. *Quo anno id contigerit, omnino ignoramus*[11]. *Dubitant etiam, utrum die* 18. *Iulii an die* 16. *Augusti obierit. Sed cum in vetustioribus Martyrologiis die* 18. *Iuli eius memoria colatur, atque posterior Vitae pars lemma ferat:* INCIPIT TRANSITUS SANCTI ARNULFI EPISCOPI. OBIIT AUTEM 15. KAL. AG., *manifestum est, Mettenses natalem eius diem* 16. *Augusti*[12] *colentes falli. 'Post*[13] *annos fere iam acto tempore' Goericus successor eius corpus ad Mettenses translatum in basilica SS. Apostolorum (postea S. Arnulfi) sepelivit*[14].

Arnulfus domesticus 'inclitam[15] *et nobilissimam a gente puellam' in matrimonium duxit, ex qua duos filios suscepit, Anseghiselum scilicet et Chlodulfum, Paulo teste:* Nam, *inquit*, venerandus iste vir iuventutis suae tempore ex legittimi matrimonii copula duos filios procreavit, id est Anchisum et Chlodulfum[16]. *Ad Chlodulfum, qui sedem Mettensem postea nactus est, Desiderius Cadurcensis episcopus litteras dedit, quae maximam partem ad Arnulfum patrem pertinent:* Unde, *inquit*[17], gratulatione maxima praesentem paginam ad dominationem vestram destinavi, per quam, salute uberi fusa, precor Dominum, ut magis magisque suam in vobis tribuat largitatem pietatis ac bonis faciat successibus abundare. Et quia scriptum legimus: 'Generatio rectorum benedicetur', tu, vir excellentissime, benedictiones paternas semper memoriae vivacitate conserva, et si qua sunt, vel quod monuit vel quod egit, quasi ante oculos praesentaneo retine memoratu. Multa enim sunt de eius gestis tuis auribus recolenda, quae si gestis adicias vitae huius et intenta meditatione conserves, ille orationibus donabit utique nunc favorem, quo probabiliter probe polleas et isti, cursu feliciter auspicato, paternis muneratus praemiis, adiungaris. *Patrem igitur defunctum filio exemplum honestae vitae Desiderius proposuit, a.* 655.[18] *mortuus. Arnulfi consanguineus atque*

1) *Fred. IV,* 53. 2) *Hist. Rem. II,* 5. 3) *Friedrich, 'Drei unedirte Concilien aus der Merovingerzeit', Bamberg.* 1867, *p.* 61. 4) *V. Arnulfi c.* 12. 5) *Fred. IV,* 58. 6) *Cf. SS. XIII, p.* 306. 7) *V. Arnulfi c.* 19. 8) *Ib. c.* 20. 9) *Ib. c.* 21. 10) *Ib. c.* 22. 11) *Annum* 640. *Sigebertus (SS. VI, p.* 324) *tradit.* 12) *Meurisse, 'Histoire des evesques de l'eglise de Metz', Mett.* 1634, *p.* 123; *cf. SS. XIII, p.* 428 *sqq.* 13) *V. Arnulfi c.* 23. *Editores verba* obitum Arnulfi, *quae* 16. *Aug. diem emortualem confirmarent, hic inseruerunt. Ea ope codicum sustuli.* 14) *V. Arnulfi c.* 26. 15) *Ib. c.* 5. 16) *Paulus, Gesta ep. Mett. (SS. II, p.* 264); *cf. Hist. Lang. VI,* 23. 17) *Freher, Corpus Francicae historiae p.* 215. 18) *Cf. 'Forschungen z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 472.

discipulus Bertulfus laudatur a Iona[1]*:* Fuit enim genere nobilis, licet gentilis, consanguineus Arnulfi Mettensis urbis pontificis. Qui cum praefatum pontificem Arnulfum ad cultum religionis post aulicos honores, infulas pompasque saeculi ad religionis studia anhelare perspexit, nisus est et ipse calcando terrena caelestia desiderare. Postposuit patrem, natale solum, pompas orbis iuxta euangelii vocem; postremum amissione rerum nudus tollendo crucem ac semet ipsum abnegando secutus est Christum. Iunctus supradicto pontifici Arnulfo, cum ipso tantisper moratus est. *Arnulfo imperatori 'ob recordationem reverendissimi Arnolfi Mettensis*[2] *ecclesiae episcopi' nomen inditum esse constat.*

Vita a scriptore composita est, qui res Arnulfi et a familiaribus eius accepit et ipse vidit; cf. c. 1*:* Huius itaque laudabilia facta quae gessit nonnulla ego a familiaribus illius narrantibus, pleraque per memet ipsum quae scribenda adsunt cognovi. *Ipse incendio a.* 629. *ab Arnulfo sedato intererat; cf. c.* 20*:* nos veloci gressu ad domum viri sancti pervenimus. — — Tunc nos tenentes sanctas manus illius, ad larem pervenimus. — — Nosque iam deinceps securi — — Mirantibus nobis omnibus *e. q. s. Qui cum scripserit c.* 20*:* Ilico cuidam e fratribus talis apparuit visio, *pro monacho Mettensi procul dubio habendus est. Clausula vero, qua scriptor Chlodulfo auctore Vitam se composuisse confitetur, a nebulone libris B* 3 *adiecta est. Miraculum quod c.* 28. *narravit ab Arnegausio abbate anonymus accepit. Arnulfi humilitatem atque abstinentiam c.* 8. 21. *iisdem fere verbis descripsit, quibus Fortunatus in Vita Radegundis utitur. Paulus hanc Arnulfi Vitam apud Mettensem ecclesiam asservatam legit atque supplevit; cf. Gesta ep. Mett. (SS. II, p.* 264*), Hist. Lang. VI,* 16.

Altera Vita, quae Umnoni vulgo tribuitur, ex vetustiore hausta atque fabulis ampliata omnino nihil valet. Ea ante Ludovicum Pium composita non est, cum ad eum stemma Karolingorum perducatur[3]*. Errores scriptoris permultos eosque gravissimos Boschius*[4] *castigavit. Quod vero ad Umnonem pertinet, Lahier Soc. Iesu, qui hanc Vitam ex antiquo codice Ms. Cancellariae Vicensis descriptam a.* 1647. *Bollandianis transmisit, nomen auctoris nullum repperit. Umnonis Philippus Labbeus primus meminit, qui d.* 29. *Martii a.* 1647. *Bollandianis scripsit:* se Vitam *(S. Arnulfi)* expectare descriptam a quodam Umnone. *Deinde a.* 1648. *Dominicy, Ansberti familia rediviva, p.* 149, *prologum Umnonis posteris tradidit, cuius exordium tale est:* Exhortatione plurimorum commonitus Umno, Dei gratia praeventus ac impulsus, gesta beati pontificis Arnulfi explananda suscepi. *Sed cum Dominicy haec ex codice monasterii S. Montis ordinis S. Benedicti prope Montem Romarici descripta a P. Vignerio se accepisse profiteatur, non dubito, quin Umnonis prologum Vignerio forti falsario debeamus, qui etiam Labbeum fefellisse videtur. Parum caute iussu Karoli Magni Vitam scriptam esse voluit, quae Ludovico Pio imperante orta est.*

De codicibus ms. Vitae Arnulfi Waitz b. m. 'Archiv' XI, p. 262 *sqq. disseruit, qui plerosque ipse contulit.*

A 1*) Codex Parisiensis nr.* 5327, *membranaceus formae quadratae, olim S. Amandi in Pabula, tunc Telleriano-Remensis nr.* 269, *diversos codices saec. IX. et X. scriptos comprehendit. V. Arnulfi fol.* 181 *sqq. saec. IX. ex. vel X. in. exarata est. Fol.* 186'. 187. *et folium adiectum* 188. *scriptura posterior eaque retrograda occupat. Volumen exiens e fragmentis quibusdam constat.*

Textus V. Arnulfi ab interpolationibus quidem vacuus est, sed a librario rudi atque neglegente adeo depravatus, ut codicis lectio saepius notis tribuenda quam in textum admittenda esset. Menda librarius posterior alia ad exemplar quoddam, alia per coniecturam correxisse videtur. In ratione scribendi antiquitatem cum sapiat, hac

1) *Migne, Patrol. Lat. LXXXVII, p.* 1061. 2) *Cf. Regino a.* 880 *(SS. I, p.* 591*).*
3) *AA. SS. Iul. IV, p.* 442, §. 9. 4) *AA. SS. l. l. p.* 434.

in parte fidem ei minime negandam esse duxi. Littera e *pro* ae *plerumque accipitur et vice versa* ę *pro* e: coacęrvata, dęręlinquens, ęrit, ęssę, pęnę, refęrtus, ręligiosus, sanctę domnę, sęsę, vęstimenta. *Haec quidem sustuli; item* illico *per duplicem* l, arepta *per simplicem* r, congnovi, monhachorum. *Neque* assunt, attendite *cet. admisi, sed praepositiones consonantibus plerumque non assimilavi.*

Vitam Arnulfi hi versus excipiunt:

Ter ternos habuit annos qui scripserat istut
Obsequium fidei iuvenis Hieronymus infans.
Nobilis antiqua procerum de stirpe[a] creatus,
Filius hic genitus fulgens ab origine Karli,
Et genuit fortis regnator Pippinus illum.

Filius Helvidi Ragnardus conferat ista,
Quem genuit miles Ragnerus fulgidus ymmo.

Itaque ab Hieronymo, Karoli Martelli filio novem annorum, Pippini ducis nepote, exemplar huius codicis scriptum est.

Codicem Waitz b. m. contulit neque vero quae corrector immutaverat omnia attulit.

A 2a) Codex Monacensis latinus nr. 18546 *(Teg. nr.* 546. 2*), membranaceus saec. XI*[1]*, fol.* 141—149. *Vitam Arnulfi exhibet, a librario recentiore sine exemplari emendatam.*

Librum Marpurgum benevole missum ipse contuli, sed ea tantum adnotavi, quae A 2a cum A 2b peccavit.

A 2b) Codex Vindobonensis Caes. nr. 430 *(olim Sal.* 404*), membranaceus formae quadratae saec. XI, fol.* 156—160'. *V. Arnulfi continet. Prooemium et c.* 25. 27. 28. *Lippert v. c., reliqua Pertz b. m. contulit. Cf. 'Archiv' III, p.* 392. 557. *X, p.* 557.

Orthographica quae ab A 1 *differunt sustuli haecce:* praecium, maximę, demonio, quedam, poene (= paene), menbranis, menbris, amititia, cilitio, provintiae, sanctisimus *(saepe)*, grabatto *(saepe)*.

A 3) Codex Parisiensis inter Suppl. Lat. nr. 1002, *e compluribus codicibus constat, quorum unus ex monasterio S. Maximini Treverensi originem duxit. Altera codicis pars saec. X. exarata post Genealogiam Karolingorum* (Ansbertus, qui fuit ex genere — Ludowicum Pium augustum, qui genuit inclitos reges Hlotharium, Karolum et Hludowicum) *Vitam Arnulfi continet, quam haec verba praecedunt:* In nomine Domini in honore sancti Arnulfi episcopi Adeldrudis Deo devota scribere ordinavit. *Vita, quae lemma fert:* Incipit vita sancti Arnulfi episcopi, *duos quaterniones occupat, quorum alteri interiora folia duo desunt, i. e. c.* 16. sublimasset *ad c.* 19. *ex. Extremum folium mutilum in verbis:* Dum autem *(c.* 24. *in.) desinit.*

Codex textum ex Paulo interpolatum continet. Nam post c. 8. *miraculum insertum est, quod cum Mabillonio post c.* 6. *edemus, et verba singula, imprimis* Arnulfus episcopus, *quae subaudienda erant, saepe adiecta sunt. Quod ad rationem scribendi pertinet, librarius* ae *praetulit* e (caelebrare, caepit, depraehensus, aequi, aetiam, piaetas, praeciosus, saecundum), *raro* ę (occultę). *Aspiratio desideratur:* ac, ospicium, umi. *Praepositiones plerumque non assimilatae sunt:* adf., adgr., conb., conp. *cetera.*

Collectionem quandam sermonum folium exaratum eadem manu quae Vitam Arnulfi scripserat sequitur, quod carminis cuiusdam fragmentum occupat: Orfanis et viduis, egenis quoque et monachis quis largitur similis mundi dedit substantiam — — Gloria Deo patri. *Versibus his sanctum Arnulfum celebratum esse, Waitz b. m. coniecit,*

a) stirpa *corr.* stirpe *c.*

1) *Prior codicis pars saec. X. exarata est.*

qui librum in parte contulit. Ex eis quae adnotavit selegi, quae mihi alicuius momenti esse videbantur.

B 1) Codex Bruxellensis nr. 9636, *membranaceus saec. XI, post Remedianam Vitam Arnulfi continet, quam V. Goaris excipit; cf. 'Archiv' VIII, p.* 530.

Orthographica quae suppressi haec sunt: egroti, inheserant, sepe, accęptum, cęteri *(saepe)*, ęgregius, cępisse = coepisse *(saepe)*, doemonio, lectolos, menbra *(saepe)*, menbranis, cilitio *(saepe)*, crutiatum, provintiae, sotio, grabbato, grabatto, alloquens, ammiratione *(saepe)*, impendebat.

Codicem Arndt v. c. contulit.

B 1a) Codex Parisiensis nr. 11749, *saec. XI, fol.* 78, *A. Molinier v. c. teste, iisdem verbis ac B* 1 *terminatur.*

B 2) Codex Mombritii, qui finem Vitae, ut consuevit, decurtatum edidit.

B 3) Codex Parisiensis nr. 5294, *membranaceus saec. XII, 'liber sancti Simphoriani Mettensis', scriptus est*[1] *'Bettonis harundine' iussu Constantini. Vitam Arnulfi (f.* 24'—34*) Genealogia eiusdem et V. Goerici sequuntur; cf. 'Archiv' VII, p.* 420.

Textus adeo immutatus atque interpolatus est, ut comparatio opus laboriosissimum fuisset. Unde Waitz b. m. capita priora contulit integra, inde locos nonnullos exscripsit, ex quibus, quae necessitudo inter singulos codices intercedat, perspici posset. Ego vero praeter gravissimas interpolationes nihil adnotavi. Etiam quam codex continet Vita Goaris retractata est, at V. Romarici cum editione Mabillonii consentit.

B 3a) Codex Parisiensis nr. 5308, *olim Colb. nr.* 18, *saec. XII, A. Molinier v. c. teste, iisdem verbis ac B* 3 *terminatur; sed nescio an classi C tribuendus sit. Cf. 'Archiv' VIII, p.* 352.

C) Codices interpolati Cisterciensis et Autissiodorensis, Corneoli et Vallis Lucentis, quibus Mabillonius et Boschius usi sunt, et miraculum anuli in Mosellam proiecti cum A 3, *sed alio loco (post c.* 6*), et epilogum ad Chlodulfum datum cum B* 3 *habuisse videntur.*

Codex Mettensis G. 80, *saec. XI, schedas diversae originis comprehendit. Vitam Trudonis S. Arnulfus sequitur:* Incipit vita S. Arnulfi conf. et ep. urbis Mettensis. In omnipotentis Dei nomine et Christi Iesu domini nostri, filii eius, vitam est. *Cum vero duae tantum paginae supersint, codex mutilus in verbis c.* 3*:* Post haec autem laudabilis indolis *desinit. Passionem quae sequitur S. Gorgonii alius librarius scripsit. Cf. 'Archiv' VIII, p.* 457.

Inde a saeculo XII. Vita Arnulfi Mettensis in vasta legendaria recepta centies descripta est. Quam cave cum Vita Arnulfi Turonensis (incipit: Aggrediamur igitur, fratres) *confundas.*

Codices Vitae Arnulfi in duas classes discedunt. Altera A textum ex exemplari optimo a tirone descriptum continet, altera B textum A a librario sobrio de suo emendatum. Codex A 1 *cum A* 2 *ubique fere consentit; cf. c.* 24. agere *A* 1, aggere *A* 2 *pro* aere *B. Libri A* 2 *ex A* 1 *descripti esse non possunt, cum loci ab A* 1 *omissi* (sancta membra ab urna lapidis auferentes c. 23, Et ecce! angustia sacerdotibus et universo populo, quoniam, ad quam mansionem converterentur, ignorabant c. 25) *in A* 2 *adsint. Praeterea liber A* 1 *mendorum sorde horret: c.* 6. hoc fuit *pro* obfuit, c. 8. lucto tardat' *pro* victitaret, multe *pro* occulte, ex esistam *pro* exesis iam, c. 9. oppressat *pro* oppressa et, c. 15. locunt q. *pro* loca in quibus, retro sub *pro* retrusus, c. 18. usurpante rexageravimus *pro* usurpantes exaggeravimus, c. 25. necesse esse *pro* cervisae, c. 28. consilium *pro* non sileam. *Haec vero menda, quae ex scriptura male interpretata orta esse manifestum est, cum A* 2. *B evitent, his consentientibus, ab A* 1 *mihi recedendum esse duxi. Sermo autem barbarus nisi ex A* 1 *cognosci*

1) *Vel potius huius codicis exemplar, si Betto is est monachus Mettensis, cuius ante a.* 875. *Calmet, 'Bibl. Lorraine'* (1751) *p.* 118, *meminit.*

non potest; cf. c. 18. clodorum[1] *A* 1 *pro* claudorum. *Codices A 2a. b tam arte inter se conveniunt, ut nisi consentientes hos libros omnino non curaverim. Librarii B quamquam textum difficilem suo more interpretati sunt (e. gr.* ut comperi in imo vasculi *B* 1. 2 *pro* ut comperi ad Immo iudice *c.* 25*), tamen vocabula quae sola praebebant admittenda esse duxi, ut c.* 7. potentissimus, *c.* 14. pauperes, *c.* 17. sanctum. *Hi enim libri neque ex A* 1 *neque ex A* 2 *orti sunt. Denique de textu Vitae Arnulfi (praecipue inde a c.* 22*) restituendo plus quam semel me desperavisse ingenue profiteor. Exempli causa libelli finis in omnibus codicibus diverso modo traditus est. Sermone autem scriptor usus est tam barbaro atque obscuro, ut nonnumquam vix intellegi possit, praecipue in posteriore parte, quae obitum et translationem Arnulfi continet.*

Editiones exstant hae:

Boninus Mombritius, Sanctuarium, Mediolani a. 1475, *tom. I, fol.* 65'—67', *codicem B* 2 *edendum curavit.*

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae, tom. IV, p. 723—728, *Vitam Arnulfi ad codicem quendam B recensuit, nam c.* 28. Aringisilo *cum B* 1 *pro* Arnegausio, Ceucerella (Ceucirella *B* 1) *pro* Ciorcilla, *c.* 29. Ciaro (Cyaro *B* 1) *pro* Cero *scripsit. Sermonem rudem suo more emendavit:* Stylum, *inquit,* ubi visum est, modice expolivimus. *Vitae breviorem Arnulfi historiam adiecit p.* 729—730*:* De S. Arnulpho Mettensi episcopo. Item de hoc beato Episcopo ex Gestis Metensium Pontificum. Antiquus Ms. codex non habet nomen Authoris: sed non dubito esse Paulum diaconum, qui eo loco, quem supra annotavimus, se testatur de Episcopis Metensibus scripsisse. Itaque hic nihil de stylo mutavimus. *Locus, qui a verbis* Post Pappolum Episcopum ad regimen *incipit et in verbis* matrem morientem citius subsecuta est *desinit, e Gestis ep. Mettensium (SS. I, p.* 264*) depromptus est.*

Barralis, Chronologia Sanctorum et aliorum virorum Illustrium ac Abbatum Sacrae Insulae Lerinensis, Lugduni 1613, *tom. I, p.* 194—200, *totam editionem Surianam cum appendice,*

du Bouchet, 'La veritable origine de la maison royale de France', Paris. 1646, *'Preuves' I, p.* 42—46, *capita tantum* 1—23. *ex eadem editione repetivit.*

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Paris. 1669, *Saec. II, p.* 150—157, *Vitam Arnulfi, p.* 158 *sqq. appendicem edidit:* Ex Ms. cod. Chesniano et Surio. *Habuit praeterea 'apographa Cisterc. et Autissiod.' (C). Codex vero Chesnianus libro interpolato B* 3 *fortasse similis erat. Itaque quem formavit textus approbari nequit.*

Venerabilis Bedae Opera, Coloniae Agrippinae 1688, *tom. III, p.* 254—258, *Vitam Arnulfi continent. Sermo omnino immutatus est. Prooemium cum praetermissum sit, textus incipit:* Beatus Arnolfus Episcopus prosapia gentis Francorum, altus satis et nobilis parentibus. *Cum c.* 28. Arnegaudio, *c.* 29. Cero *scripta sint, sequitur, hanc editionem e codice quodam A fluxisse.*

Petrus Boschius, Acta Sanctorum, Antverpiae 1725, *Iul. IV, p.* 434—440, *Vitam Arnulfi edidit, de codicibus haec p.* 433. *praefatus:* Vitam — — nobis sua manu descriptam e gemino Ms. Corneoli et Vallis Lucentis subministravit semper nobis laudatissimus noster Petrus Franciscus Chiffletius. Eamdem subinde contuli cum alio MS., quod Maioribus nostris submisit P. Carolus Werpaeus, ita in Lectiones dissectum, uti subservit Officio S. Arnulphi in ecclesia Amaniensi — —. Contuli praeterea cum apographo alio ex MS. S. Maximini apud Treviros, quod Maiores nostri cum aliis ibidem collatum acceperant, nempe cum alio MS. eiusdem coenobii S. Maximini, cum alio item S. Mathiae ibidem, cui initium deerat; ac deinde etiam cum Vita quae habebatur in codice S. Maximini in 4 rubro, uti adnotavit Henschenius, addens exstare

1) *Ita Greg., SS. Rer. Merov. I, p.* 937.

eamdem in MS. quod fuit D. Schenckinck. *Codex S. Maximini in 4 rubro est noster A 3; libri Corneoli et Vallis Lucentis ad classem C pertinent. Vita quae Umnoni tribuitur p.* 440—444 *sequitur.*

Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Parisiis 1741, *tom. III, p.* 507. 508, *particulas Vitae ex editione Mabilloniana excerpsit.*

Editionem Surianam in linguam Francogallicam transtulit

d'Andilly, 'Recueil des Vies des Saints illustres' Paris. 1675, *p.* 318 *(librum non vidi).*

Particulas in linguam Germanicam vertit

O. Abel, 'Die Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit. Die Chronik Fredegars'. Berolini 1849, *p.* 97.

Marpurgi, mense Iulio 1887. *Krusch.*

INCIPIT[a] VITA SANCTI ARNULFI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

In omnipotentis Dei nomine et Christi[b] Iesu domini nostri, filii eius, vitam vel acta sanctissimi Arnulfi antestitis, auxiliante Spiritu sancto, qui in ipso requievit, stilo
Ps. 80, 11. adicere[c] aggrediar, praecipiente quippe[d] Domino de bonis: *Aperi os tuum, et ego adinplebo illud.* Ergo reticenda non sunt, quaeque[e] in exemplum bonae actionis devulgata proficiunt atque[f] suis sectatoribus procul dubio municipatum[1] tribuunt cum sanctis[g].

1.[a] Beatus igitur Arnulfus episcopus[b] prosapie[c] genitus Francorum, altus[d] satis et[e] nobilis parentibus atque oppulentissimus in rebus saeculi fuit; sed nobilior deinceps et sublimior in fide Christi permansit. Huius itaque laudabilia facta quae gessit nonnulla ego a familiaribus illius narrantibus, pleraque per memet ipsum quae scribenda adsunt[f] cognovi. Qua de re operae precium censeo, ut ab ipsius nativitatis die exordium loquendi sumamus.

2.[*] Erat igitur quidam peregrinus contiguo[a] illo in loco habitans, a[b] partibus Italiae veniens, servus Dei nomine Stephanus. Huic autem[c] cum revelata fuissent huius nativitatis exordia, silentio paulisper interposito, tamquam[d] caelitus sibi responsum datum, praesaga voce exorsus, ait: 'Scitote omnes et adtendite, quoniam puer
cf. Luc. 1, 15. iste, qui natus est, sublimis[e] adque summis onoribus gestandus, magnus[f] erit apud Deum et homines'. Quod[g] et deinceps verax probavit eventus.

---

*) De Stephano peregrino *add. A* 1.

Prologus. Cap. 1. *A* 1. 2*a. b.* 3. *B* 1. 2. 3.

Prologus. a) *ita A* 1. 2*a b (ubi* atque *conf.).* 3 *(*et conf. *des.)*; Vita beatissimi Arnulfi episcopi Metensium urbis *B* 2. b) I. Chr. *A* 2*a. b.* c) dicere *B* 1. 2. d) *om. B* 1; praecipienteque D., qui ait de b. *B* 2. e) quae *A* 2*a. b. B* 1. f) etquę *A* 2*a. b.* g) Explicit proemium *add. A* 2*a. b*; Vita sancti Arnulfi *add. B* 1.

Cap. 1. a) *capitum numeros ex A* 3 *adscripsi; Vita in* 14 *capita divisa est A* 2*a; in reliquis libris numeri desiderantur.* b) *om. B* 2. c) *sic A* 1; prosapiae *B* 2; prosapia *rell.* d) altusatis *A* 1; altus satus *B* 1. e) satis nobilibus p. *B* 2. f) *sic A* 2*a. b*; assunt *A* 1; adsunt *corr.* sunt *A* 3; sunt *pr. m. corr.* adsunt *B* 1.

Cap. 2. a) contiguus *A* 1. b) h., de Italiae v. vir D. *B* 2. c) cum h. a. *B* 2. d) tandem *B* 2. e) *sic A* 1. 2*a. b. B* 1; sublimissimus *B* 2; sublimissimis *rell.* f) o. a. D. et h. m. *A* 1. g) quos *B* 2.

1) *Scil. caeli; cf. Hieron. ep.* 16, *n.* 2: Ita municipatum caeli cum Paulo consequaris *(Forcellini ed. de Vit tom. IV, p.* 199*).*

3. Post haec autem laudabilis indolis plenus gratia Dei, iam tempus advenit, ut[a] litterarum[b] studiis imbuendus daretur. Mox itaque[c] traditus praeceptori, inter ceteros contubernales suos sagax[d] ingenii et memoriae capax, amabilis fulsit eratque, Christo in se habitante, cunctis[e] subditus, sed fide et caritate celsior omnibus. Cumque iam[f] bene edoctus[g] ad roboratam pervenisset aetatem, Gundulfo[h, 1] subregulo[i] seu etiam[k] rectori palatii vel consiliario regis exercitandus in bonis actibus traditur. Hunc ille cum accepisset, per multa deinceps experimenta probatum iamque Teutberti[l] regis ministerio dignum aptavit.

4. Nam virtutem belligerandi[a] seu potentiam illius[b] deinceps in armis quis enarrare queat, praesertim cum saepe[c] phalangas[d] adversarum[e] gencium suo abigisset mucrone? Quapropter[f] effectus est Christo[g] presolem omnium primus, qui dudum pene cunctorum ultimus videbatur, ita ut sex[h] provinciae[2], quas ex[i] tunc et nunc totidem agunt domestici[3], sub illius ministratione[k] solius regerentur[l] arbitrio[m]. Nam sedolus in oracione, in ieiuniis, in misericordia pauperum incumbebat et[n], sicut scriptum Matth. 22, 21. est, reddebat quae Dei sunt Deo et quae caesaris caesari restituebat.

5. Interea igitur[a], vix cogentibus amicis[b] atque parentibus, inclitam[c] et nobilissimam a[d] gente puellam[e], quia Deus[f] sic voluit, praeclaris moribus duxit uxorem. Nam illud eidem[g] Dominus speciale[g] munus veluti[h] duarum gemmarum[i] splendidum decus in mundo indulsit, ut ex eadem egregia femina duorum filiorum[4] gaudia[k] suscepisset. Dum haec itaque agerentur, sicut iam[l] supra diximus, diversis in palacio honoribus et ministerio primus floruit[m]; sed iugis illius meditatio[n] circa monasteria vel loca[o] sancta invigilabat.

6.[a] Temporibus autem illis erat in ministerio regis vir egregius nomine Romaricus[5], qui desiderio illius sancto et[b] familiari iungebatur affectu. Cum hoc igitur, consilio inito, secundum praeceptum Domini, qui dixit: *Vade, vende omnia quae habes et* Marc. 10, 21. *da pauperibus, et habebis tesaurum in caelo, et veni, sequere me,* relictis omnibus, Lerinum[c] usque monasterium ad peregrinandum propter Christum iterare[d] disposuit;

Capp. 3—6. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 3. a) cum *B* 2. b) l. l. s. *B* 1. c) ergo *B* 1. d) ingenii sagax *A* 1; sagax ingenio *B* 2. e) *sic A* 1. *B* 2; s. c. *A* 2*a*. *b*. *B* 1. f) etiam *A* 1. g) doctus *B* 2. h) Gondulfo *B* 1. i) subregula *B* 1. k) *sic B* 2; se uitam *A* 1; sive etiam *A* 2*a*. *b*. *B* 1. l) Theodeperti *A* 2*a*. *b*; Teodeberti *B* 1; Tendeberti *B* 2.

Cap. 4. a) belligerendi *B* 2. b) eius in *A* 1. c) se *A* 1. d) falangas *B* 1; flanges *B* 2. e) adversarum — mucrone *om.* *B* 2. f) quaepropter *A* 1. g) presolem Christo *A* 1; demum *pro* C. p. *B* 2. h) se *B* 2. i) *om.* *B* 2. k) administratione *B* 1. 2. l) ag:::erentur *B* 1; regenerentur *B* 2. m) imperio *B* 2. n) *om.* *A* 1; et — restituebat *om.* *B* 2.

Cap. 5. a) *om.* *B* 2. b) a. a. p. *om.* *B* 2. c) ab inclita et nobilissima g. *A* 2*a*. *b*. *B* 2. d) a g. p. *om.* *B* 1. e) puellarum *A* 2*a*. *b*. f) sic D. *B* 1. g) *om.* *B* 1. h) velud *A* 1. i) geminarum *B* 2. k) gaudio *B* 2. l) sicut superius d. *B* 1. m) effloruit *B* 1. n) *om.* *A* 3. o) s. vigilabat l. *A* 1; l. s. vigilabat *A* 2*a*. *b*; *cf. infra p.* 434, *l.* 7. 435, *l.* 6.

Cap. 6. a) *h. l. c.* 2. *incipit A* 2*a*. b) *om.* *B* 2. c) Lirinum *B* 1; Lermum *B* 2. d) *sic A* 1. *B* 3 *(pr. m.)*; disposuit se itinerare *A* 2*a*. *b*; itinerare *B* 1; iter agere *B* 2; *cf. infra c.* 25. iterantibus.

1) *Childebertus rex, Theudeberti pater, 'Gundulfum ex domestico ducem factum, de genere senatorio', Massiliam misit; cf. Greg. H. Fr. VI,* 11. *Erat avunculus matris Gregorii Turonensis ac fortasse is, qui hic subregulus dicitur.* 2) *Provincia domestici complures villas regias complectebatur, quibus praeerat. Cum comes domestici munere nonnumquam functus sit (Marculf. I,* 39*), huius territorium idem fere ac comitatus fuisse videtur.* 3) *De munere domestici v. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 94, *n.* 1. 106, *n.* 2. 4) *Anseghiselum scil. et Chlodulfum, postea Mettensem episcopum; cf. Paulus, Gesta ep. Mett. (SS. II, p.* 264*).* 5) *Anno* 613. *in urbem Mettensem venit; cf. V. Romarici c.* 5 *(Mabillon, AA. SS. saec. II, p.* 417*).*

sed utriusque desideriis in[a] hac causa obfuit voluntas Altissimi. Neque enim fas omnipotens Deus fore censuit, ut hii duo viri, qui demum veluti duae[b] lampades ful- Luc. 11, 33. serunt in saeculo, sub unius[c] modii articulo hoccultarentur[d], dicente Domino: *Nemo* Matth. 5, 15. *accendit lucernam et ponet[e] eam sub modio, sed supra[f] candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.**

7. Cumque in his adque diversis bonis** tamquam potentissimus[a] auriga iugiter invigilaret, forte fuit, ut urbs Metensium[b] praesule indigeret. Tunc una vox populorum Arnulfum domesticum[c] adque consiliarium regis dignum esse episcopum adclamavit***. Ille autem lacrimans et conpulsus, quia[d] Deo ita[e] placitum fuit, urbem at guberna- 614. ndum suscepit[1], sicque[f] deinceps episcopales gestans infulas, ut eciam domesticatus[g]

---

*) *In C miraculum e Paulo haustum sequitur:* Miracula[2] autem aliqua saltem de multis quae gessit narranda aggrediar; sed illud quidem primum ponendum censeo, quod fertur idem egisse, antequam episcopatus Pauli Gesta ep. Mett. solium conscendisset. Hic equidem cum pro suis paeniteret excessibus, contigit, ut, cum per Mosellae amnis pontem transiret cumque subter fluminis alta nec visui penetrabilia cerneret gurgitis immensitate, annulum, quem forte secum habebat, accepit et his verbis in fluvium proiecit: 'Tunc me', inquit, 'solutum nexibus peccatorum putabo, quando hunc quem proicio annulum recepero'. Post aliquantos vero annos, iam sacerdotali solio adscenso, allatus est sibi a quodam piscatore piscis; quem cum gratiarum actione vir sanctus accepisset, praeparari sibi eundem, quia solito a carnibus abstinebat, ad vespertinam refectionem praecepit. Quem susceptum minister cum secundum morem exenterasset, eundem annulum in extis eiusdem reperit piscis. Sed nescius facti, rem admirans sancto pontifici detulit; quem ille recognoscens, iam fidus gratias Deo pro suorum agens solutione peccatorum, vitam postmodum in nullis remissius duxit, sed plus etiam post haec ieiuniis, vigiliis et orationibus se coartavit. Annulus quippe ille in palatio adhuc habetur[3]. Mirari potest, et in his magnifice Deus laudatur, quomodo in praesenti effectu sanctus vir certificari meruit adhuc casibus subiectus de remissione peccatorum suorum. Quod procul dubio non fieret, nisi dignissimus Deo foret. **) atque ceteris plurimis virtutibus *add. B* 3. ***) quia et principi acceptissimus haberetur et sacricolis actibus pollere nosceretur *add. B.* 3.

Capp. 6. 7. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 6. a) d. non sine causa hoc fuit *A* 1; obfuit *e corr. A* 3. b) duarum *A* 1; lampadę *B* 1. c) uius modii *corr.* huiusmodi *A* 3. d) occulerentur *A* 2*a*. *B* 2; occulerentur *corr.* occultarentur *A* 2*b*. e) *ita A* 1; ponit *rell.* f) *sic A* 1. 2*a*; super *rell.*

Cap. 7. a) *om. A* 1. 2*a*. *b*. b) Mettensium *B* 1. c) d. r. et cons. *B* 1. d) qui *A* 1. e) *om. B* 1. f) sique *A* 2*a*; que *om.* (*A* 2*b*). g) domesticis *B* 1, *corr.*; domesticus factus *s. B* 2.

1) *Anno* 614. *episcopus Mettensis creatus est; cf. supra p.* 426. 2) *Cf. Paulus, Gesta ep. Mett., SS. II, p.* 264*:* Hic denique et in corpore permanens, simul et post vitae exitum multa admiranda perpetravit, quae si quis nosse desiderat, libellum, qui de eius spetialiter actibus conscriptus est, legat. Unum tamen eius admirabile factum referam, quod satis miratus sum, quo ordine praeterierit is qui eius contexuit vitam. *Inde interpolator miraculum quod sequitur Vitae inseruit.* 3) *Iste Arnulfi annulus hodie quoque in sancti Stephani ecclesia apud Mettas asservatur et quotannis Benedictinis abbatiae sancti Arnulfi monachis in eius festo sollemniter ostenditur. Mab. De eo anulo ante saec. IV. ex. fabricato v. Friedrich, 'Kirchengeschichte' II,* 1, *p.* 238.

sollicitudine[a] adque primatum palacii hacsi nollens teneret. Mox autem tanta[b] tamque perfecta munificencia in aelemosinis pauperum[c] adcrevit, ut etiam de longinquis[d] regionibus adque civitatibus, fama currente[e], innumera caterva pauperum ad sanctum Arnulfum[f] pontefecem refocilanda[g] festinaret.

8. Erat namque iugiter sollicitus adque intentus, in cunctis bonis bactibus, praesertim in suscepcione monachorum seu peregrinancium, devotissimus invigilabat, ita[a] ut, quos ospicio recepisset, manibus propriis pedes ablueret[b], illosque vestitos[c] adque refectos[d] deducens, mox alios refocilandos susciperet. Porro abstinenciae illius normam narrare quis valeat[e], vel[f] maxime cum interdum post triduana seu amplius protracta ieiunia panem[g] ordeacio[1] seu limphae poculo victitaret[h]? Indutus namque iugiter intrinsecus tonice[i] occulte cilicio[2], sicqui[k] exesis[l] iam membris vigiliis adque ieiuniis geminum ingerebat cruciatum.

9.[a] Miracula[*] autem aliqua saltim de multis quae gessit narranda acgrediar. In contiguis namque partibus Vosagi[b], in praedio Sancti Stephani[3] cum vir sanctus[c] adfuisset, quaedam mulier nomine Bettila[d] nequiter a daemonio arrepta, discrimine suae[e] vitae saepe fortiter quaciebatur. Cumque haec coram sanctum[f] praesule debacchare[g] coepisset, his quippe, pietate ut[h] erat semper inmensa[i] ductus, ait: 'Heu miserrimum humanum genus! Ut quid tam[k] praevaluit inimicus, ut ubi Christus debuit habitare, ille domicilium infelix possideat[l]?' Superventura igitur nocte mulierem in vigiliis adsistere[m] praecepit[n]. Cumque vir sanctus sese in oracione[o] dedisset, mox daemonium[p] clamans et eiulans a muliere discessit. Ilico[q], gaudentibus omnibus, iussit illam abire incolumem et laetam, quae dudum fuerat ab inimico oppressa et[r] infirma.

10.[a] Per idem[b] namque tempus, quo[c] triduanum ieiunium universalis celebrare consuevit ęcclesia, vir sanctus extra civitatem cum crucibus adque promiscuo populi genere orandi gratia secundum mos[d] ex urbe processit; et hecce! ex[e] mediis catervis

---

*) Miracula autem, quae Deus per eum fieri voluit, quamquam recenseri non possint quo valeo indicio sint[a], nunc praesenti in scripto ordinem tenebunt. Primum quidem ponendum credo, quod fertur idem egisse — dignissimus Deo foret, *miraculum, quod supra p. 434. ex C exscripsi, h. l. inseruit A 3.*

Capp. 7—10. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 7. a) *ita A* 1; sollicitudinem *rell.* b) *sic A* 2a. *B* 1; a. tantanque per munificenciam *A* 1; a. tanta tamque profusa munificentia *A* 2*b*; a. tanta tamque munificentia *A* 3; a. tanta profusà m. *B* 2. c) *om. A* 3. d) long . . . . . *A* 1. e) currentibus *A* 1. f) pontificem Arnulfum *A* 2*a*. *b*. g) *sic A* 1. 2*a*. *b*. 3 *(e corr.)*. *B* 2.

Cap. 8. a) Itaque ut *B* 2. b) abluebat — suscipiebat *B* 2. c) v. a. *om. B* 2. d) repertos *A* 3. e) valet *A* 1. f) *om. B* 2. g) *sic A* 1; pane hordeacio (hordeatio *A* 2*b*) *A* 2*a*. *b*; pane ordeacoo *B* 1; pane hordeaceo *B* 2. h) lucto tardat' *A* 1; vectitaret *A* 3, *corr.* i) tonice multe *A* 1; t. (tunicę *A* 2*a*) occulto *A* 2*a*. *b*; (t. *om.*) oculte *A* 3; tunicae occultae *B* 1; tunica occulte *B* 2. k) *ita A* 1. l) ex esistam membris *A* 1.

Cap. 9. a) *h. l. c.* 3. *incipit A* 2a. b) V. in *om. B* 2. c) Arnulfus episcopus affuisset *A* 3. d) Bettilia *B* 1; Betila *B* 2. e) v. s. *B* 1. f) *ita A* 1; sancto *rell.* g) debachari *B* 1. h) i. ut e. s. *A* 2*a*. *b*. i) *om. A* 1. k) *sic A* 1. *B* 1; tantum *rell.* l) habitat *B* 1. m) astare *B* 1. n) coepit *B* 2. o) *sic A* 1; sese orationi *B* 2; sese in orationem *rell.* p) daemon *B* 2. q) autem *add. B* 1. r) oppressat *A* 1; oppresse *B* 2.

Cap. 10. a) 4. *A* 2a. b) diem *B* 2. c) qua *A* 2*a*. *b*. d) *sic A* 1; morem urbis *A* 2*a*. *b*. *B* 1; morem ex urbe *B* 2. e) mox *A* 3.

Nota *. a) sint *expungas.*

1) *Cf. Fortun., V. Radegundis c.* 15. 21. 2) *Ib. c.* 6. 3) *Fallor nisi pagus ille est, qui modo in mappis geographicis appellatur S. Etienne, Mosellae adiacens prope Montem Romarici, qua inde Spinalium petitur. Boschius. At praedium quodlibet basilicae S. Stephani Mettensis intellegi potest.*

femina arrepta[a] daemonio clamare coepit. Hanc ille cum vidisset, vexillo crucis iniecto, mox ab adversario erepta[b] sanavit[*]. Alio[c] quoque tempore infra urbem ab[d] oracionis munus lucrandum basilicam sanctae Crucis accessit ibique puellam nequiter debacchantem repperit. Quam cum vidisset[e], misericordia motus, archidiacono suo[**] ait: 'Nunc igitur, frater, hac nocte pro ista miserrima oracionum vigilias celebremus et superveniente diluculo istic[f] pariter revertamur[g]'. Cumque deinceps crastina die secundum condictum inibi[h] adfuissent, puellam ab oste antiquo liberatam repperierunt[i]. Sicque factum est[k], ut sanctitas[l] uius viri etiam absentes longeque positos curaret.

11.[a] Temporibus denique Dagoberti regis cum in palacio esset[b], eidem[c] quidam[d] lebrosus clamare coepit, victum seu etiam vestimentum[e] deposcens. At ille statim iussit eum in ospicium duci. Cumque[f] erga illum secundum mos[g] suum solitam[h] inpenderet pietatem, sciscitare[i] voluit, quia barbarus erat, si sacra unda babtismatis ablutus fuisset[k]. Repente ille: 'Nequaquam', ait, 'domine mi[l], nam infelix ego abiectus a[m] populo, et quis mihi gratiam babtismi tribuit[n]? Tum isdem inquid: 'Ne verearis, frater, possibile est. Tantummodo crede in Christo[o], et erit Domini voluntas, ut geminam, id est animae et corporis tui, capias medelam'. Accepto[p] ergo a sancto viro[q] babtismi sacramento, repente de corpore illius lepra discessit, et factus est deinceps in utraque substancia sanus, qui prius fuerat peccator et maculosus.

12.[a] Post haec autem cum patrias Toringorum[b] cum eodem rege invisendas intrasset, forte fuit[c], ut quidam[d] procerum nomine Noddilo[e] puerum adque parentem[f] suum, quem satis diligebat, supremis[g] funeraret fletibus[h]; nam et sanguinitatis[i] propinquo et amicicia eidem[k] insolubile[l] iungebatur affectu. Rege autem iam quantocius ex eadem properante villa, nil[m] angustianti aliut consilii aderat, nisi, languentis capite amputato, more gentilium cadaver ignibus comburendum traderetur. Sed, ut credimus, omnipotentis Dei tunc voluntate id[n] actum esse[o], sanctum Arnulfum episcopum a mansionibus nondum egressum[p] fuisse. Quo cumperto, Noddilo[q] ad eundem veloci pergit[r] gressu et causam infelicitatis pocius singultibus quam verbis exponit. Confestim igitur egregius vir cum festinacione at languentis pergit[s] lectulum. Ubi cum humi[t] fuisset prostratus, diutissime oravit. Tum demum semivivo homini, ut illius mos erat, adloquitur: 'Penitere', inquid, 'fili, si quid male fortassis[u] gessisti, ut[v] duplicem accipias medi-

---

*) laudantibus qui aderant populis maiestatem Domini excelsa voce in altissimis *add.* B 3.
**) qui tunc eum forte commitabatur *add.* B 3.

Capp. 10—12. A 1. 2a. b. 3. B 1. 2. 3.

Cap. 10. a) arrepto demonio *corr.* arrepta a d. A 1; arrepta a d. B 1. 2. b) *sic* A 1; ereptam *rell.* c) *h. l. c. 6. incipit* A 2a. d) sic A 1. B 1; ob A 2a. b; ad B 2: ab *pro* ad *accipitur.* e) sanctus Arnulfus *add.* A 3. f) *ita* B 2, *cf. infra* p. 440, *l.* 10; ista A 1; ad istam A 2a. b; cum ista B 1. g) revertemur B 2. h) inibi adfuisset A 1; inibi (ibi A 2b) fuissent A 2a. b; inibi *om.* B 2. i) *sic* A 1; reppererunt *rell.* k) *om.* A 3. l) sancti B 2.

Cap. 11. a) 6. A 2a. b) ēē A 1. c) *om.* B 1. d) quidem *corr.* quidom A 1. e) vestitum A 2a. b. f) que *om.* B 2. g) *sic* A 1; os B 2; morem *rell.* h) sollicitam A 3. i) sciscitari A 2a. b; ::scitare *corr.* scisscitare A 3; suscitari B 1; scisitari B 2. k) esset A 3. l) *om.* A 1. m) a. fui in A 3; a. in B 2. n) *sic* A 1. 2a. b. B 1; tribueret *rell.* o) *sic* A 1. B 1; Christum *rell.* p) Cum accepisset ergo B 2. q) Arnulfo episcopo A 3.

Cap. 12. a) 7. A 2a. b) Turingorum A 2a. B 2; Eoringorum B 1. c) et *add.* A 1. d) quendam B 2. e) Noddilum B 1. 2. f) parentum B 2. g) suppremis A 2a. b. B 2. h) fretibus A 1. i) sanguinitata *corr.* sanguinitate (om. prop.) A 1. k) idem B 1. l) *sic* A 1; insolubili *rell.* m) nihil B 2. n) v. ductum A 3. o) a. est, contigit s. B 1; a. est, ut sanctus Arnulfus episcopus B 2. p) egressus fuisset A 1; egressus fuerit B 2. q) Noddilus B 2. r) *sic* A 1. 2a. b. B 1; perrexit — exposuit B 2. s) perrexit B 2. t) humiliter B 2. u) *sic* A 2a. b. 3. B 1. 2; fortasse A 1. v) *om.* A 1.

cinam'. Ille autem venisse[a] hominem Dei exultans, vix verbis[b] effatur quod corde volvebat, quia extremis quaciebatur conatibus. Quid plura? Calefacta adfertur aqua, et manibus propriis vir sanctus[c] faciem aegroti, pedes et manus cum ingenti abluit diligencia atque oleo sancto corpus illius perunguit[d]. Sicque factum est, ut eadem die, tamquam nulla[e] infirmitate perpessus[f], cum ceteris villam egrediens[g] incolomis, laetus[h] et gaudens iter arriperet.

13.[a] Alio[b] denique tempore quod gessit miraculum silendum non est. Quidam[1] namque[c] homo scelestus nomine[d] Noddo quadam[e] die, alvo[f] referto, vino[g] aestuans, cum conplicibus suis virum[h] sanctum derogare ausus est, non esse scilicet cultorem Dei, sed pocius hominem voluptati deditum, a[i] cuius videlicet lectum nocturnis horis non solum rex, vero[k] eciam et[l] regina tamquam consilium flagitans properaretur[m]. Cumque[n] ergo stratum una cum detrahente socio petisset, iubente Domino, ut casus fieret, omnia vestimenta illorum flamma circumdans vallavit. Ilico exilientes[o], aquam urguentibus vocibus deposcebant. Sed aquam[p] iniecta flammam divinitus missam[q] non extinguebat. Ardebant nequiter circa nates vel genitalia loca camisae[r] illorum, nec a[l] se ardencia vestimenta exuere[s] praevalebant. Quid plura? Quia aliut facere non poterant[t], exiliunt foras[l] et ad instar porcorum in lutum[u] volutabri[v] sese vociferantes involvunt. Sed magis ac magis genitalia loca ipsorum ignis inmissus cremabat. Tunc quippe, ut reor, impletum est super[w] illos, quod scriptum est[x]: *Detrahentem secreto*[y] Ps. 100, 5.
proximo suo, hunc persequar[z]; sicque[a], divina censura iubente, actum fuit, ut de quibus pontificem sanctum[b] detraxerant[c], in ipsis poenam sentirent[d]. Nam non multum post temporis in tantis transgressionibus praefatus[e] Noddo deprehensus est, ut[f] scelera illius una cum vita, quia[g] iustum erat, regalis gladius iuste amputasset, ac, ne[h] solus moriretur[i], filius ipsius mox[k] eadem sentencia perculsus interiit[l].

14.[a] Per idem autem[b] tempus, cum iam paene omnes thesaurus[c] in usus pauperum erogasset, adhuc supererat eidem discus argenti, habens pondus[d] libras[e] septuaginta duas. Hunc Hugus[f, 2] quidam primatis[g] procerum, datis alimoniis vel his[h] quae

Capp. 12—14. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 12. a) h. D. v. *B* 1. b) *sic A* 2*a*; vocibus efferebatur *A* 1; verbis affatur *rell.* c) Arnulfus episcopus *add. A* 3. d) perunexit *A* 3; perungit *B* 1; perunxit *B* 2. e) nullam infirmitatem *A* 2*a*. *b*. *B* 1. 2. f) passus *B* 2. g) ingrediens *B* 1. h) laetusque i. *B* 2.

Cap. 13. a) 8. *A* 2*a*. b) Alio — est *om. B* 2. c) deinde *B* 2. d) *om. A* 1; n. Nodo *B* 2. e) aliquando alvo *B* 2. f) *sic A* 1. *B* 1; albo (albore *A* 2*b*) refertus *A* 2*a*. *b*; a. refecto *B* 2*a*; alvo refertus *rell.* g) vinoque aest. *B* 2. h) viro sancto *B* 2. i) *ita A* 1; ad *rell.* k) *ita A* 1; verum *rell.* l) *om. B* 2. m) properarent *A* 2*a*. *b*; properaret *B* 2. n) *sic A* 1. 2*b* (*ubi* g *eras.*); Cumque erga *A* 2*a*; Cum vero *B* 2; Cum ergo *rell.* o) exientis *A* 1. p) *ita A* 1; aqua *rell.* q) *om. A* 3. r) *ita A* 1; camisi *A* 2*a*; camisiae *rell.* s) exire *A* 1. t) potuerant *B* 2. u) *sic A* 1. 2*b*. *B* 1. 2. v) voluptabris *A* 1; volutabris *A* 2*a*. *b*. w) super — est *om. B* 1; s. i. *om. B* 2. x) *om. A* 3. y) secrete proximum suum *B* 1; occulte (in *add. B* 2) proximum suum *A* 3. *B* 2. z) *sic A* 1. 2*a*; persequebar *rell. cum Vulg.* a) Si quid *A* 1; sic d. *B* 2. b) s. Arnulfum *A* 3; pontifici sancto *B* 2. c) detraxerat *A* 1; d., ipsi *B* 2. d) sentissent *A* 1. e) t. ipse N. *B* 2. f) et *A* 2*a*. *b*. g) q. i. e. *om. B* 2. h) ac nec *A* 1; (ac *om.*) ne *B* 2. i) f. i. m. *B* 2. k) mox — interiit *om. B* 2. l) interit *A* 1.

Cap. 14. a) 9. *A* 2*a*. b) vero *B* 2. c) *sic A* 1; omnem thesaurum *B* 1. d) pond *A* 1. e) librarum s. duarum *B* 2. f) *corr.* Hugo *A* 1; Hugo *A* 3. g) *sic A* 1; primatus *A* 2*a*. 3; primates *A* 2*b* (*corr.* primas). *B* 1; Ugo primas inter proceres *B* 2. h) iis *B* 2.

1) *Caput fere totum Grimlaicus, Regula solitariorum c.* 63 (*Migne, Patrol. Lat. CIII, p.* 654), *ad verbum exscripsit. Noddonis ducis infra c.* 25. *mentio fit.* 2) *Chuci una cum Warnachario et Gundelando maioribus domus Burgundiae et Neustriae ad a.* 617/618. *Fredegarius IV,* 45. *meminit. Unde Chucum Austrasiae maiorem domus fuisse Ruinartius coniecit; cf. supra p.* 144, *n.* 2.

pauperibus necessaria erant, conparavit. Sed omnipotens Deus non passus est, ut illo[a] laicus frueretur, qui in honore beati Stephani protomartiris[b] iam olim consecratus fuisset; nam supradicto Hugo[c] prepeti[d] morte prostrato, praefatus discus Chlothario[e] rege[f] allatus est. Qui cum a narrantibus comperisset, hunc a sancto Arnulfo episcopo[g] ob alimonia[h] pauperum venundatum fuisse, mox miro[i] inspiramine tamquam caelitus actus, iubet eundem velociter, suprapositis[k] centum aureis, ad Mittis[l] usque sancto[m] pontifici deferre. Sicque factum est, ut et[n] matricularii seu ceteri[o] pauperes Dei sustentacionum[p] alimonia[q] aberent, et res[r] sanctorum, quibus semel data fuerat[s], absque ullius rei redderetur[t] dispendia[u].

15.[a] Cumque denique[b] hae et similes quam[c] plures virtutes[d] per illum coepissent crebrescere[e] in populum[f], mox remociora a fragoribus vulgi expetiit loca, in[g] quibus saepe ergastulo retrusus[h], soli Deo oracionibus sacris studiosissime vacaret, monente
Ps. 45, 11. Altissimo, qui dixit: *Vacate et videte, quoniam ego sum Dominus*[i]. Nam crebro villa[k] Dodiniamaca[l. 1], quae[m] contigua Vosago est[n], interdumque[o] Calciago[p. 1] non multum longe ab urbe cellula retrusus[q], caelum diebus ac noctibus precibus pulsabat.

16.[a] Sed dum in[b] his athleta Christi contra diabolum sanctissime et fortiter demigaret[c], conscientia tactus, ne plebs sibi a Domino credita, illo remoto, aeternae vitae pabula quiddam[d] minus acciperet[e], repente coepit[f] intenciosissime[g] a principe flagitare, ut successorem sui praesulem daret. Mittensque[h] epistolas per internuncios, se indignum huius operis[i] seque peccatorem clamitans[k], talem elegerent pontificem, que[l] praedicacionis verbum dignus seminaret in populum. Quibus[m] relictis, mox Chlotharius rex non modicis repletus angoribus, ab omni se consilio destitutum quaeritans[n], si sanctus Arnulfus episcopus a frequencia palacii cessasset[o]. Cui inter cetera talia[p] mittit scripta, dicens: *Nihilhominus*[q], *domne et pater, quia scripsistis*[r] *per vestram epistolam, ut in loco vestro*[s] *alium deberemus*[t] *elegere successorem, istut*[u] *nostra praesumpcio facere nullatenus*[v] *praesumet*[w]. Hinc[x] iterum inter reliqua ait: *Quantum et*[y] *de devocione vestra, quod pro ammonicione divina esse confidimus, vos a Domino*

Copp. 14—16. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 14. a) ho *(postea corr.* homo*) add. A* 1*;* ille homo l. *B* 2. b) martyris *B* 1. c) Hugone *A* 3; Ugone *B* 2. d) prepito (*corr.* precipito) morti (?) *A* 1; perpeti (perpete *A* 2*a*) m. *A* 2*a*. *b*; repentina m. *B* 2. e) Lothar., *ut infra*, *B* 1. 2. f) *sic A* 1. *B* 1*;* regi *rell.* g) *om. B* 2. h) *ita A* 1*;* alimoniam *rell.* i) m. Dei instinctu iubet e. *B* 2. k) v. c. a. additis ad *B* 2. l) *sic A* 1*;* ad pontificem deferri: et ita factum est *B* 2; Mettis *rell.* m) s. Arnulfo *A* 3. n) *om. B* 1. o) ceteris, *om.* p. *A* 1; ceteri, *om.* p. *A* 2*a*. *b*. p) sustentatione *A* 2*a*. *b*. q) *ita A* 1. r) rex *B* 2. s) fuerant *B* 1. 2. t) redderentur *B* 1. u) *sic B* 1; dispondia *A* 1; dispendio *rell.*

Cap. 15. a) 10. *A* 2*a*. b) Cum denique *B* 2. c) q. p. *om. B* 2. d) *om. B* 1. e) crescere *B* 2. f) *sic A* 1. 2*a*. *b;* populo *rell.* g) locunt q. sępę *A* 1. h) retro sub *A* 1. i) Deus *B* 2. k) *sic A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. l) *sic A* 2*a;* Dodianimaca *A* 1; Dodiniamata *A* 2*b*; Dodiniacama *B* 1; Dodiniaca *rell.* m) *om. B* 2. n) agro *pro* est *B* 2. o) que *om. A* 2*a*. *b*. p) Caltiago *A* 3; Calciaco *B* 2. q) *corr. ex* reclusus *B* 1.

Cap. 16. a) *distinctione capitis caret A* 2*a*. b) in his *om. A* 2*a*. *b*. c) *sic A* 1. d) quidam *A* 1; quidem *B* 2. e) acceperat *A* 1. f) r. intentissime a p. f. c. *B* 1; r. intentissime a p. flagitavit *B* 2. g) intenciosissime pr. *A* 1; intentiosissime a pr. *A* 2*a*; intentissime a pr. *rell.* h) misitque *B* 2. i) operibus *A* 1. k) et ut *add. B* 2. l) *ita A* 1. m) Q. r. *om. B* 1. n) *corr.* quaesitans *A* 1; quęrit an sanctus A. *B* 1; conquerens, si A. *B* 2. o) cessaret *A* 2*a*. *B* 1. p) talem m. scripturam *B* 1; caetera sic scripsit: sed dñe pater *B* 2. q) *sic A* 1. r) quia per epistolam tuam petis, ut *B* 2. s) tuo *B* 2. t) debeamus *B* 2. u) hoc enim nostra *B* 2. v) *sic A* 1. 2*a*. *b;* non *B* 1; nulla ratione *B* 2. w) *sic A* 1. 2*a*. *b*. *B* 2*;* praesumit *B* 1. x) Hinc — absentes *om. B* 2. y) Q. hec dev. *A* 3; Q. et dev. *B* 1.

1) *Dodigny et Chaucy verterunt auctores Historiae Mettensis, Mett.* 1769, *I, p.* 366. — *Chaucy pagus est Mettis orientalis ultra Nidam (iam Nied) Gallicum fluvium. Boschius.*

fuisse ammonitos[a], *gavisi recepimus*[b], *tantum iterum dolentes tractavimus, quod non obtavimus de vestro conspectu esse absentes. Immo, domne et*[c] *pater, acsi*[d] *qualibet devocione conpulsi*[e] *pro boni operis actu alicubi*[f] *deliberatis expetire*[g], *nos petimus, ut nos*[h] *sine pace vestra vel communione pro*[i] *amore divino*[k] *nullatenus relinquatis.* Nam praefatus rex Chlotharius tanta eum fide et amore dilexit, ut, cum prolem suum Dagobertum[1] in principatus[l] culmine[m] sublimasset, eidem regnum ad gubernandum et[n] filium erudiendum in[o] manu tradidisset[p]. Quem ille acceptum ita altissima et profunda erudivit sapientia[q], ut in Secambrorum[r] nacione rex nullus illi[s] similis fuisse narraretur. 623.

17. Sed cum insolubile[a] desiderio ad heremum properare disponeret, voluit[b] et suspicatus est prudens[c] rex Dagobertus eum minis terrere[d], scilicet ut ab ipsius consilio vel solacio[e] non discederet, dicens ad eum: 'Dilectissimi[f, 2] filii tui quia ita amissum[g, 3] habent, nisi nobiscum consistas, capita[h] amputabo'. Ad haec ille respondens[i], dixit: 'Filiis[k] meis vita in manu Dei est; iam tu tuam[l] non possides vitam, quando ab insontibus vitam auferre disponis'. Tunc rex iratus adversus eum, dependentem[m] ex publite[n] mucronem manu arripuit. Tunc[o] beatus Arnulfus regis morituri parvi pendens iram, constanter[p] dixit: 'Quid agis, o[p] miserrime? Mala pro bonis mihi rependere[q] vis? Nunc autem[r] hecce me paratum! Exerce arma in sanguinem[s] meum, ut tuis[t] libet animis. Ego pro illius mandatis mori non dubito, qui mihi et vitam dedit et pro me mortuus est'. Tunc unus procerum ait: 'Noli impie contra temet ipsum agere, o bone rex; annon vides virum sanctum[u] destinatum et[u] cupidum esse ad martirium, aut quur non pertimescis Christi domini[v] servum lacescere[w]?' Et his dictis, iubente Deo[x], ira eius irritata[y] paulisper contiguit.

18.[a] Interea adest et[b] regina[4]. Reminiscentes[c] culpae suae, uterque ad pedes sancti corruunt[d], et ut illis misereatur, cum lacrimis exorant[e], dicentes: 'Perge, domne[f], ad heremum, quo vis; tantummodo[g] placatum te habeamus, quem molestum usurpantes[h] exaggeravimus'. Tunc sanctus vir, data illis veniam[i], a palacio egreditur, et

Cap. 16. *A* 1. 2*a*. *b*. 3 *(cf. n. m)*. *B* 1. 2. 3. *Capp.* 17. 18. *A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 16. a) amonito (amonitos?) *corr.* amonitus *A* 1. b) g. recipimus *A* 2*a*. *B* 1; gaudemus *A* 2*b*. c) *om.* *B* 2. d) si *B* 2. e) conpulsus *B* 2. f) alicupido liberatis *A* 1; et alia ubi d. *A* 3; a. vacare deliberas, p. *B* 2; a. desideratis progredi, p. *B* 3. g) expectare *B* 1; nos *om.* *A* 3. h) s. p. v. nos *B* 1; nos *om.* *A* 3. i) c. non deseras. Nam *B* 2. k) divina *A* 1. l) principatum *A* 1. m) *sequentia ad c. 19 ex. desiderantur, duobus foliis evulsis, A* 3. n) et f. e. *om.* *B* 2. o) *om.* *B* 1. p) tradidit *A* 2*a*. *B* 2; tradiderit *A* 2*b*. q) *ita A* 2*a*. *b*; prudencia *A* 1; sapi¦dentia *B* 1. r) *ita A* 1; Sicamborum *A* 2*a*; ut sic in amborum ratione rex illi similis nullus fuisse narretur *B* 1; Syc. *B* 2. s) *om.* *A* 2*a*. *b*.

Cap. 17. a) *sic A* 1; insolubili *rell.* b) v. et *om.* *B* 2. c) r. p. *B* 2. d) *sic A* 2*a*. *B* 1; ministrare *A* 1; m. terreri *B* 2. e) consilio *B* 2. f) Dilectissimorum filiorum tuorum *A* 2*a*. *b*; Dilectissimis filiis tuis *B* 1; discederet: Dilectissimi, inquit, filii tui *B* 2. g) *sic A* 1. *B* 1; admissum *A* 2*a*. *b*. *B* 2; habet *B* 2. h) caput *B* 2. i) r. d. *om.* *B* 2. k) *sic A* 1. 2*a*. *b*; filiorum meorum *B* 1; filii mei *B* 2. l) n. t. *A* 2*a*. *b*; t. *om.* *B* 1. m) dispend. *A* 1. n) publice *A* 1. *B* 1; poblite *A* 2*a*. *b*; poplite *B* 2. o) A. vero regis *B* 2. p) *om.* *B* 2. q) v. r. *B* 2. r) Nunc excute arma *B* 2. s) sanguine *A* 1. t) ut uis libet animā (i. e. animus) *A* 1; ut tuus libet animus *A* 2*a*. *b*. u) *om.* *A* 1. 2*a*. *b*. v) *om.* *B* 2; servum *om.* *A* 1. w) *sic B* 1; lascescere *A* 1; lacessere *rell.* x) Domino *B* 1. 2. y) *ita A* 2*a*. *b*. *B* 1; irruit ita ut p. *A* 1; irractita p. *B* 2.

Cap. 18. a) *om.* *A* 2*a*. b) *om.* *B* 1. c) reminiscens *B* 2. d) currit *A* 1. e) *sic* orant: Perge *B* 2. f) *sic A* 2*a*. *B* 1; domino *A* 1. 2*b*. g) dum *B* 2. h) usurpante rexageravimus *A* 1. i) *sic A* 1; venia *rell.*

1) *Cf. Fred. IV*, 47. 2) *Anseghisclus et Chlodulfus; cf. supra p.* 427. 3) *Amissus est reprobatus a Deo; cf. Ducange ed. Favre I, p.* 227. 4) *Gomatrudem Dagobertus a.* 625/626. *in matrimonium duxit; cf. Fred. IV*, 53.

hecce! repperit pro foribus clodorum[a], caecorum adque universorum[b] pauperum, viduarum[c] et orfanorum paene innumeram multitudinem adstantem. Cumque[d] eum vidissent, omnes vociferare[e] coeperunt, dicentes[b]: 'O sancte pastor, cur nos miseros derelinquis, aut[b] quis miserebitur nostri, aut[b] quis tribuit[f] nobis victum aut vestitum[g]? Nam[h], te amoto, moriemur omnes, nuditate scilicet adque fame consumpti[i]. Obsecramus te[k] pro Christo, ne nos[l] derelinquas'. Tum[m] ille lacrimans, blanda voce eisdem[n] adloquens, dicit[o]: 'Dabit enim vobis Deus pastorem, qui vos pascat in miseracione et misericordia; [Matth. 6, 33.] nam[p] faciem meam non longo tempore ammodo videbitis. Vos autem, *quaerite,* sicut dicit Christus[q], *primum regnum Dei et*[r] *iusticiam eius, et haec omnia adicientur vobis.* Estote parati[s], in[t] invicem benigni, misericordes, ut, dum istic[u] nunc paupertate et miseria angustiamini[v], in futura vita[w] felices regnare mercamini cum Christo; [cf. Luc. 16, 22.] siquidem[x] et Lazarus mendicus in sinu Abrahae transportatus est ab angelis. Ita et vos quaerite Dominum, et hic et[y] in aeternum vivet anima vestra'. Et his dictis, statim[z] ad oracionum pergit[a] certamina.

19.[a] Post haec autem paucis temporibus actis, viro iusto iugi[b] intencione pul- [629.] sante[c], sanctus Goericus cognomento Abbo[1] huius successor eligitur[d]. Digne[e] quippe a Domino hactum est, ut sancto sanctus[f] succederet. Quo audito, vir egregius Romaricus a partibus Vosago[g] egressus, ad beatum pergit Arnulfum adque ex convenencia[h] utriusque infra vasta[i] heremi aptum eidem praeparat locum.

20.[a] Sed[b] mox in eadem die[c] supraventura quo venerat[d] nocte quit[e] miraculi per hunc almificum pontificem infra urbem gestum fuerit[f], silere non debeo. Casu[g] contigit, ut prumtuarium regis ignis vorans vexaret, adque eructuans excelsissima flamma domus[h] circumquaque adfinis menaciter lambiret. Repente exurgens omnis civitas, videntes sui exicium[i], in eiulato[k] adque clamore conversa est. Quo audito, nos[l] veloci gressu[m] ad domum viri sancti pervenimus et repperimus eundem, sicut illius iugiter mos erat, psalmodiae mellus[n] personantem. Statim[o] adprehensa manu illius, ait Romaricus: 'Egredere, domne, hecce', inquid[p], 'adsunt pro foribus ęqui[q] nostri, ne[r], quod absit, te[s] in hac urbe ignis iste[t] conburat!' Ad haec ille: 'Nequaquam', inquid, 'dilectissimi, set ducite[u] me illuc, et videamus hoc[v] impium quod crassatur incendium, et ponete[w] me vicinum illius[x], et, si ita vult Deus, ut ardeam, hecce! in manu[y]

Capp. 18. 19. *A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. 3. *Cap.* 20. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 18. a) *sic A* 1; claud. *rell.* b) *om. B* 2. c) v. et o. *om. B* 2. d) Quo viso, omnes *B* 2. e) vociferabant d. *A* 1; vociferari c. d. *A* 2*a*. *b*. f) *sic A* 1; n. tribuit *A* 2*a*. *b*; tribuet n. *rell.* g) vestimentum *B* 1 *(non B 2)*. h) Nam — omnes *om. B* 2. i) consumptis *B* 2. k) *om. A* 2*a*. *b*; o. — Christo *om. B* 2. l) ipsos *add. B* 2. m) Tunc *A* 2*a*. *b*. n) eosdem *A* 2*a*. *b*; voce sic ait: Dabis vobis *B* 2. o) inquit *in litura scr. B* 1. p) nam — Estote *om. B* 2. q) Dominus *A* 2*a*. *b*. r) et i. e. *om. B* 1. s) *sic A* 1. *B* 1; paccati *A* 2*a*. *b*. *B* 2; *cf. Matth.* 24, 44. t) *om. B* 1. 2. u) *ita A* 2*a*. *b*. *B* 1; ista *A* 1; dum instar Lasari mendici ista nunc in p. *B* 2. v) torquemini *B* 2. w) futura felicitate regnetis: Et his dictis, statim *B* 2. x) Sic quidem *A* 2*a*. *b*. y) *om. B* 1. z) confestim *B* 1 *(non B 2)*. a) c. p. Paucis post t. *B* 2.

Cap. 19. a) 12. *A* 2*a*. b) iugiter *B* 1. c) pulsanti *A* 2*a*. *b*. *B* 1. d) electus *A* 1. e) Dignum *A* 2*a*. *B* 1; D. — succederet *om. B* 2. f) sc̄o *A* 1. g) *ita A* 1; Vosagi *rell.* h) *sic A* 1; conibentia *A* 2*a*. *b*; convenientia *B* 1; cumbentia *B* 2. i) vasto *B* 1.

Cap. 20. a) 13. *A* 2*a*. b) *in verbis* Sed hoc mox *redit A* 3. c) eadem superventura venerat nocte *B* 2. d) venerant *A* 1; inerat *B* 1. e) quod miraculum per Arnulfum infra *B* 2. f) fuerat *A* 1. g) Forte *B* 2. h) *sic A* 1. 2*a*. i) exitum *B* 2. k) *sic A* 1; eiulatum (heiulatum *A* 2*a*. *b*) a. clamorem *rell.* l) *om. B* 2. m) velociter ad d. *B* 1 *(non B 2)*. n) *sic A* 1; melox *corr.* melos *A* 3; mox *B* 2; melos *rell.* o) Statimque *B* 1 *(non B 2)*. p) ecce absunt *B* 2. q) ęq; n̄r *A* 1; ęquę nostrę *A* 2*a*. *b*. r) Nam *A* 1. s) in h. u. te *A* 1. t) ignis consumat *B* 2. u) ducentem *A* 1. v) q. h. i. crass. *B* 2. w) *ita A* 1; ponite *rell.* x) illi *B* 2. y) manus *A* 1.

1) *Abbonis mentio fit in charta Sigiberti regis, edita apud Jaffé et Wattenbach, Codd. Colon. p.* 101.

eius sum.' Tunc nos[a] tenentes sanctas manus illius, ad larem[b] pervenimus, et[c] mox, iubente illo, in oracione prostratus[d], capitulo[1] dicto, surgimus[e] omnis[f]. Tum[g] ille elevans manum contra ingentes flammas, vexillum crucis iniecit[h]. Mox miro in[i] modo tamquam caelitus percussus, nil alibi nocens, infra parietes[k] totus retortus[l] ignis interiet[f]. Nosqui[m] iam deinceps secure[n] de periculo subacto, gratias agentes Deo, dictis matutinis, ad lectulos nostros remeavimus. Ilico[o] cuidam e fratribus talis apparuit visio. Intuens[p] caelum, vidit tamquam flamma[q] ignis signaculum crucis depictum, et statim de[r] caelo ex oblico[s] crucis vox facta est, dicens: 'Cernis hoc', inquid, 'signum[t]? Hac nocte Arnulfus episcopus per[u] ipsum totam civitatem istam ab incendio liberavit'. Mirantibus nobis omnibus virtutem quam vidimus[v] de igne prostrato, frater ille hanc visionem narravit.

21.[a] Post haec autem beatus, relictis cuntis[b] saeculi rebus atque bene praesertimque[c, 2] pauperibus erogatis, iamque fidus et securus de thesauro in[d] caelo recondito, non multis delapsis diebus, pauper quidem[e] propter Christum in saeculo effectus, sed iam dives virtute Domini[f], veluti Helias[g] novus ad heremum[3] properat[h] et inter bestias et[i] feras silvae, parvulis mansiunculis patratis, cotidiana meditacione laudes Deo personat[k]. Adscitis[l] quippe aliquantulis secum monaculis necnon et[m] leprosis, sub[n] quibus manibus propriis[m] fidelissimam[o] servitutem iugiter inpendebat, calciamenta[4] a pedibus detraens adque detergens, capita[5] et pedes[6] illorum crebrius[p] abluens, necnon et[q] lectos ipsorum reciprocis diebus studiosissime compositos praeparabat[r]. Nam et quoquinae[6] servicium non aborrens[s] item[t] episcopus sanctus et quoquus, saepe esuriens ipse suos contubernales pascebat. Set et lectum stratus[m] eius vilem[u] quidem in oculis hominum, set[v] pulcherrimum in obtutibus angelorum, spretis dumtacxat mollibus et preciosis vestibus, cilicio[w, 7] exornabat. In[x] his igitur adque ceteris[y] innumerabilibus[z] bonis dum[a] angelicam ageret vitam[b], —

INCIPIT[c] TRANSITUS[d] SANCTI ARNULFI EPISCOPI. OBIIT AUTEM 15. KAL. AG.[e], —

Capp. 20. 21. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 20. a) tenentes nos *B* 1. b) mulierem *B* 2. c) ut *A* 1. d) *sic A* 1. 2*b*. *B* 1; prostrati *A* 2*a*. *B* 1 *(e corr.)*. 2. e) surreximus *(A* 3. *B* 2*)*. f) *sic A* 1. g) Tunc *A* 2*a*. *b*. h) facit *A* 1; iecit *B* 2. i) immodo *A* 1; mirum in modum *B* 2. k) in semet ipsum *add*. *B* 2. l) retorsus *B* 2. m) Nos qui *A* 1; Nosque *rell.* n) *ita A* 1. o) illico cui e *A* 1. p) in *add*. *B* 1. 2. q) *ita A* 1; *om*. *B* 1; flammam *rell.* r) in *B* 2. s) extolli quo crucis *B* 2. t) signum hac nocte ? *A* 1. u) p. i. *deleta A* 1. v) audivimus *B* 1 *(non B 2)*.

Cap. 21. a) 14. *A* 2*a*. b) *sic A* 1. c) pr(a)esentique *A* 1. 2*a*. *b*, *cf. infra p.* 444, *l.* 24; perfecteque *(B* 1. 2*)*. d) *om*. *B* 1. e) *om*. *A* 1. f) Dei *A* 2*a*. *b*. g) *sic A* 1; n. Helias *A* 2*a*. *b*. 3. *B* 2; Helyas n. *B* 1. h) properans *A* 3. *B* 2. i) *om*. *B* 1; et f. *om*. *B* 2. k) personavit *A* 3. *B* 2. l) *sic B* 1; Assitis *A* 1; Asscitis *rell.* m) *om*. *B* 2. n) *om*. *A* 3. *B* 1. 2. o) fidelissimum *A* 1. p) crebriens *A* 1, *corr.*; crebro *B* 2. q) electos *B* 2. r) parabat *B* 2. s) oborrens *A* 2*a*; obhorrens *A* 2*b*. t) *sic A* 1. u) vile *A* 3. *B* 1. v) p. vero in *B* 2. w) cilitia exornabant *A* 3. *B* 3; cylicia eornabant (!) *B* 2. x) In — vitam *om*. *A* 3. y) ceteribus *A* 1. z) innumerabilem *B* 2. a) *sic A* 2*a*. *b*. *B* 1; peregit vitam in saecula saeculorum. Amen *pro* dum — vitam *A* 1. b) sancto fine conclusit. EXPLICIT (FINIT *A* 2*b*) VITA SANCTI ARNULFI EPISCOPI *add*. *A* 2*a*. *b*. c) *lemma om*. *B* 1. 2 *(habent codd. A)*. d) TRANSLATIO *A* 2*a*. *b*. 3. e) EPISCOPI ET CONF. *A* 3.

1) *i. e. breve capitulum psalmorum; cf. SS. Rer. Merov. I, p.* 936. 2) Praesertim *pro* abundanter *accipitur apud Loewe, Prodr. Gloss. p.* 176. 3) *Cf. Fred. IV*, 58, *ad a.* 7. *Dagoberti:* Usque eodem tempore ab inicio quo rignare ciperat consilio primetus beatissimo Arnulfi Mettensis urbis pontefice et Pippino maiorem domus usus. — — Post discessum beati Arnulfi adhuc consilius Peppino maiorem domus et Chunibertum pontefecem urbis Coloniae utens. 4) *Cf. Fortun., V. Radegundis c.* 23. 5) *Ib. c.* 17. 6) *Ib. c.* 24. 7) *Ib. c.* 22.

22.[a] iamque omnipotens Deus suum atletam[b] ad destinatum bravium volens vocare[c], ultimum[d] urguetur[e] diem. Quo comperto, adest[f] et vir religiosissimus Romaricus; cum ceteris monachis gloriosum eius praestolatur[g] egressum. Tunc electus Dei et sacratissimus[h] pontifex loquitur, dicens[i]: 'Boni[k] viri et amabiles domini, obsecrate Christum pro me. Iamque[l] adest dies, in quo[m] Iudici meo praesentandus[n] appareo[o]. Quid faciam? Nihil[p] bone[q] gessi in hoc saeculo; omnibus sceleribus et peccatis vallatus[r], coartor[s], pro quibus Dominum[t], ut veniam merear, obsecro[u], supplicate'. Haec[v] vir sanctus[w], quia[x] scriptum est: *Iustus in primordio*[y] *sermonis accusator sui*[z] *est*. Interea venit hora, ut sancta illa anima manibus sanctorum angelorum ad Christum gestaretur[1]. Fit autem[a] ilico[b] gaudium magnum procul dubium[c] supernarum[d] virtutum in caelo et ingens luctus pauperum Christi adque monachorum in saeculo. Adest mox iusta[e] morem sanctum et[f] sacrum euangelium, quo[g] lector inter psallentium[h] luctus et cantus personat vocem[i]. Siquidem vir egregius Romaricus adducit[k] sanctissimum corpus illius[l]; cum dignitate et honore quo valuit in castello Habendum[m, 2] sepulturae tradidit.

Prov. 18,17.

23. Post annos[a] fere iam acto tempore vir electissimus successor[b] eius Goericus episcopus, consilium[c] inito, coacervata clericorum seu eciam et[d] populorum ingente[e] caterva, acceptis[f] quoque duobus episcopis[3], sic[g] una pariter[h] pergunt ad heremum. Co[i] in loco excubias cum reverencia caelebrantes, sancta[k] membra ab urna lapidis auferentes, grabato inponunt[l], adque mox arripientes itinera[m], cum gaudio remeant ad

Capp. 22. 23. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3.

Cap. 22. a) *inde ab h. c. numeri desunt A* 2*a*. b) adhletam *A* 2*a*; adletam *A* 2*b*; adletam Arnulfum *A* 3. c) destinare *B* 2. d) *ita A* 1; ultima — die *A* 2*a*. *b*; ad ultimum — diem *B* 1. 2. e) vocavit *B* 2. f) adstitit vir *A* 1. g) *ita A* 1; prestolatus *A* 2*a*. *b*; praestolans *B* 1. 2. h) sanctus *B* 2. i) loquitur ait *A* 1; p. eum alloquens ait *B* 2. k) *sic A* 1. *B* 1; bone vir et amabilis domne (domino *A* 3) obsecra *A* 2*a*. *b*. 3; bone vir, ora pro me *B* 2. l) iam enim a. *B* 1; iam a. *B* 2. m) eo *A* 3, *corr.*; qua *B* 1; d. quo *B* 2. n) representandus *B* 1 *(non B* 2*)*. o) apparens *A* 1; apparebo *B* 1. 2. p) nil *B* 2. q) *ita A* 1; boni in seculo gessi *B* 1. r) us *e corr. A* 2*a*; vallamus *A* 2*b*, *corr.* s) cohercеor *B* 2. t) Domino *A* 3. *B* 2. u) *om. B* 1. v) ideo *add. B* 1. w) dicebat *add. B* 1. x) sicut *add. B* 1. y) principio *B* 2. z) e. s. *B* 1. 2. a) *om. B* 1. 2. b) illiquo *A* 1, *corr.* c) *ita pr. m. A* 1. d) superna *A* 1. e) *sic A* 1; iuxta *rell.* f) *om. B* 2. g) quod *B* 2. h) psallendum *A* 1. i) voce. Sicque demum vir *B* 2. k) adduxit *A* 2*a*. *b*; allatum *B* 2. l) *om. B* 1. m) Habendo locum s. *A* 3; Habendo s. *B* 2.

Cap. 23. a) *ita A* 1; Post annos i. f. octo vir *A* 2*a*. *b*; Post anni f. a. *B* 1; Post annos fere octo, *om.* t. v. e. *B* 2. b) susceptor *A* 1. c) *sic A* 1; c. i. *om. B* 2; consilio *rell.* d) *sic A* 2*a*; seuiciam et p. *A* 1; et *om. A* 2*b* (?). *B* 1; cl. laicorumque ingente *B* 2. e) *sic A* 1. *B* 2; ingenti *A* 2*a*. *b*. *B* 1. f) *sic A* 1. 2*a*; acceptis ergo *A* 2*b*; adscitis q. *rell.* g) *sic A* 1 *(pr. m.)*. 2*a*. *b*; secum *rell.* h) *om. B* 2. i) *sic A* 1. k) sancta — auferentes *om. A* 1. l) inponent *A* 1. m) iter *A* 2*a*. *b*; a. i. *om. B* 2.

1) *S. Arnulfi dies emortualis* 18. *Iulii in vetustioribus Martyrologiis colitur; cf. Bedanum ad* 15. *Kal. Aug. (AA. SS. Mart. II, p.* XXIX*):* Natale sancti Arnulfi confessoris; *Bernense saec. VIII/IX. ad* 15. *Kal. Aug. (AA. SS. Oct. XIII, p.* XIX*):* Arnulfi confessoris; *Adonium ad* 15. *Kal. Aug.:* Apud civitatem Metensium sancti Arnulfi episcopi, qui sanctitate et miraculorum gratia illustris cremiticam vitam diligens, beato fine quievit *(Surius, AA. SS.* 1586, *tom. VII, p.* 355*). Huc accedit, quod posterior Vitae pars inscripta est:* Obiit autem 15. Kal. Ag. *Quae d.* 17. *Kal. Sept. in Martyrologio Bedano:* In Galliis civitate Mettis natale sancti Arnulfi episcopi confessoris, *et in Bernensi:* Mettis depositio sancti Arnulfi episcopi *(perperam d.* 16. *Kl. Sept.) referuntur, ea postea addita sunt. Hoc die corpus in urbem Mettensem translatum esse potest.* 2) *Castellum Habendense postea Romarici mons (hodie Remiremont) dictum est.* 3) *Tullensi nimirum et Virdunensi, ut in Vita S. Goerici (AA. SS.* 1867, *Sept., VI, p.* 47*) dicitur. Mab.*

urbem; nam suavitatis odor exiit[a] sacris membris, cunctos replet[b] evidentes[c, 1]. Et qualia deinceps in itinere per[d] eundem claruerunt miracula, ut valio[e], demonstrabo.

24. Dum autem[a] gestantes veniunt ad quoddam[b] rivum, cuius riparum telluris[c, 2] excisa, que euntibus convallem adque lubricum pandebat[d] meatum, tunc ergo[e] posterioris[f] qui feretrum portabant lapsu[g] corruunt; sed[h], ut reor, eundem[i] statim angeli[k] susceperunt. Nam prioris[f] evidentes[l, 1] nullo retardentes[m] gresso[n], grabato in aere[o] sublato, gradiuntur libere, adque surgentes qui lapsi fuerunt[p], iam transmeatum[q] cumvallem, sese[r] iungunt ad collegas.

25. Post istos[a] denique in illo itinere mox aliud abere[b] emicuit miraculum. Quidam autem[c] homo in pago Calvomontinse[d, 3] nomine[e] Cionta incestiosus[f] fuit. Hunc[g] ille cum saepius retorquens[h] nec[i] ad paenitenciae[k] emendacionem perducere potuisset, in hac vita inpenitentem[l] reliquit[m]. Forte fuit, ut in eiusdem[n] incestiose villa oratorius[o] esset, quo in loco, iterantibus[p] illis, congruum erat, ut mansio pararetur, illud[q] vel maxime, quia[r] sanctum corpus oportebat[s] scubiis[t] in basilica honorare[u]. Venientes autem[v] terminos hominis incestuosi, repente figitur[w] comportatio, ita ut ulterius vectandi[x] sacra membra facultatem non haberent. Et[y] ecce! angustiae[z] sacerdotibus et universo populo, quoniam, ad[a] quam mansionem converterentur, igno-

Cap. 23. *A* 1. 2*a*. *b*. 3. *B* 1. 2. 3. *Capp.* 24. 25. *A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 23. a) *corr.* exiit ex s. *A* 1; o. qui exiit a s. m. *A* 2*a*. *b*; o. ex his s. menbris exiens *B* 1; o. ex his s. m. *B* 2. b) repleverat *B* 1; replebat *B* 2. c) *sic infra l.* 6; evadentes e qualia. Deinceps *A* 1; evidenter. Et q. d. *A* 2*a*. *b*; vehentes sanctum corpus. Sed q. d. *B* 1; vachementer, *om.* Et — demonstrabo *B* 2. d) p. e. *om.* *A* 1; per eum *B* 1. e) *sic A* 1 *(pr. m.)*.

Cap. 24. a) *desinit A* 3. b) quondam ripe *fortasse recte A* 1; quandam ripam *A* 2*a*. *b*; quoddam rivulum *B* 1; quendam rivum *B* 2. c) *sic B* 1; telleris excissa que *corr.* telluris excisaque *A* 1; tellus excisa. quę *A* 2*a*. *b*; tumescentis atque *B* 2. d) pandebat — portabant *om.* *A* 2*b* *(non A* 2*a)*. e) *om.* *B* 2. f) *sic A* 1. g) *sic A* 2*a*. *b*; lapsus currũ *corr.* lapsi corruunt *A* 1; lapsi c. *B* 1; casu c. *B* 2. h) sed — Nam *om.* *B* 2; ut r. e. *om.* *A* 2*a*. i) eodem *A* 2*b*. k) angelis *corr.* angeli *A* 1; statim ibidem sustentatores angeli assunt. Nam *A* 2*a*; angeli sunt. Nam *A* 2*b*. l) *sic A* 1. *B* 1; hęc videntes *A* 2*a*. *b*; vachentes *B* 2. m) *sic A* 1; retardantes gressu *rell.* n) sed *add.* *B* 2. o) agere sublatos *A* 1, *corr.*; aggere sublato *A* 2*a*. *b*. p) fuerant *A* 2*a*. *B* 1; libere, qui l. fuerant iam surgunt *B* 2. q) *sic A* 1; transmeataque convalle *B* 2; transmeato convalle *rell.* r) se *A* 1; sese collegis iungunt *B* 2.

Cap. 25. a) *sic A* 1; Postea d. *A* 2*a*. *b*; Post istud d. *B* 1; Post et illo in itinere *B* 2. b) aliud abere demicuit *corr.* aliud abentes emicuit *A* 1; mox haberi (h. *om.* *A* 2*a*) aliud c(o)epit m. *A* 2*a*. *b*; abere *om.* *B* 1. 2; *pro* emicuit *malim* emeruit. c) *om.* *B* 2. d) *sic A* 1; Calvomontense *A* 2*a*; Calvomotense *A* 2*b*. *B* 2; Calvomotinse *B* 1. e) *sic A* 1; n. C. *om.* *A* 2*a*. *b*. *B* 2; n. Centa *B* 1. f) *sic A* 1. g) Hanc *A* 1. h) *sic A* 1. 2*a*. *b*; redarguens *B* 1. 2. i) ad p. e. p. non p. *B* 2. k) p(o)enitentiam emendatione *A* 2*a*. *b*. l) penitencia *A* 1. m) reliquerat *A* 2*a*. *b*. n) eosdem incestiose *A* 1; eadem incestuosi *A* 2*a*. *b*; e. incestuosi *B* 1. o) *sic A* 1. p) itinerantibus *A* 2*a*. *b*. *B* 1. 2. q) *sic A* 1; p. Quo tendentes, qui s. c. *A* 2*a*; p. quod portantium illud *A* 2*b*; ideo *B* 1. 2. r) quę *A* 1; maximi, qui *A* 2*b*. s) portabant *A* 2*a*. *b*. t) *sic A* 1; ut excubiis *A* 2*a*; sc. *om.* *A* 2*b*; excubias *B* 1. u) *sic A* 1; honorẽ solito impenderent. Venientes *A* 2*a*; honore *A* 2*b*; honorari *B* 1. 2. v) v. termiñ et omnes *corr.* v. terminos hominis *A* 1; v. in t. *A* 2*a*; v. a. in t. *A* 2*b*; v. a. ad t. *B* 1; v. a. ad t. terrae h. *B* 2. w) fingetur (*corr.* figitur) quo portantium aut ult. *A* 1; f., ita ut u. *A* 2*a*. *b*; f. gressus portantium, ita ut u. *B* 1. 2. x) vehendi *A* 2*a*. *b*. y) Et — ignorabant *om.* *A* 1. z) angustia *B* 1. 2. a) *sic A* 2*a*. *b*; ad m. quo verterentur (verteretur *B* 2) *B* 1. 2.

1) *i. e. ebitentes (ex e et betere vel bitere = ire); cf. Forcellini ed. de Vit I, p.* 554. *In Glossis evitere scriptum est; cf. Forcellini VI, p.* 773. 2) *Genetivus pro nominativo accipitur, ut* gliris *pro* glis, urbis *pro* urbs *apud Gregorium, SS. Rer. Merov. I, p.* 941. 3) *Le Chaumontois.*

rabant, presertim[a] cum iam dies declinata[b] esset, ad signum[c, 1]. Tunc Noddo[d] dux, qui unus erat ex euntibus[e], ait[f]: 'Vidistis[g], quia terram incestiose[h] huius ingredi despicit? Est enim valde procul villa mea, ubi nos ante nox[i] inclaudit, quam[k] venire valemus[l]; sed et[m] deest mihi inibi putos[n] vel paratos, quod tot[o] multitudinem reficere possum[p], nisi tantummodo, ut[q] comperi ad Immo iudice, modicum quiddam cervisae'. Quibus auditis[r], universus populus iter retorquens[s], in tanta velocitate pergunt, ut potius geroli[t] semet ipsos portare[u], quam portare sentirent[v]; adque[w] diei[x] adhuc lucem habentes, ad[y] destinatum pervenerunt[z] locum. Tunc Noddo ait: 'Nunc igitur beatus domnus[a] Arnulfus pascat vos[b] nocte ista[c]; quod deest vobis[d], pro intercedente adesse potest[e]'. Statim in tanta exuberancia[f] adcrevit medietas[g, 2] potus illius, ut[h], omnes[i] ad facultatem saciatis, adhuc in crastinum superesset.

26. Post haec autem cum magna prosperitate et laeticia ad urbem perveniunt[a]. Ecce! mox omnis civitas cum crucibus et cereis atque ingenti gaudio et admiracione obviam currit[b] et[c] pastorem suum, quem dudum iudicium[d, 3] fugacem amiserunt[e], caelum[f] iam regnantem repereunt[g] adque sacrum corpus illius in basilicam[h] sanctorum[i] apostolorum[4] cum reverencia et grandi exultacione sepulturae recondunt. Mox quippe sepultus, quid aput Christum in eremum[k] mercatus fuisset, suis civibus[l] miraculis demonstrabit[m].

27. Nam mulier quidam[a] nomine Iulia[b], luminibus olim caecata, ad sepulchrum[c] accessit. Ubi cum[d] prostrata cum fide orasset, absque[e] mora lumen multorum[f] annorum temporibus desideratum recepit, adque exitus viarum, quos, externa[g] auxiliante manu, calcare consueverat, propriis[h] cernens luminibus, ad diversorium laeta remeavit.

28. Aliud[a] deneque[b] rursum[c] miraculum non sileam[d], quod nuper, narrante vero[e]

Capp. 26—28. *A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 25. a) Presentim *A* 1, *corr.* b) decl. *corr.* incl. *A* 2*a*; incl. *A* 2*b*. c) *ita A* 1. 2*a*. *b*; vesperum *B* 1. 2. d) Notto *B* 2, *ut infra.* e) vehentibus *B* 2. f) dixit *B* 1. g) videtis *B* 1. 2. h) *ita A* 1. i) nocte *A* 1; nox ante nos includet *B* 2. k) illo *add. B* 2. l) *sic A* 1. 2*b*; valeamus *A* 2*a*. *B* 1. 2. m) *om. B* 2. n) *sic A* 1 *(pr. m.)*; potus vel paratus *A* 1 *(sec. m.)*. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. o) *sic A* 1; qui tot *B* 1; quo tantam *A* 2*a*. *b*. *B* 2. p) *sic A* 1; possim *A* 2*a*. *b*. *B* 1. 2; ut *add. B* 1. q) t. ut compari ad immo iudice et modicum quidam necesse esse. Quibus *A* 1; t. ut comparem ad Immonem iudicem m. q. c. Q. *A* 2*a*. *b*; t. ut comperi in imo vasculi modicum quiddam cervisae (cervisiae *B* 2). Quibus *B* 1. 2. r) auditus *A* 1. s) torquens *B* 1; ut *add. A* 1. t) genoli semet ipso *A* 1. u) *sic A* 1. v) sentiret *A* 1. w) At *B* 2. x) de diei *A* 1. y) adestinato *A* 1, *corr.* z) perveniunt *A* 2*a*. *b*. *B* 2. a) *om. A* 2*a*. *B* 2. b) *ita A* 1. *B* 2; nos *A* 2*a*. *b*. *B* 1. c) quia *add. B* 1; quoniam *add. B* 2. d) v. Succurrentibus meritis sancti Arnulfi in tantam exuberantiam *A* 2*a*; nobis ipso i. *B* 1. 2. e) *sic B* 2; potestatem. In *A* 1; potestate eius in *A* 2*b*; potest. Statim denique in *B* 1. f) exuberan *A* 1, *corr.* g) modicitas *B* 1. 2. h) *om. A* 2*b*. i) *ita A* 1; omnibus ad facultatem saciatis (ut *add. A* 2*b*), adhuc *A* 2*a*. *b*; omnibus affatim s. *B* 1. 2.

Cap. 26. a) et *add. B* 2. b) occurrit *B* 2. c) ut *B* 1. d) *sic A* 1; iudicem *A* 2*a*. *b*; veluti *B* 1. 2. e) admiserunt *A* 1; amiserant *B* 2. f) *sic A* 1; iam caelo *A* 2*a*. *b*; caelo iam *B* 1. 2. g) *corr.* reperiunt *A* 1; receperunt *A* 2*a*. *b*; recipiunt *B* 1. 2. h) sic *A* 1; basilica *rell.* i) a. s. g. c. r. et e. *B* 2. k) *sic A* 1; heremo *rell.* l) cipibus *A* 1. m) *ita A* 1.

Cap. 27. a) *corr.* quedam *A* 1; qu(a)edam *rell.* b) Iulia olim c. *B* 2. c) eius *add. B* 1. 2. d) u. p. cum (cum *postea add.*) f. *A* 1; p. fideliter o. *A* 2*a*. *B* 2. e) adque *A* 1. f) m. — desideratum *om. B* 2. g) terna *A* 1; extranea *B* 1. h) proprias *A* 1.

Cap. 28. a) A. — M. quidam *om. B* 2. b) *corr.* denique *A* 1. c) *sic A* 1. 2*a*. *b*; rursus *B* 1. d) consilium quod nupe *A* 1. e) *ita A* 1; viro religioso *rell.*

1) *Scil. signum vespertinum* (vespertinale *in marg. m. al. suppl. A* 2*a*). 2) *i. e. mediocritas; cf. Ducange ed. Favre V, p.* 323. 3) *i. e.* iudicii fugacem. *Mettenses itaque Arnulfum, quem una cum saeculi illecebris iudicii diem fugientem amiserant, mortuum receperunt.* 4) *Ista ecclesia postea S. Arnulfi dicta, extra muros Mettenses, anno* 1552. *destructa est. Mab.*

religiosum Arnegausio[a, 1] abbati[b], comperi[c]. Mulier quidam[d] nomine Ciorcilla[e, 2] in suburbano Mediomatrici[f, 3] degens[g], ausa fuit dominica[h] die operare[i]; set mox divinitus verberata[k], utraque manu contracta est. Tunc[l] magnis[m] vallata ancoribus, ad superscriptum[n] abbatem[o] pervenit. At ille praecepit eidem, quatenus[p] ad sepulchrum sancti antistitis[q] cum fidem[r] festinaret. Ubi cum fuissent[s] ostia obserrata[t] repacolis[u], invenit ilico[v] ante faculas[w] sancti[x] basilicae sepulturam[y], prosternit, tota in oracione cum lacrimis dedit[z], vociferans adque deprecans sanctum Arnulfum episcopum, ut se sanaret. Statimque digite[a] illius, que iam dudum fortiter palmis inhaeserant, resoluto[b] regore, pristinam receperunt medelam, et remeat mox ad[c] propria incolomis et laeta, quae venerat tristis et contracta.

29.[a] Per idem namque tempus homuncio[b] fuit nomine Cero[c, 4] nequiter pedibus contractus, qui[d] ex utroque[e] latere, auxiliantibus paculis[f], vix peditemtim[g] et cum ingente[h] iniuria callem[i] nitebatur contingere[k]. Hic cum crociis[l, 5] suis ad ornam[m] sancti[n] viri semet ipsum sanandum in oracione[o] prostravit; statimque resolutis nervorum contractibus[p], surrexit[q] sanus et laetus adque ad domicilium suum pedibus propriis revertitur, qui ad sanctum[r] sepulchrum fustibus sustentatus venit, ut sanaretur.

30. Haec[a] nos pauca de plurimis huius[b] viri miraculis vel operibus bonis, ut valuimus[c], scriptis indidimus[d]. Ceterum, si omnia bona quae egit stilo persequentes[e], membranis inserere studuissemus[f], enorme volumen, diesque* ante deficerent[g] quam

---

*) *ita A 1;* volumen et inmoderatum legentibus traderemus. Idcirco ex multis pauca

Capp. 28—30. *A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 28. a) *sic A* 2*a*. *b;* Arnegau::::sio *A* 1; Aringisilo *B* 1; Arigisilo *B* 3. b) *ita A* 1. c) *ita A* 2*a*. *b;* Cum per idem tempus mulier *A* 1; comperi. Idemtidem mulier *B* 1. d) *corr.* quedam *A* 1; quaedam *rell.* e) *sic A* 1. 2*a*. *b;* Ceucirella *B* 1; Ceucirella n. *B* 2. f) Mediomatricis *A* 2*a*; Mediomatrico *A* 2*b*; medio ausa fuit *B* 2. g) djcens *A* 1. h) die dom. *B* 1 *(non B 2)*. i) *sic A* 1. k) vibrata *A* 1. l) *cap. in haec verba desinit:* quae cum ad sancti Arnulfi sepulcrum venisset orationique prostrata, statim digiti illius, qui iam dudum palmis inhaeserant, ad pristinam sospitatem redierunt, et mox remeat laeta, quae tristis venerat et contracta *B* 2. m) macis val:la *corr.* manibus vallatis *A* 1. n) suprascriptum *A* 2*a*; supradictum *B* 1. o) abbati *corr.* abbatum *A* 1. p) ut *B* 1. q) quantotius *add. B* 1. r) *sic A* 1; fide *A* 2*a*. *b*. *B* 1. s) *sic A* 2*a*. *b;* fuisset *A* 1; advenisset *B* 1. t) *sic A* 1, *cf. SS. Rer. Merov. I, p.* 925; obserata *A* 2*a*. *b*. *B* 1. u) *sic A* 1. v) *sic A* 2*a*. *b;* Illico *A* 1; et ilico *B* 1. w) vocilvas *A* 1; *om. A* 2*a*. *b;* valvas *B* 1. x) *sic A* 1; ante sanctam basilicam *A* 2*a*. *b*; sanctae *B* 1. y) sepulturam prosternat (*corr.* prosternit) tota in *A* 1; sepulturam et prosternens se totam in orationem *A* 2*a*. *b*; semet ipsam prosternens in *B* 1. z) *om. A* 2*a*. a) *sic A* 1; digiti i., qui *A* 2*a*. *b*. *B* 1. b) resolute regore (*corr.* rigore) *A* 1; resoluto vigore *A* 2*a*. *b*. c) incolumis ad p. l. *B* 1.

Cap. 29. a) *totum cap. om. B* 2. b) homunculus *B* 1. c) *sic A* 1; Vero *A* 2*a*. *b*; Gyaro *B* 1. d) quia *A* 1. e) utraquo *A* 1. f) *sic A* 1 *(pr. m.);* baculis *rell.* g) peditum timet c. *A* 1; pedetemptim et (et *om. B* 1) c. *A* 2*a*. *b*. *B* 1. h) *sic A* 1. i) calicem *A* 1; calcem *A* 2*a*. k) contiere *A* 1, *corr.* l) *sic A* 1. *B* 1; crŏccis *A* 2*a*. *b*. m) *sic A* 1. n) scm̄ *A* 1, *corr.* o) orationem *A* 2*a*. *b*. p) contracte *A* 1; contractis *A* 2*a*, *corr.;* nexibus *B* 1. q) sanasset *A* 1; *om. A* 2*a*. r) sep. sanctum *B* 1.

Cap. 30. a) *hoc cap. Mombritius ita coegit:* De plurimis huius sancti viri miraculis haec pauca scribenda delegi ad honorem Dei, cuius est omnis honor et gloria *B* 2. b) sancti *add. B* 1. 2. c) valemus *A* 1. d) inditemus *A* 1. e) persequens m. *A* 1; prosequi et m. *A* 2*a*. *b*. f) *ita A* 2*a*. *B* 1; cupimus, ut reor me v. *A* 1; statuissemus, e. v. *A* 2*b*. g) deficient *A* 1.

1) *Arnigausus Langobardus a.* 825. *Capitulis generalibus subscripsit; cf. LL. II, p.* 252. *Arnegausius abbas aliunde notus non est.* 2) *Nomen* Ciorcilla *ex Graeco* γεωργός *fortasse pendet.* 3) *Metz.* 4) *Est nomen theutonicum Gero.* 5) *Croccus est fulcrum subalare, Germ. 'Krücke', Gall. 'potence'.*

patrata portenta. Ideo de multis pauca conabor proferre, ut non fastidium audientibus ingerem[a]. Annuet nobis intercessio beati Arnulfi subsidium apud dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor et potestas perennisque gloria cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

---

scriptis indidimus, ne audiencium auribus et legentium studiis fastidium faceremus, auxiliante omnipotente Deo[a] Iesu Christo redemptore nostro, cui est potestas et gloria cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen. EXPLICIT TRANSLATIO SANCTI ARNULFI EPISCOPI *A 2a. b;* volumen et magnum legentibus adfuisset. Nunc vero pauca de plurimis dicta sufficiant. EXPLICIT[b] VITA SANCTI CONFESSORIS ARNULFI METTENSIUM EPISCOPI *B* 1. 1*a;* volumen et magnum legentibus adfuisset. Eligimus namque de multis saltim aliqua narrare, ne audientium auribus fastidium faceremus, auxiliante Deo omnipotente et Iesu Christo redemptore nostro, cui est[c] potestas et gloria per inmortalia saecula saeculorum. Amen. Ecce! reverentissime domine Chiodulfe[1] pontifex, habeto conscriptam quam poposcisti vitam et gesta genitoris tui. Iuste quippe atque perfecte censuisti, ut cuius tenes sedem, crebro relegas et acta. EXPLICIT[d] VITA BEATISSIMI ARNULFI EPISCOPI *B* 3, 3*a*.

Cap. 30. *A* 1. 2*a*. *b*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 30. a) *ita A* 1.

Nota *. a) domino *A* 2*b*. b) *clausulam om. B* 1*a*. c) p. e. *B* 3. d) *clausulam om. B* 3*a*.

1) *Verba sunt nebulonis cuiusdam; cf. supra p.* 428.

VITA SANCTAE GERETRUDIS.

Pretiosum hoc historiae domus Carolingicae monumentum editurus summo gaudio efferor, quod mulieres nobiles Ittam, Geretrudem, Becgam ab homine harum rerum minus perito[1] *historiae fabulari attributas uxorem filiasque Pippini senioris maioris domus agnoscere potui, Friedrich v. c. secutus.*

Geretrudis patre Pippino, matre Itta a. 626. *p. Chr. nata, postquam filium ducis Austrasiorum sponsum a Dagoberto rege sibi oblatum respuit*[2], *puella quattuordecim annorum patrem amisit*[3] *(a.* 640*). Tunc mater consilio Amandi episcopi monasterium sibi filiaeque aedificandum curavit Nivialense*[4], *cui Geretrudem tonsam et sacro velamine indutam abbatissam praeposuit. Ibi tota studiis ecclesiasticis se dedidit, sancta volumina ex Urbe, ex transmarinis regionibus (i. e. Britannia) homines divinae legis peritos adsciscens. Mater anno* 12. *post Pippinum*[5] *defunctum (*652. *p. Chr.) aetate sexagenaria mortua, in Nivialensi monasterio, in basilica S. Petri apostoli sepulta est. Tunc Geretrudis cura regiminis nimis occupata, res domesticas monialibus, publicas monachis tractandas commisit; ipsa vero die noctuque adeo disciplinae ecclesiasticae incubuit,* ut pene omnem bibliothecam divini legis memoriter recondit et obscura allegoriae misteria aperte auditoribus apperuit. *Praeterea ecclesias aliaque aedificia construxit atque egenorum necessitudini summa cum liberalitate subvenit. Ubi obitum suum instare animadvertit, omni honori renuntians, consultis monachis monialibusque, Vulfetrudem neptem, Grimoaldi scilicet maioris domus filiam, a se ipsa ad regulae normam sacris litteris imbutam a.* 658, *mense Decembri abbatissam instituit*[6]. *Post tres menses, quos oratione, afflictione, abstinentia peregit, monachum in monasterium Fossuense ad peregrinum quendam*[7] *consulendum misit, quo die moritura esset. Is respondit:* Odie, *inquit,* 17.[8] Kl. Apr. est dies; crastino autem die inter missarum sollemnia illa Dei ancilla et Christi virgo Geretrudis de corpore est migratura. Et dic ei, non timeat neque trepidet de obito suo, sed laeta pergat, quia beatus Patricius episcopus cum electis angelis Dei cum ingenti gloria parati sunt eam recipere. *Re vera crastino die* 16. *Kal. Apr., qui erat dominicus, hora fere sexta,* 33. *aetatis suae anno spiritum exhalavit. Mabillonius cum codice Fuliensi usus* 15. Kal. Aprilis *scripserit, eam a.* 658, *die* 18. *Martii dominico defunctam esse credidit: minus recte, nam dies praecedens et libris A* (16. Kal. Apr. *A* 2. 3*a*, 13. *A* 1) *et inde confirmatur, quod Patricius Geretrudem recipere paratus fuisse dicitur. Eius enim memoria die* 17. *Martii colitur. Idem dies in Martyrologio Bedano (AA. SS. Mart. II, p. XIV) traditus est:* 16. Kal. Mart. In Scotia sancti Patricii confessoris. Eodem die obitus

1) *Bonnell, 'Die Anfänge des Karolingischen Hauses' p.* 68 *sqq.* 2) *Cf. V. Geretrudis c.* 1. 3) *Ib. c.* 2. 4) Nivialcha *nomen in nummis Merowingicis reperitur; cf. Barthélemy, 'Liste des noms de lieux inscrits sur les monnaies mérovingiennes' ('Bibliothèque de l'école des chartes.* 6*e série' I, p.* 459*) et Friedrich, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II,* 1, *p.* 342. 5) *V. Geretr. c.* 3. 6) *Ib. c.* 6. 7) *Ib. c.* 7. *In codicibus interpolatis A* 3 *Ultan appellatur, qui erat tunc temporis abbas Fossuensis.* 8) *Ita A* 3*a. b;* 13. *A* 1; 16 *A* 2.

sanctae Geretrudis virginis, *immo etiam apud sincerum Usuardum*[1]. *Huc accedit, quod puella, patre a.* 640. *moriente, annos quattuordecim nata, tricesimum tertium annum a Chr. n.* 659. *egit, eoque ipso dies* 17. *Martii dominicus erat. Vulfetrudis, quae ei aetate vicenaria successerat, undecimo anno, postquam abbatiam gubernandam suscepit, i. e. a.* 669, *die Novembris* 23. *mortua, in basilica S. Petri apostoli sepulta est*[2]. *Ei Dominica abbatissa successit.*

Illa monasterium Nivialense administrante, a monacho coaevo Vita Geretrudis composita est: iuxta id, *inquit,* quod vidimus vel per idoneos testes audivimus, adiuvante Christo adque sacre puelle Dominicane abbatisse ac sancte congregatione Nivialense monasterio, ubi sancta virgo praeesse videbatur, postolante, scribendo conabor caritati vestrae intimare. *Scriptor se saepe praestat testem oculatum. Miraculum, quod c.* 4. *rettulit, 'ipsa Dei famula' ei narravit. Quo 'pro utilitate monasterii' in Britanniam misso, cum navis, mari aestuante cetoque apparente, periclitaretur,* unus de nostris, qui adhuc vivit, *ter Geretrudis auxilium invocavit:* Certo quod audivi et vidi, vobis testor; tertio illo verbum repetente, coetus abyssum petiit *(c.* 5*). Denique Geretrude mortua, Vitae scriptor una cum Rinchino fratre ad sorores consolandas evocatus est (c.* 7*). Quae vero c.* 1. *de matrimonio, quod sancta recusaverat, memoriae tradidit, 'per iustum et veracem hominem comperit, qui praesens aderat'. Itaque Geretrudis Vita ut vix ante annum* 670. *composita est, ita non multo post. Eam vetustissimam esse, etiam ex sermone intellegitur: e gr. vocabulum* gignarus *pro* gnarus, *quo scriptor c.* 2. *usus est, post saeculum VIII. med. vix quisquam intellexit*[3].

Vitam in omnibus codicibus A sequuntur Virtutes, quae facta sunt post discessum beate Geretrudis abbatisse. *Qui eas adiecit in prologo praemisso se testatur Geretrudis 'vitam vel conversationem a primevo iuventutis conscripsisse': immo descripsisse, multis enim annis post Vitam Virtutes compositae sunt. Dum Vitae auctor testis oculatus res scribit, Virtutum scriptor quae perferebatur fama innitebatur:* Post annum, *inquit,* decimum obitus sui *(Geretrudis scil.)* in monasterio Nivialae iguem exortum fuisse adserunt. — — In tantum autem, ut dicunt, erupit flamma *(c.* 3*). Vulfetrude abbatissa praetermissa, ad Dominicam rettulit, quae in Vita de illa tradita erant, fuisse scilicet eam neptem S. Geretrudis, 'secus pedes' ipsius enutritam (Virt. c.* 4 = *Vita c.* 6*). Geretrudi eam successisse opinatus, mortem eius his verbis enarravit:* contigit, ut predicta abbatissa, nepta beate Geretrude, de hac luce migrasset, que post ipsam gubernatrix extiterat Nivialense monasterio *(c.* 6*). Post Dominicam, qua auctore Vita conscripta est, Agnes abbatissa electa est,* qui et ipsa similiter nutrita fuerat a beata Geretrude. *Cum autem Virtutum scriptor verbis usus sit:* cui nomen erat Agnes, *sequitur, etiam Agnetem eius temporibus inter vivos non fuisse. Ipsa basilicam S. Geretrudis aedificari iussit. Anno* 33. *post Geretrudem mortuam Becga, soror eius, Nivialam profecta, ab Agnete postulavit, ut ad monasterium aedificandum reliquias, libros sanctos, moniales seniores sibi daret (c.* 10*).* Anno autem secundo, perfectis omnibus et bene dispositis, matrona illa *(Becga scil.)* migravit ad Dominum *(ib.). 'Post non multos vero dies ad idem monasterium quaedam religiosa femina' nomine Adula veniens, Geretrudis virtutes in dubium vocavit. Cum, quo die Geretrudis memoria coleretur, interrogavisset, famula quaedam Nivialensis respondit:* 'Quinta ebdomada in quadragisima in sexta feria' *(c.* 11*). De quo anno agatur, iam quaeritur. Dominicalem cum necesse sit anno litteram fuisse A, inter annos* 691. *et* 696. *disceptandum est. Utroque cum ad canonem Victurii dies* 26. *Martii*[4] *paschalis esset, quinta*

1) *Cf. Ghesquière, AA. SS. Belgii tom. III, p.* 141. 2) *Cf. V. Geretr. c.* 6. 3) *Quam ob rem librarii posteriores correxerunt* ignarus *(ita codd. A* 1. 2. *V. Geretr., ut supra p.* 199, *l.* 34, *codd.* 4*b Historiae Daretis, ubi* gignarus 4*a) temere, nam* gnarus *postulatur.* 4) *A.* 691 *(=* 132 *Victurii) dies* 7. Kal. Aprl. lun. 22. *in uno codice Bernensi nr.* 645. *traditus est.*

quadragesimae hebdomada die 12. Martii incipiebat. Neuter autem cum vero Geretrudis anno emortuali concordat. Quae cum die 17. Martii a. 659. mortua sit, annus 693. postulatur. Itaque scriptorem falli manifestum est, sive a. 657. sanctam defunctam esse credidit, sive mortem ad a. 662. protraxit. Cum vero etiam qui sequitur miraculorum auctor Geretrudis mortem ante a. 659. posuerit, annus 691. praeferendus mihi videtur esse. Miraculum, quod eo anno, S. Geretrudis sollemnitate recurrente, Adulae ieiunium non laxanti contigit, Virtutum auctor ipse vidit: testem, *inquit,* Deum invoco, quod oculis meis vidi et per idoneos testes didici hoc quod scripsi. *Quam ob rem eum circa a. 700. haec scripsisse veri simile est. Ex contrario Bonnell, 'Die Anfänge des Karolingischen Hauses' p. 151 sq., Vitam et Virtutes S. Geretrudis in codicibus saec. VIII. IX. asservatas non ante saeculum XI. compositas esse contendit. Ineptam eius argumentationem*[1] *Friedrich, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II, 1, p. 341. 667 sqq. iam destruxit. — Virtutum scriptor Regula S. Benedicti usus est (cf. Virt. c. 2. 6).*

Virtutum S. Geretrudis continuationem, quae in codicibus A 3 exstat, circa annum 783. compositam esse opinor. Ibi c. 1. de Adalperga caeca ad sanctae sepulchrum illuminata agitur, quod miraculum fuit factum die Kal. Septb. anno 8, postquam cum Dei providentia Egeburc misericordiam indigens Dei extitit gubernatrix et mater spiritalis sanctae congregationi Nivialense. *Quod hymnum rudem de S. Geretrude (c. 3) excipit extremum miraculum (c. 4) est de puella debili ab Hildigarde regina ad monasterium Nivialense directa:* postquam beata virgo Geredrudis de hoc mundo migravit ad Dominum, anno centesimo vicesimo septimo, anno 15. regnante domno Karolo piissimo atque christianissimo rege Francorum. *Cum Karoli regis 15. annus die 24. Septembris 782. coeperit, eoque ipso, anno scilicet 783, die 30. Aprilis, Hildigardis defuncta sit, Geretrudem scriptor a. 656. obiisse credidit. Qui cum puellam illam contractam, postquam Gerstrudis 'in ipsa vigilia theophaniae', i. e. die 5. Ian. 783, ei apparuerit, die crastino, sancta intercedente, sanatam esse scripserit, ex certa temporum ratione colligendum fortasse est, eum non multo post a. 783. haec litteris mandasse, et quidem in ipso monasterio Nivialensi.*

Vita Geretrudis cum saepe retractata atque in compendium redacta sit, ego quidem praeter vetustam A duas tantum editiones B. C curavi, cum recentiores omnino nullius momenti sint.

A 1) Codex Montipessulanensis H nr. 55, saec. VIII, formae maximae, olim Boherianus B 8, ex monasterio S. Stephani Aeduensi fortasse originem traxit; cf. 'Archiv' VII, p. 197. Liber a compluribus librariis scriptus praeter Vitas Vedasti, Remedii, Paterni, Audoeni eam quoque Geretrudis cum Virtutibus continet. Hunc, ut est optimus, quantum fieri potuit, secutus sum, etiam in ratione scribendi, sed narando, axilium *similia emendavi. Quae altera manu scripta erant, cum nullius auctoritatis sint, ea non adnotavi.*

Codicem F. Braunschvig Montipessulanensis v. c. summa liberalitate in usum nostrum contulit.

*) Et ille servus Dei Ultan *add.* *A* 3*a*. *b*.
**) migratura est ad Dominum *add.* *A* 3*a*. *b*.

Cap. 7. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 7. a) migratura erit *A* 1. b) Sed et *A* 3*a*. *b*. c) ut *add.* *A* 3*a*. *b*. d) *om.* *A* 3*a*. *b*. e) sanctis omnibus *add.* *A* 3*a*. *b*. f) ingente *A* 2. g) autem *add.* *A* 3*a*. *b*. h) super hoc r. *A* 2; si de hac causa per *A* 3*a*. *b*. i) omnia *add.* *A* 3*a*. *b*. k) iudicaret *A* 1. l) dicit *A* 1. m) &u *A* 1; et tu *om.* *A* 3*a*. *b*. n) Sciens hoc quod d. *A* 3*a*. *b*. o) amplius *A* 3*a*. *b*. p) hilare *A* 2. q) suum servum? *A* 2. r) consolare. Et ita *A* 3*a*. *b*. s) p. Domini l. *A* 3*a*. *b*. t) y. et *om.* *A* 2. 3*a*. *b*. u) pervigilem *A* 3*a*. *b*. v) verba *A* 3*a*. *b*. w) corpus et sanguinem a. *A* 1. x) illi *A* 2, *ut infra; om.* *A* 3*a*. *b*. y) *ita* *A* 2. 3*a*. *b*; 13. Kl. Apral. *A* 1. z) sui *A* 1, *corr. m. al.*

Cap. 7. *B* 1. 2.

Cap. 7. a) de *B* 2. b) missione *B* 2, *corr.* c) sententiam *desideratur.*

1) *De tempore quo mortua est supra p.* 447. *disserui.*

A.

haec cum dixisset, Deo desideratum amisit spiritum. Dum ibidem[a] ego et alius frater Rinchinus[b] nomine[c] fuimus[d] evocati propter sororum consolationem, vocavit me ex nomine ille servus Dei Rinchinus et dixit: 'Sentis aliquid?' Ego autem respondi: 'Non nisi sorores in grandi[e] maerore video'. Cum haec dixissem[f], venit suavissimus odor, quasi flagrantia[g] unguentorum mixta, redolebat illa cellola, ubi sanctum corpus iacebat. Et nos inde degressi, in naribus nostris adhuc illius miri odoris suavitatem sentiebamus[h]. Cum omnia[i] que circa beatissimum[k] corpus agebant et officia impleta fuissent, in cisterna sua, quam olim sibi praeparaverat, cum divinis laudibus a sacerdotibus et Dei ancillis corpus beatissimae virginis Christi Geretrudis[l] honorificae traditur sepulturae, ubi cotidie orationum[m] praestantur beneficia[*].

EXPLICIT VITA[n].

B.

est; haec cum dixisset, emisit, Deo[a] desiderante, spiritum suum. Dum autem ibi ego et alius frater nomine Rinchinus fuissemus evocati, vocavit me ex nomine servus Dei Rinchinus et ait: 'Sentis aliquid?' Et ego respondi: 'Non nisi sorores in grandi merore video'. Cumque hoc diceret, venit odor suavissimus quasi fraglantia[b] unguentorum, et redolebat tota cellula, ubi sanctum corpus eius iacebat. Et nos inde digressi, in naribus adhuc illius[c] miri odoris suavitatem sentiebamus. Cum omnia quae circa beatissimum corpus agebant et officia fuissent impleta, in cisterna, quam sibi olim preparaverat, cum divinis laudibus et sacerdotibus et ancillis Dei corpus beatissimae virginis Christi Gertrudis honorificae traditur sepulturae, ubi cotidie orationum prestantur beneficia per dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat[d] cum Patre et Spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

*) per merita et intercessionem virginis Christi *add.* *A* 3*a*. *b*.

Cap. 7. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 7. a) *om*. *A* 1*;* Dum vero i. *A* 3*a*. *b*. b) Rincuinus *A* 1, *ut infra;* Richinus *semper* *A* 3*a*. *b*. c) nomen *A* 2; non *A* 3*a*; ñ *A* 3*b*. d) fuissemus *A* 3*a*. *b*. e) grandem errore *A* 2. f) dixisset *A* 1. g) *ita* *A* 1. 3*a*. *b*; fragrantia? *A* 2. h) sentiamus *A* 2. i) honorifice *add*. *A* 3*a*. *b*. k) c. corpus eius debebatur (debebantur *A* 3*b*) peragi et o. expleta *A* 3*a*. *b*. l) Ger(e)drudae *A* 3*a*. *b*. m) eius *add.?* *A* 2. n) sanctę Geretrudis *add*. *A* 2; E. V. *om*. *A* 3*a*. *b*.

Cap. 7. *B* 1. 2.

Cap. 7. a) *bis scr., sed corr.* *B* 2. b) flaglantia *B* 1. c) *om.?* *B* 2. d) c. P. et S. s. r. *B* 2.

DE[a] VIRTUTIBUS, QUAE FACTA SUNT POST DISCESSUM BEATE GERETRUDIS ABBATISSE.

1. Cum multos homines cernimus in hoc saeculo viventes vitam angelicam ducere, unde hoc fieri poterit, nisi[b] quia, quamvis corporaliter hic apud homines viventes, quamdiu in corpore subsistunt, tamen eorum mens et conscientia in aeternitate solidatur, et cor ipsorum in contemplatione divinitatis[c] incessabiliter occupatur? Ita et haec[d] famula Christi Geretrudis, cuius vitam vel conversationem a primevo

Cap. 1. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 1. a) De — abbatisse *om*. *A* 2. 3*a*. *b*. b) hoc *add., sed eras.* *A* 1. c) div. — conversationem *om*. *A* 3*a* (*m. al. in ima marg. suppl.*). *b*. *c*. d) huic famule Chr. Geretrude *A* 1.

iuventutis[a] conscripsimus, quamvis hic carnaliter apud mortales conversata fuisset et gubernatrix extiterit famulorum famularumque Christi, quae sub ditione sua deguerunt[b], tamen interiorem vitam ac perpetuam numquam in oblivione[c] tradidit nec[d] statum rectitudinis suae nec morum gravitatem[e] nec disciplinam rigoris amisit. Idcirco apud[f] omnipotentem Dominum promeruisse manifestum est, ut post obitum[g] eius non minimas fieri per ipsam virtutes, quatenus, ut[h] omnibus innotisceret, qui vitam eius vel abstinentiam corporis[i] agnoverunt, nossent nunc etiam, quantum apud Deum obtinere precibus valead, cum virtutes, que[k] Dominus, si[l] petentium fides exigit, dignatus est ostendere ad sepulcrum eius, si[m] aliqua exinde commemoramus, et ad medium deducamus.

2. Erat quedam abbatissa in monasterio Treverense, cui nomen erat Modesta, et hec ipsa ab infantia sua Deo consecrata fuerat similiterque et sanctae Geretrude[a] in amicitia divina familiariter constricta videbatur. Quamvis longe positae longeque disiunctae[b] inter se fuerunt[c] corporaliter, et multis miliis[d] et terrarum spatiis interiacentibus, quod oculorum obtutibus inter se videre non[e] quiverunt, animo tamen atque in[f] cordis[g] dilectione semper praesentes[h] fuerunt, quia[i] aequalem servitutis militiam baiularunt[1] et Domino in sinceritate cordis aequaliter sine dolo servierunt. Post multum vero temporis spatium contigit hoc quod volo[k] ad memoriam vestram narrando revocare[l], ut[f] quadam die, cum praedicta Dei famula Modesta in monasterio suo posita, orationis causa in eclesiam suam intrasset, seque ipsam ante altare beatae Mariae[m] semper virginis in oratione[n] prosternebat. Cum autem, finita oratione, surrexisset[o], se ipsam undique circumspiceret[p], subito aspexit viditque ad dexteram latus altaris sanctam[q] Geretrudem stantem in eodem habitu atque in eadem specie, qua ipsa formata fuerat[r]. Dixitque ad eam: 'Soror Modesta, certam tene hanc visionem et sine ulla ambiguitate scias me hodie in hac eadem ora absolutam de habitaculo carnis huius. 659, Mart. 17.
Ego sum Geretrudis, quam multum dilexisti'. Et his dictis ab oculis aspicientis ablata est. Tunc illa intra se tacite cogitabat, quid tanta[s] visio debuisset[t] fieri. Et in[u] eadem die de visione illa nemini indicavit nullum[v] verbum. Cum autem crastinus[w] advenisset dies, civitatis Metensis[x] episcopus nomine[y] Chlodulfus[2] venit ad monasterium praedictae Dei famulae Modestae. Tum illa inter alia conloquia Dei virgo interrogavit episcopum de sancta Geretrude, in quale[z] habitu vel ordine[a] vel specie ipsa fuisset. At ille statim per ordinem narravit[z] staturam corporis eius et speciem decoris eius. Tunc beata Modesta intellexit ex[b] signa, que[c] ab episcopo audierat, verum esse, quod ante viderat[d], et dixit ad eum: 'Hoc tibi nunc confiteor[e], quod ante celabam, qua[f]

Capp. 1. 2. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 1. a) suae *add.* *A* 3a. *b*. b) fuerunt *A* 3a. *b*. c) *ita A* 3*a*; oblivone *A* 1, *corr.*; oblivionem *A* 2. 3*b*. d) nestati *A* 1. e) servitutem *A* 2. f) *om.* *A* 2. g) e. o.? *A* 2. h) *om.* *A* 3a. *b*. i) abstinentiam cognoverunt *A* 3*a* (*pr. m.*). *b*. k) quas *A* 3a. *b*. l) se *A* 1. m) *ita A* 1. 3*a*; *om.*? *A* 2; sed *A* 3*b*.

Cap. 2. a) Geretrudi? *A* 2. b) disiuncti *A* 2. c) fuissent *A* 3a. *b*. d) milib? (*e corr.* b) *A* 1; m. et *om.* *A* 3a. *b*. e) no:: qui::verunt *A* 1; nequiverunt *A* 3*a*; non poterant *A* 3*b*. f) *om.* *A* 3a. *b*. g) cordibus *A* 1. h) presentis *A* 2. i) qui *A* 3*a* (*pr. m.*); quae *A* 3*b*. k) ad m. v. volo enarrando *A* 3a. *b*. l) reducere *A* 1. m) et *add.* *A* 2. 3*a*. n) orationem *A* 2. 3*b*; prosterneret *A* 2. 3a. *b*. o) et *add.* *A* 3a. *b*. p) conspiceret *A* 3a. *b*. q) sanctae Gertrudis (in *marg.* ea sanctam) *A* 1. r) fuisset *A* 2; fuit *A* 3a. *b*. s) tantę visioni *A* 3a. *b*. t) debet *A* 2; deberet *A* 3a. *b*. u) & die eadem *A* 2. 3a. *b*. v) ullum *A* 1 (*e corr.*). 2. 3a. *b*. w) crastina a., c. *A* 3a. *b*. x) ei *add.* *A* 1. y) nomen Clodulfus *A* 2, *ut infra*. z) qua *corr.* quo *A* 1; quali *A* 3a. *b*. a) o. vel *om.* *A* 3a. *b*. b) hec *A* 1; signo *A* 2. 3c. *b*. c) quod *A* 3a. *b*. d) aviderat *A* 1. e) pater *add.* *A* 3a. *b*. f) qua *corr. m. al.* quod *A* 1; quod? *A* 2; quia *A* 3a. *b*.

1) Aequalem servitutis militiam baiulamus *scribit S. Benedictus in Regula c.* 2. 2) *De eo v. supra p.* 427.

revelatum mihi fuit hesterno die hora quasi sexta[1], quod[a] de hac luce ipso die et eadem ora migrata[b] fuisset'. Et postea totam[c] rem per ordinem pandit episcopo. Ille autem diem ipsum atque horam consignans praedictus episcopus Chlodulfus[d] et invenit ita factum ordinem rei, sicut et[e] supradicta prius indicaverat abbatissa.

3. Post annum autem[a] decimum obitus sancti[b] in monasterio Nivialae[c] ignem exortum fuisse adserunt[d], ubi ipsa praefuit sancta[e] Geretrudis, adhuc vivens[f] in corpore. In tantum autem, ut dicunt, erupuit[g] flamma vehemens, ut nullus monachorum vel virginum seu virorum ibidem concurrentium nullam[h] spem haberent[i] ad liberandum monasterium de incendio. Ipse autem ancillae Dei, quae[k] ibidem congregate fuerant, foras murum extra monasterium ad vicina loca confugerunt. Tunc vir unus, cui cura monasterii commendata fuerit[l] regere, repente elevans oculos suos, viditque sanctam Geretrudem stantem in summitate refectorii in ipsa[m] specie vel habitu, qua[n] ipsa fuit[o], et cum ipso velamine, qua[n] erat cooperta, semper iactabat[p] flammam de domo. Ille autem vir[q] tante[r] visione non perterritus, sed gaudio magno repletus, suos sotios ortabatur[s], ut constanter agerent. Ipse autem cursu concito[t] ascendens sursum, ut videret exitum rei. Tunc mirum in modum cumsubito[u] viderunt liberatum monasterium in ipsa hora de incendio.

4. Alio quoque tempore admoniti[a] sunt per visionem aliquae de[b] sororibus, ut et[c] lectulum, ubi sancta Geretrudis[d] post laborem vigiliarum orationumque[e] solebat fatigantia membra aliquid[f] requiescere, ut nullus hominum ulterius in eum[g] requiescere fuisset ausus. Tunc praedicta Dei famula Dominica abbatissa[h], nepta[2] sanctae[i] Geretrude, quae secus pedes eius[k] fuerat nutrita, gaudio repleta est, quod per tanta signorum miracula eam Dominus dignatus est manifestare. Convocata autem universa[l] congregatione, ipsum lectulum tulerunt et portaverunt cum honore magno et Dei laudibus et deposuerunt eum in basilica sancti Pauli apostoli, ubi nunc Dominus multa signa atque[m] virtutes ostendere dignatus est.

5. Fuit quedam puella in regione eadem, quam gravissima egritudo depresserat, et[a] nullus eam medicus per annos plurimos sanare potuisset, et[b] ad extremum oculorum suorum lumen amisit et ceca efficitur[c]. Tunc parentes illius[d] puelle tulerunt eam et secum duxerunt ad monasterium Nivialae[e], ut saltim ibi invenirent aliquos medicos, qui eam curare[f] potuissent. Tunc in ipsa nocte aparuit ei sancta Geretrudis per

Capp. 2—5. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 2. a) quia ? *A* 2. b) migratura *A* 2. c) totum semper ordinem *A* 2. d) Chodulfus *A* 1, *corr.*; *om.* *A* 3*a*. *b*. e) ei *A* 1.

Cap. 3. a) *om.* *A* 3*a*. *b*. b) sui *A* 1; o. sanctae Ger(e)drudis virginis Christi in *A* 3*a*. *b*. c) Nibilia ignis *A* 2; Nivallę *A* 3*a*. *b*. d) afferunt *A* 1. e) p. Ger(e)drudis virgo Christi quamdiu vivens fuit in c. *A* 3*a*. *b*. f) viveret *A* 2. g) *ita* *A* 3*a*. *b*; erupit *A* 1; eripuit *A* 2. h) ullam *A* 2. 3*a*. *b*. i) habebant *A* 2. k) quique ibidem *A* 1. l) fuit *A* 2; fuerat *A* 3*a*. *b*. m) ipso (aspectu *in marg. add.*) vel *A* 1. n) quo *A* 3*a*. *b*. o) fuisset *A* 2; fuerat *A* 3*a*. *b*. p) proibebat *A* 2. q) de *pro* vir *A* 3*a*. *b*. r) *ita* *A* 1. s) adortabatur *A* 1. t) concite *A* 1. u) *pro* c. *rasura est* *A* 1; subito *A* 3*a*. *b*.

Cap. 4. a) ad monasterium per *A* 3*a*. *b*. b) a. sorores *A* 3*a*. *b*. c) ut in ipso lecto *A* 3*a*. *b*. d) ancilla Christi *add.* *A* 3*a*. *b*. e) orationum instantia (instantiam *A* 3*b*) a. fatigata *A* 3*a*. *b*. f) aliquod *A* 2. g) eam *A* 2; in ipso lecto r. *A* 3*a*. *b*. h) abba nepota *A* 2: *item infra*. i) sancta *A* 2. k) ei *A* 1. l) universi congregationi *pr. m.* *A* 1; omnem congregationem *A* 3*a*; omni c. *A* 3*b*. m) a. v. *om.* *A* 3*a*. *b*.

Cap. 5. a) ut ? *A* 1. b) *om.* *A* 3*a*. *b*. c) effecta est *A* 3*a*. *b*. d) ipsius *A* 3*a*. *b*. e) Niviale *A* 2; Nivialla *A* 3*a*. *b*. f) sanare *A* 3*a*. *b*.

1) *Cf. Vitam c.* 7. 2) *Haec Vitae auctor de Vulfetrude abbatissa narravit; cf. c.* 6: nepotam suam secus pedes eius — — nutritam nomine Vulfetrude.

visum et dixit ad eam: 'Puella, noli dubitare, sed crede in domino Iesu Christo et vade ad lectum, que[a] est positus[b] in eclesia beati Pauli[1] apostoli, ubi Geretrudis requiescere solebat[c]. Ibi acceptura eris sanitatem de omni tribulatione, que[d] in corpore[e] tuo pateris[f]'. Ipsa autem puella propter gravitudinem infirmitatis suae non potuit ante diem tertium pervenire illuc. Cumque cuncta congregatio in horam tertiam ad opus divinum consisterent[g], et opere Dei completo, superveniente autem puella, quae fuerat infirma, tuleruntque[h] eam sorores et adduxerunt ad lectulum[i], ubi iussa fuerat ambulare. Cumque se in oratione Domino substravisset et ad lectulum[i] inclinasset, statim aperti sunt oculi eius, et totum corpus, que[k] ante vulnerata fuerat, ita repente sanata[l] est, acsi[m] umquam vulneris nihil habuisset. Illa autem Domino[n] gratias agebat et gaudio magno repleta est et exultatione[o] revertebat ad suos[p] parentes.

6. His ita[a] gestis, contigit, ut predicta abbatissa, nepta[b] beate[c] Geretrude[d] de hac luce migrasset, que post ipsam[2] gubernatrix extiterat Nivialense[e] monasterio. Tunc cuncta familia unianimiter omnes unam puellam ex nobile genere[f] ortam sibi elegerunt abbatissam, cui nomen erat[3] Agnes, qui et ipsa similiter nutrita fuerat a beata[g] Geretrude. Ipsa autem postea edificavit eclesiam in honore virginis Christi sanctae Geretrudis[h]. Die vero eadem[i], qua ecclesia[k] aedificata fuerat, et lectum[l] fuisset cum honore ibidem portatum, ipsa autem[m] nocte omnes sorores in eadem aeclesia cum[n] reverentia sollemnitatis[o] vigilias habuerunt. Finito autem matutino[p] et opere Dei[4] completo et extinctis[q] lucernis 7, quae[r] semper in eodem oraturio ardere solebant, mane autem[s] facto, cum et ipse[t] sorores ad orationem in eandem ecclesiam intrassent, et[u] viderunt[v] omnes lucernas ardentes, que[w] ante extinctas demiserunt[x]. Unde factum est, ut devulgatum[y] esset hoc miraculum per universam regionem illam, et fama exiit[z] de virtutibus eius[a], ut omnes, qui longe aut[b] prope essent, venientes ibidem ad sepulcrum beate[c] virginis remedium querere animarum et[d] corporum simul, et cum Dei adiutorio omnes, qui illic ad[e] amorem divinitatis auxilium querebant, sani atque incolumis[f] inde revertebantur.

Capp. 5. 6. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 5. a) *ita A* 1. b) posita *A* 2. c) *e corr. A* 1. d) que *corr.* quā *A* 1; quę *A* 2. 3*a*. e) *alt.* o *superscr. A* 1. f) paciaris *A* 2. g) consistebant *A* 2. h) que *om. A* 3*a*. *b*. i) lectum *A* 3*a*. *b*. k) quod a. vulneratum *A* 1 *(e corr.)*. 3*a*. *b*. l) sanatum *A* 1 (?). 3*a*. *b*. m) a. u. v. *om. A* 2. n) *om. A* 2. o) exultatio *A* 2. p) p. s. *A* 1.

Cap. 6. a) s *m. al. suppl. A* 1. b) neptis *h. l. A* 3*a*. *b*. c) beata *A* 2. d) virginis Christi *add. A* 3*a*. *b*. e) Nivaliense *A* 1. f) hortam g. *A* 3*a*; o. *om. A* 3*b*. g) f. abatet *A* 1. h) Geredrude *A* 3*a*; Gerdrudę *A* 3*b*. i) eodem *A* 2; quo *A* 1. k) aed. eccl. *A* 3*a*. *b*. l) lectus *A* 3*a*. *b*. m) *om. A* 3*a*. *b*. n) summa *add. A* 3*a*. *b*. o) sūnitatis ? *A* 1; sollemnitates vigiliasque *A* 3*a*. *b*. p) cursu *add. A* 2. q) extincte sunt lucerne *A* 1. r) qui *A* 2. s) f. a. *A* 3*a (corr.)*. *b*. t) ipsas ? *A* 1, *corr.* u) *eras. A* 1*; om. A* 3*a*. *b*. v) viderent *A* 1. w) quas *A* 1 *(e corr.)*. 2. 3*a*. *b*. x) reliquerat *A* 1; dimiserant *A* 3*a*. y) devulgaretur (divulgaretur *A* 3*b*) hoc *A* 3*a*. *b*. z) exigit *A* 1. a) v. ancillae Christi Ger(e)drudę, ut *A* 3*a*. *b*. b) e. aut p. *A* 3*a*. *b*. c) s. v. Dei r. quęrerent *A* 3*a*. *b*. d) s. et c. *A* 3*a*. *b*. e) illic cum amore *A* 3*a*. *b*. f) incolomes *A* 2. 3*a*. *b*.

1) *Ecclesia S. Pauli Nivialensis tempore Ottonis III. imperatoris (a. 992) 'noviter', i. e. denuo, constructa (Miraeus, Opera dipl. I, p. 656), saec. VII. iam extitit. Ex hoc loco Bonnell, 'Anfänge des Karol. Hauses' p. 152, temere collegit, Vitam Geretrudis ante saec. XI. compositam non esse; cf. Friedrich, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, 1, p. 341.* 2) *Immo post Vulfetrudem Dominica Geretrudi successit; cf. Vitam c. 6.* 3) *Itaque Agnes scriptoris tempore iam defuncta erat.* 4) Opus Dei *vel* divinum *pro officio divino accipitur, ut in Regula S. Benedicti c. 16. 22 cet.; cf. Ducange ed. Favre VI, p. 51.*

7. Erat autem quidam vir in hac vicina loca, cuius uxor ceca est effecta[a], tulitque eam vir suus et adduxit eam[b], ubi sancta virgo quiescebat[c], ad supradictum monasterium Niviala[d]. Cum autem ecclesiam[e] intrassent, et illa stetisset subter unam[f] lampadem, repente effundebatur illa candela[g], qua ipsa[h] subter stetisset[i], et effudit[k] super pallium, qua[l] induta erat. Omnes[m], qui illic aderant et viderunt hoc miraculum, tenentes ex ipsa gutta, et[n] uncxerunt oculos eius, et statim inluminati sunt oculi mulieris, que[o] ante fuerat caeca. In crastinum autem confortata est in fide et spe et[p] in virtutibus sanctae virginis[q] Geretrude[r] sana reversa est ad[s] domum suam. Quoniam satis longum est[t] per ordinem totum enumerando perstringere, quanta fecisset[u] Deus per eam omnibus ad eam confugientibus[v] et causam salutis ab ea postulantibus, cum adiutorio Domini omnes inde[w] incolumes revertebantur; qui nomen eius cum[x] fide invocantes[y], de quacumque tribulatione obpressi fuissent[z], statim eis[a] angelus Domini adfuit[b] adiutor.

8. Alio quoque tempore dum latrones quendam puerum conprehenderunt[a] et ligaverunt eum[b], cumque diu teneretur in vinculis, volentes eum in captivitatem[c] extra patriam venumdare, tunc[d] subito puer rememorans cum fiducia nomen sanctae Geretrude[e] deprecatusque eam, ut sibi auxilium inpendisset, statim ceciderunt vincula de manibus eius, quibus fuerat[f] colligatus, et coepit currere, ut se liberaret. Illi autem viri, qui eum vinctum[g] habuerunt[h], similiter ceperunt currere post ipsum, ut eum conprehenderent[i], et non potuerunt. Sicque liberatus est puer de[k] manu latronum et inimicorum eius[*].

9. Iterum autem postea alio tempore dum vir quidam in magnis criminibus inventus fuit[a], ita ut dominus eius iuberet[b] eum tenere et in vinculis constringere[c], tunc ille infelix in angustia positus et nimio pavore perterritus, quia omnes qui aderant de vite eius[d] longitudine eum nihil habere[e] sperantes, ipse autem[f], qui erat vinctus, confortatus est in spe et[g] deprecans se[h] ad sanctam[i], ut sui miseri[k] auxiliaret. Statimque et in ipso[l] tempore confracti[m] sunt ferri[1], unde erat strictus[n], secumque ipse[o]

---

*) per auxilium sanctae Ger(e)drudis *add.* *A* 3*a*. *b*.

Capp. 7—9. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 7. a) eff. est *A* 3*a*; est *om.* *A* 3*b*. b) *om.* ? *A* 2. c) requiescit *A* 3*a*. *b*. d) Nivialla *fere* *A* 3*a*. *b*. e) ecclesia *A* 2. f) unum *pr. m.* *A* 1. g) ille, qua *A* 1; effudit illa candela, supter (subter *A* 3*b*) qua i. stet. *A* 3*a*. *b*. h) illa *A* 2. i) subteerat *A* 1. k) venit *A* 3*a*. *b*. l) quo *A* 3*a*. *b*. m) Omnesque qui *A* 3*a*. *b*. n) *om.* *A* 3*a*. *b*. o) e *postea suppl.* *A* 1. p) *ita* *A* 1. 3*a*. *b*; *om.* ? *A* 2. q) *om.* *A* 3*a*. *b*. r) Geretrudis ? *A* 2. s) in *A* 3*a*. *b*. t) est enumerando *A* 2. u) q. beneficia facit Deus cottidie propter suam misericordiam omnibus illuc confugientibus *A* 3*a*. *b*. v) confuigientibus *A* 1; confugentibus *A* 2. w) exinde *A* 1. x) confide *A* 2. y) invocabant, q. *A* 1. z) erant *A* 2; essent *A* 3*a*. *b*. a) *om.* *A* 3*a*. *b*. b) aderat *A* 1.

Cap. 8. a) conpraehenderent l. *A* 3*a*. *b*. b) *om.* *A* 1. c) captivitate *A* 3*a*. *b*. d) tum *A* 2. e) Geretrudis ? *A* 2, *ut infra*. f) e. f. *A* 3*a*. *b*. g) ligatum *A* 3*a*. *b*. h) habuerant *A* 1. i) conprehenderunt *A* 1, *corr. m. al.* k) da *A* 2; de manibus *A* 3*a*. *b*.

Cap. 9. a) fuisset *A* 3*a*. *b*. b) iussit *A* 2; iussisset *A* 3*a*. *b*. c) confringi *A* 3*a*; constringi *A* 3*b*. d) huius ? *A* 2; illius spacio ni(c)hil *A* 3*a*. *b*. e) hab^e^re *A* 1; ei *A* 2; *om.* *A* 3*a*. *b*. f) miser *add.* *A* 3*a*. *b*. g) sp. d. convertit se ad sanctam virginem Christi (Chr. *om.* *A* 3*b* ?) Ger(e)drudem, ut ei misero *A* 3*a*. *b*. h) *om.* *A* 1. i) virginem *add.* ? *A* 2. k) misero *A* 2. 3*a*. *b*. l) *om.* *A* 1. m) confracti serri *A* 1; confracta sunt ferre *A* 2; confracti sunt nexus ferrei (ferreus *A* 3*b*), unde *A* 3*a*. *b*. n) constrictus *A* 3*a*. *b*. o) *om.* *A* 1; secundum ipse d. *A* 2; secumque eos ipse detulit *A* 3*a*. *b*.

1) *Ferra sunt catenae; cf. Ducange ed. Favre III, p.* 444.

detulit ad monasterium Nivialae[a] et omnes porte[b] ostiaque eclesiarum apperta[c] repperit et ad ipsum sanctum lectum[d] pervenit, ibique liberatus est per[e] virtutem sanctae[f] virginis[g].

10. Anno autem trigesimo tertio post obitum beatae Geretrude, inspirante Domino, venit[a] in corde sue germane[b] nomine Becgane[c], ut sibi ipsa vellit[d] monasterium[1] construere. Postea vero in tale[e] devotione venit ad supradictum monasterium Nivialae[f], postulansque praedictam[g] abbatissam Agnem[h] simulque omnem congregationem, ut ei aliquo[i] adiutorium prebuissent[k] de causa spirituale[l], unde maximam necessitatem habuisset[m] sue devotionis initium. Tota autem illa congregatio amantissimo animo susciperunt petitionem[n], quam ipsa postulasset, et dederunt ei reliquias et libros sanctarum scripturarum. Similiterque dederunt[o] ei in sancto habitu seniores spirituales sorores[p], qui[q] ipsum monasterium docere potuissent regularis[r] vite disciplinam[s] normamque relegionis initium[t]. Et ex eo lecto ei[u] dederunt partem[v], ubi sancta Geretrudis, germana sua, migravit ad Christum. Tunc christianissima matrona, acceptis his omnibus, quae ad relegionis reverentiam pertinebant, cum honore et reverentia hec omnia secum detulit ad monasterium suum cum gaudio et[w] exultatione magna repleta. Cum autem adpropinquassent ad monasterium, ubi tendebant[x], levaverunt cum canticis cruces[y] et Domino laudes caecinerunt[z]; portaverunt[a] reliquias et lectum sanctum, quam[b] secum detulerant[c], et posuerunt eum iuxta altare sanctae Genoveve[d] virginis. Quis autem hominum verbis explicare poterit, quanti[e] ibidem cotidie a demonio[f] mundati, quanti infirmi curati[g] et de quacumque tribulatione*) liberati. Anno autem secundo, perfectis omnibus et bene dispositis, matrona illa migravit ad Dominum.

11. Post non multos vero dies ad eandem[a] monasterium quedam relegiosa femina venit, ex nobile[b] genere orta, cui nomen erat Adula, in omnibus vere ancilla Christi, in habitu casta, in humilitate relegiosa, in[c] caritate non ficta, in[d] elimosinis senibus ac pauperibus larga, egenis et peregrinis hospitalis. Sed tamen[e] dubitationem habebat, utrum Dominus tanta signa adque[f] virtutes per meritum[g] beatae Geretrude dignatus

*) t. ibi clamaverint ad Deum (Dominum *A 3b*), liberati redeunt. Anno *A 3a. b.*

Capp. 9—11. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 9. a) Niviala *A* 2. b) portas osteaquę *A* 2; portas monasterii, hostias ecclesiarumque *A* 3*a*. *b*. c) apertas *A* 2. 3*a*. *b*. d) locum *A* 3*a*. *b*. e) p. — v. om. *A* 1. f) Ger(e)drudis *add*. *A* 3*a*. *b*.

Cap. 10. a) vivens *A* 1; v. s. g. in corde *(corr. A 3b)* sanctae Ger(e)drudę nomine *A* 3*a*. *b*. b) gemane *pr. m.* *A* 1. c) Becca *A* 2; Beggane *A* 3*a*. *b*. d) vellet *A* 3*a*. *b*. e) tali ? *A* 2; vero d. fideli v. *A* 3*a*. *b*. f) Niviola *A* 2. g) predicta *A* 2. h) ignem *A* 2. i) aliquam *A* 2; aliquem *A* 3*a*; aliquod *A* 3*b*. k) praeberent ? *A* 1. l) spiritali *A* 2. 3*b*; spiritalia *A* 3*a*. m) habebat *A* 1. n) eius *add*. *A* 3*a*. *b*. o) dederant *A* 2. p) (soror *m. al. in litura scr.*)es *A* 3*a*; sor. *om*. *A* 3*b*. q) *ita A* 2. 3*a*. *b*; quae ? *A* 1. r) [re]gulari vitam *A* 2. s) discipline *A* 1. t) *om*. ? *A* 2. u) d. ei *A* 3*a*. *b*. v) p., in quo s. *A* 3*a*. *b*. w) *om*. *A* 2. x) tendebantur *A* 3*a*. *b*. y) crucis *A* 2. z) cacinnerunt, *exp. alt.* n *A* 1; et *add*. *A* 3*a*. *b*. a) *om*. *A* 1. b) quem *A* 3*a*; quę *A* 3*b*. c) detulerunt *A* 3*a*. *b*. d) Genovefę (Geno:fe:uę *A* 3*a*) v. Christi. Q. *A* 3*a*. *b*. e) quante *A* 2. f) demonibus mandati *(corr. m. al.)* *A* 1; demonio mundatę *A* 2. g) curate *A* 2.

Cap. 11. a) ::idē *A* 1; (ea *ras.* ?)ndem *A* 3*a*; eundem *A* 3*b*. b) nobili *A* 2. 3*a*. *b*. c) *om*. *A* 2. d) et *A* 2. e) d. t. *A* 3*a*. *b*. f) aq; *pr. m.* *A* 1. g) merita *A* 3*a*. *b*.

1) *Nempe monasterium Audanense apud Andanam seu Andennam, celebre comitatus Namurcensis municipium, haud procul a ripa fluminis Mosae: quod monasterium in saecularium canonicarum collegium conversum est, aeque ac Nivialense. Mabillon.*

esset ostendere, an non. Unde contigit, ut contentio inde exoriretur[a], sic tamen quasi per[b] ioco inter praedictam matronam et unam famulam Dei ibi[c] in monasterio. Quadam autem die interrogabat[d] eam matrona, dicens: 'Quale[e] die erit ista festivitas 691, Mart. 17. sanctae Geretrude[f]?' Illa autem respondens dixit: 'Quinta ebdomada in quadragisima in sexta feria[1]'. At illa dixit: 'Absit hoc a me, ut[g] hac solemnitate aliquid extra solito penso[h] servitutis nostre augere voluero[i] in refectione'. Ipsa autem puella respondens[k] dixit: 'Si[l] autem ipsa aliquid apud Deum[m] impetrare poterit[n], faciat tibi, ut die eodem volente[o] nolenteque facias caritatem[2]'. Cum autem adpropinquasset dies ille, tunc omnes, qui ad hanc solemnitatem illic[p] convenerant, sive[q] viri sive feminae, monachi ac virgines Christi, cum honore et[r] reverentia celebrantes diem illam. Et[p] post expleta solemnitate missarum, tunc[p] sumserunt cibum potumque cum gratiarum actione[s] gaudentes ex omnibus escis, quibus licitum fuit quadragessimo tempore comedere; sola autem[t] matrona ea[u] die non commedit. Erat autem[p] ei filius parvulus, quem multum diligate[v] diligebat. Superveniens autem infans petit[w] ab ea, ut sibi licuisset ludificare[x]. Illa autem dixit ad eum: 'Fac tibi, quod vis[y]'. Infans autem iocabat[z] et currebat huc illucque. Subito[a] casu contigit, cecidisse eum in fonte[b], que[c] illic erat, et tam diu ibi iacebat[d], usque dum sorores de mensa surrexerant[e] cum gaudio repletas[f], laetantes et bene[g] refectas. Una autem de sororibus supervenit et dixit: 'Scitis, quod iste[h] filius matrone mortuus est[i]?' Interrogabant eam, quis illum occidisset[k]. Illa autem[h] respondens[l]: 'In fonte[b] cecidit, ibique mersus est'. Tunc[m] illa sanctimoniales[n], qui ante contenderat[o] cum ipsa matrona[p] de virtutibus sanctae Geretrude, exclamavit voce magna et dixit: 'Sancta[q] Geretrudis, tu hoc fecisti, quoniam nolebat[r] mater huius[s] infantis virtutibus[t] credere, que[u] per te Dominus operatus est'. Et ait[v] iterum: 'Obsecro sanctitatem tuam, sancta[w] Geretrudis virgo[x] Christi, et per dominum nostrum Iesum Christum tibi adiuro, ut, sicut apud Dominum inpetrare poteris[y], ita eum resuscitare digneris[z]'. Et cepit ire festinanter, ut peteret[a] infantem. Cum autem iret, mater eius obviam ei facta est et dixit: 'Quid facis, soror?' At illa respondens tertio cum iuramento et dixit: 'Quod ego facio, et tu fac similiter. In veritate crede, quia[b] in ac eadem hora tibi[c] vivum restituet filium tuum sancta Geretrudis'. Tulit autem infantem et posuit eum iuxta lectum beate[d] Geretrude. Mox

Cap. 11. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 11. a) exoritur *A* 2; exoriret *pr. m.* *A* 3*a*. b) pro *A* 2; per iocum *A* 3*a*. *b*. c) ibidem ? *A* 1. d) interrogavit *A* 3*a*. *b*. e) Quale — f. s. Geretrude *om.* *A* 1; Quali *A* 3*a*. *b*. f) Geretrudis ? *A* 2; Ger(e)drudę *A* 3*a*. *b*. g) in *add.* *A* 3*a*. *b*. h) pensu *A* 3*a*. *b*. i) augeam in *A* 3*a*. *b*. k) respondit dicens *A* 3*a*. *b*. l) Si beata Ger(e)drudis aliquid *A* 3*a*. *b*. m) Dominum ? *A* 2. n) potest *A* 1. o) volens nolensque *A* 3*a*. *b*. p) *om.* *A* 3*a*. *b*. q) sibi v. sibi *A* 2. r) (et r. *om.*) celebraverunt diem illum *A* 3*a*. *b*. s) actione: Gaudentes *distinguit* *A* 1. t) illa *add.* *A* 3*a*. *b*. u) eo *A* 2. 3*a*; ea die *om.* *A* 3*b*. v) *ita* *A* 1. 2; delicate *A* 3*a*. *b*. w) petiit *A* 3*a*. *b*. x) iocari *A* 3*a*. *b*. y) fili *add.* *A* 3*a*. *b*. z) c *superscr.* *A* 1. a) Subitoque *A* 3*a*. *b*. b) fontem *A* 2. 3*a*. *b*. c) qui ibi *A* 3*a*. *b*. d) iacuit, quousque s. *A* 3*a*. *b*. e) surrexerunt *A* 3*a*. *b*. f) repleta — — refecte *A* 2; repletę omnibus bonis laetantes et b. refectę *A* 3*a*. *b*. g) *superscr.* *A* 1. h) *om.* *A* 3*a*. *b*. i) et *add.* *A* 3*a*. *b*. k) occidit *A* 3*a*. *b*. l) respondit *A* 2. 3*a*. *b*. m) Tum *A* 1. n) sanctęmonialis, que *A* 2; sancta monialis, quę *A* 3*a*. *b*. o) contendebat ? *A* 2. p) fida *add.* *A* 1. q) sanctę *A* 2. r) noluit *A* 3*a*. *b*. s) eius *A* 2; istius *A* 3*a*. *b*. t) tuis *add.* *A* 3*a*. *b*. u) quae *A* 2. 3*a*. *b*. v) dixit *A* 3*a*. *b*. w) beata *A* 3*a*. *b*. x) virginis *A* 2. y) potes *A* 3*a*. *b*. z) dignetur *A* 1. a) putaret ? *A* 2; tolleret *A* 3*a*. *b*. b) qui iam ac *pr. m.* *A* 1. c) f. t. t. v. restitit *A* 1. d) *extr. e m. al. superscr.* *A* 1.

1) *Ex annis aut* 691. *aut* 696, *de quibus agi potest, a.* 691. *antepono, cum etiam in miraculis sequentibus Geretrudis mors ante a.* 659. *collocata sit; cf. supra p.* 449. 2) Caritas *significat epulas sollemnes diebus anniversariis sanctorum celebratas; cf. Ducange ed. Favre h. v.*

mirum[a] in modum subito aspitientibus[b] surrexit infans, qui ante fuerat mortuus. Ex illo autem die praedicta matrona cepit credere[c] virtutibus sanctae Geretrude. Eadem[d] vero hora convocans universam familiam suam, implevit postea, quod ante negavit de caritate, et in crastinum missam celebravit in honore virginis Christi Geretrude et cum omnibus sororibus refectionem habuit. Infans autem absque ulla lesione ministravit[e] illis[f] et manibus suis potum praebebat unicuique per ordinem. Igitur supradicta matrona illum sanctum lectum aurum[g] gemmisque pretiosis undique circumcinctum[h] pulcherrime exornavit. Et ne cui hoc incredibile fortasse videator, testem Deum invoco, quod oculis meis[i] vidi et per idoneos testes didici[k] hoc quod scripsi. Nunc autem de virtutibus et miraculis eius satis[l] sit dictum; non tamen[m] totum per ordinem explicare potuimus[n], quae cotidie in suo nomine Dominus dignatus est operare. Ergo nunc Dominum deprecemur[o], ut per eius orationes[p] dignetur nobis[q] adiuvare, cui est honor, virtus et hymperium et gloria in secula seculorum. Amen.

[VIRTUTUM[a] SANCTAE GERETRUDIS CONTINUATIO.]

1.[b] Sicut et nos scimus, quod multas spiritales lucernas in hoc mundo Christus inluminare dignatus est ad illorum erudicionem, qui hoc credunt, quod Spiritus sanctus per os David praenuntiavit, dicens: *Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus*, quia pro dignis operibus merces sine fine manet cum Christo. Ideo et[c] augmentum bone fidei vestrae caritati scribere conamus[d], quod Deus omnipotens per merita virginis suae Geredrudae[e] dignatus est ostendere super istam feminam nomine Adalperga[f] de pago Venoense[1], de illis partibus maritimis, ubi sanctus Walaricus in corpore requiescit[2]; ibi ipsa puella caeca fuit nata. Anno vigesimo secundo aetatis suae aparuit ipsae puellae quaedam sancta Dei monialis, virgo albo pallio vestita, per horas tres admonuit illam, dicens: 'Festina ad sepulchrum sanctae Geredrudae virginis Christi, et illa tibi adiuvat'. Post hanc visionem surgens[g] illa caeca, nunciavit haec per ordinem matri[h] suae. Mater vero eius negabat hoc, dicens: 'Non credo te esse tanti meriti[i], ut virgo Dei Geredrudis tibi in visione locuta sit'. Ipsa autem caeca reversa est tristis et venit ad unum sacerdotem, narravit ei omnem visionem[k]. At ille respondens, dixit ei: 'Non dubitare[l], tu[m] filia, sed festina in pago Bracbatense ad monasterium Nivialla[n]; ibi requiescit beata Geredrudis in corpore'. Et ipsa caeca exortata in verbis eius, mense[o] uno perrexit, quousque pervenit ad monasterium. Ipsaque nocte apparuit ei ipsa virgo Dei Ps. 67, 36.

Cap. 11. *A* 1. 2. 3*a*. *b*. *Cont*. *Cap*. 1. *A* 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 11. a) i *m. al. suppl.* *A* 1. b) illis *add.* *A* 1. c) in *add.* *A* 2. 3*a*. d) eodem v. c. *A* 1. e) ministrabat *A* 3*a*. *b*. f) illic *A* 1. g) auro *A* 2. 3*a*. *b*. h) circumornavit pulcherrime. Et *A* 3*a*. *b*. i) suis vidit *A* 3*a*. *b*. k) didicit qui hoc scripsit *A* 3*a*. *b*. l) d. s. sit *A* 3*a*. *b*. m) non totũ *A* 1. n) poterimus *A* 2; possumus *A* 3*a*. *b*. o) deprecemus *A* 2; d. D. *A* 3*a*. *b*. p) orationi *pr. m.* *A* 1; ut per orationibus (bus *dubia* *A* 3*a*; operationem *A* 3*b*) sanctae Ger(e)drude virginis suae dignetur *A* 3*a*. *b*. q) nos? *A* 2.

Cont. Cap. 1. a) *titulum ipse inscripsi.* b) *numeri des. codd.* c) ad *m. al. in litura scr.* *A* 3*a*. d) *ita* *A* 3*a*. e) Gerdr. *semper* *A* 3*b*. *c*. f) *corr. m. al.* Adalburgam *A* 3*a*; Adalpurgam *A* 3*b*. *c*. g) ea *add., sed eras.* *A* 3*a*. h) matris, *extr.* s *eras.* *A* 3*a*. i) meriti: *A* 3*a*. k) ussionem? *A* 3*a*, *corr.* l) dubita *A* 3*a* (*e corr.*). *b*. *c*. m) tua, *ras.* a *A* 3*a*. n) Nivalla *A* 3*c*; Lothusa (*vulgo Leuze prope Tournay*) *Henschenius*; Luthousa *Mabillon*. o) menso *A* 3*b*, *corr.*

1) *'Pays de Vimeux' Mabillonius, AA. SS. ord. S. Bened. saec. II, p.* 76. 2) *Requiescit in monasterio Leuconaense (hodie S. Valery-sur-Somme); cf. Vitam eius apud Mabillon, AA. SS. saec. II, p.* 88.

sacrata et dixit ad illam: 'Puellam[a] caecam, festina, ne tardare venire ad sepulchrum virginis Christi Geredrudae[b]'. At illa surrexit festinans[c], quantum potuit, properavit ad monasterium Nivialla[d], ubi beata Geredrudis requiescit, sub tegumento[1] sancti Petri apostoli honorifice sepulta. Ibique se prosternens ad sepulchrum sanctae[e] Geredrudae, magno labore estuans, ita ut manibus suis ipsa rumpebat[f] capillos capitis sui, magnum gemitum ostendens in corde suo, multis ibi adstantibus de ipsa congregatione beatae Geredrudae, quae testes fuerunt de hac re. In primo pullorum cantu ipsa caeca inluminata fuit, et ipsae sanctae moniales, quae ibi adstabant, oculis suis viderunt[g]. Et sicut lacrimae erumpere solent ex oculis, ita exivit primitus sanguis et postea[h] clarius et clarius coepit videre. Ita omnipotens Deus dignatus est[i] ostendere suam pietatem per
1. Sept. merita ancillae suae. Hoc fuit factum die Kl. Septb. anno 8, postquam cum[h] Dei providentia Egeburc misericordiam[k] indigens Dei extitit gubernatrix[l] et mater spiritalis sanctae congregationi Nivialense.

2. Hoc longum est scribere, quod cottidie multi ibi venientes, ad laudem Christi nominis absoluti a vinculis, liberi laetique redeunt. Ideo[a] undique pauperes et peregrini concurrunt catervatim, precantes pia mente sanitatem. Nec mora, mirifice Christus conditor ibi multa ostendit miracula maiestatis suae. Ex ipso vero marmore, unde sacrum corpus tegitur, per Christi gratiam ad declaranda merita virginis suae oleum limpidissimum affluenter currit. Per huius liquoris hunctionem multi caeci et infirmi sanitatem[b] recipiunt, nec non assidue caelestes cereos inluminasse in circuitu sepulchri[c], ubi sanctum corpus requiescit. Sed hoc non est miraculum, quod Christus eam tali anchora[d, 2] decoravit, quia ipsa vixit vigilanter in officiis Christi.

3. Extremum diem clausit anima laeta. Deo dante, cum gloria caeli claritatem petivit, aeternaeque lucis praemia fruitura[a], facie ad faciem laeta Christum cernit. Prudens mater in vita sua feliciter gessit. De miseris curam habens, in omnibus viam veritatis secuta est. Dominus omnium dilexit eam. Doctrix[b] extitit disciplinae Dei, et amator factus est Dominus pulchritudinis eius. Vultu pulchro splendebat, toto corpore casta et sobria. Docta verbis divinae legis[c], insignis meritis lucebat, cum pace regimini praefuit sanctae congregationi Nivialense[d]. Relictis terrenis, transivit ad caelestia; sanctorum consorcio iuncta, modo laetatur cum Christo in aula caelesti, cunctorum bonorum fruitura sorte beata, clara inter ceteras, gratia Dei flagrans, sancta Dei virgo Geredrudis. Extitit mater veneranda et casta; virginitate potens, nescia malorum, vixit bene sociata inter candidas Christi oves. Aeternam a Christo adsumpsit[e] coronam et cum pio Patre regnat sublimis in arce. Mox petivit caelestia, angelico circumdata coetu, consors thalamis, ubi centuplum fruitur aeternis[f] in arce lucis perpetuam vitam, qui[g] euangelici sermonis iussa secuta fuit. In excelsis[h] caeli de tuis thesauris[i] habitura in aevum, vendidit et sparsit,

Capp. 1—3. *A 3a. b. c.*

Cap. 1. a) Puella caeca *A 3b. c.* b) Gederudę *A 3a, corr.* c) festi::::|nans *A 3a.* d) Nivalla *A 3b. c.* e) beatae *A 3b. c.* f) rumperet *A 3b. c.* g) vi:derunt *A 3a.* h) *pr. m. superscr. A 3b.* i) *pr. m. superscr. A 3a.* k) misericordia *A 3a (e corr.). b. c.* l) geb. *A 3a, corr. m. al.*

Cap. 2. a) Idcirco, *pr. m. superscr.* Ideo *A 3a.* b) *e corr. pr. m. A 3a.* c) sepulheri *A 3a.* d) bonore *m. al. in litura scr. A 3a.*

Cap. 3. a) futura *A 3b. c.* b) Doxtrix *A 3b*; Do:ctrix *A 3c.* c) legis insignis. *corr.* legis. insignis *A 3a.* d) Ni:valense *A 3a.* e) sumpsit *A 3b. c.* f) aeternae *A 3b. c.* g) Quae euangelicae *A 3b. c.* h) excelsi *A 3a, corr.* i) h. t. *A 3b. c.*

1) *Cf. Vitam c. 3, supra p.* 457, *l.* 20. 2) *Ancora etiam pro nota, signo accipitur; cf. Forcellini ed. de Vit I, p.* 266.

quicquid habuit, egenis. Modo laeta cernit Christum, propter quem cunta dereliquit virgo constans[a] animo, vultu linguaque iocunda, orta de patre eximio, regali progenie clara. Adfuit sponsus Christus; reddit animam laeta, inviolata et casta. Relinquens gloriam in terris, munera laeta capit in caelestibus. Quam nullus segregat a comitatu agni. In alto throno[b] caelestis Regis matrem, credimus, cum gaudio videt. Sponso placitura Christo, cum sanctorum numero in triumpho sociata, angelicis in ulnis portatur. Corpore cupiens dissolvi et vivere[c] cum Deo, contemplans caelestia, terrena non ambiens[d], gaudens anima perducitur ad Christum, bona documenta gregi relinquens de dogmatibus caelestibus. Adveniente sponso, splendidam paravit lampadam. Sine fine adorat Regem caeli in throno. Vivit felix Geredrudis, beata per secula. Amen.

4. Sed neque hoc silentio[a] tegendum est, quod ad laudem Christi nominis factum est. Postquam beata virgo Geredrudis de hoc mundo migravit ad Dominum, anno centesimo vicesimo septimo[b, 1], anno 15.[c] regnante domno Carolo[d] piissimo atque 782, post Sept. 24. christianissimo rege Francorum, erat quaedam puella parva[2] in terra Riguanense debilis genuisque contracta. A primevo aetatis suae gressum non diiudicabat[e] nec medellam sanitatis recipere potuit. Contigit autem, ut parvula adducta fuisset ante conspectum Hildigardae[3] reginae ad elemosinam accipiendam. Et post accepta elemosinam[f] mandabat regina[g] adduci eam in palacium ibique de sua elemosina sufficienter consolare[h]. Post aliquod[i] autem tempore venit in cogitatione[k] domnae reginae, ut ad[l] honorem sanctae Geredrudae virginis ipsam parvulam direxisset ad Nivialla monasterio, ut sua elemosina et beatae Geredrudae misericordia cum illis ancillis[m] Dei, quae in ordine et conversatione[n] Christi servitute stare videbantur, vivere debuisset[o]. Nocte autem una in ipsa vigilia theophaniae[p, 4] iacebat ipsa parvula contracta in stratu suo, dum sorores hora 783, Ian. 5. canonica in eclesea[q] beatae Mariae virginis reddebant officium. Venitque beata Geredrudis in ipsa habitacula, ubi illa puella debilis iacebat, tenens cęreum candidum atque splendentem[r] in manu sua. Dixitque beata[s] Geredrudis ad eam: 'Quare non dormis, puella?' Quae respondens, ait: 'Domina, non possum.' Subridensque beata virgo, ait ad eam: 'Loquere ad sorores et dic[t] ad eos[u], quomodo mecum locuta fuisti. Et si tibi credere nulunt, die crastino ante horam tertiam do[v] tibi tale signum ostendere, ut veraciter credant sorores, filia, quod tu mecum locuta fuisti, et tu certam tene hanc visionem.

Capp. 3. 4. A 3a. b. c.

Cap. 3. a) costans, *ut vid., pr. m. A 3a.* b) t^h^rono *A 3a.* c) (man *m. al. in litura scr.*) ere *A 3a.* d) ambi:ens, *ras.* g *A 3a.*

Cap. 4. a) sileam *A 3b. c; m. al. corr.* silentio *A 3c.* b) centesimo XXVII: (*erat* XXVIII) *A 3a.* c) VX. *A 3b. c.* d) Karolo *A 3b. c.* e) dicabat *A 3b. c.* f) elemosina *A 3b. c.* g) regna *A 3a, corr.* h) consolari *A 3b. c.* i) aliquanto *A 3b. c.* k) cogine *A 3a, corr. m. al.* l) *e corr. A 3a;* ad h. *om. A 3b. c.* m) *bis scr. A 3a.* n) conversione *A 3b. c.* o) d:buisset *A 3a;* roebuisset *A 3b.* p) h *superscr. A 3a.* q) *ita pr. m. A 3a.* r) splendidum *A 3b. c.* s) beatae *pr. m. A 3a.* t) c *in litura m. al. scr. A 3a.* u) eas *A 3a (e corr.). b. c.* v) do? *A 3a, corr.;* t. s. do tibi o. *A 3b. c.*

1) *Cum 15. annus Karoli regis cum anno a Chr. n.* 782/783. *conveniat, a.* 656. *Geretrudem mortuam esse putavit, qui haec scripsit.* 2) Richburga nomine *in textu Mabilloniano addita sunt. Ita vocatur in charta Ottonis I, data a.* 966, *die* 24. *Ianuarii, sed multo post interpolata (apud Sickel, Monumenta Germ. DD. I, 3, p.* 483*):* anno centesimo 27. post transitum sancte Gertrudis tradidit quedam puella nomine Richurgis omnem hereditatem suam in terra Ribuarensi in villa Unezefelt, mansas 12, ecclesiam et omnem familiam suam. 3) *Ipso anno* 15. *Karoli regis, die scilicet* 30. *Aprilis a.* 783, *Hildegardis regina diem supremum obiit; cf. Mühlbacher, 'Karol. Regesten' p.* 95. 4) Dominicae apparitionis *Mabillon. Intellegitur Epiphania Domini; cf. Ducange ed. Favre VIII, p.* 97.

Ego sum Geredrudis; mecum locuta fuit[a]'. Et haec dicens, cum magna claritate abscessit ab ea ipsa via qua venerat[b]. 783, Ian. 6. Die autem crastina surrexit ipsa puella et portata est in habitationem[c] domus, ubi Christi virgo Geredrudis secus pedes beatae Iduberganae sive Ittane[d, 1] genetricis suae spiritaliter[e] nutrita[f], crescebat, in sancto exemplo gradiens[g], feliciter vixit in iuventute. Cumque ipsam puellulam lavassent et vestimentis induissent, ipsa parvula innocens subito respexit viditque ante se sanctam Geredrudem stantem, tenentem cereum candidum in manu sua, et statim absoluta sunt vincula de genuis debilibus atque contractis. Cumque ipsa contracta subito sursum se erigeret, beata Geredrudis[h] reversa sub ipso[i] tegumento beatae Mariae semper virginis in porticu, qui[k] est dedicatus in honore sanctae Agadae[l] virginis martyrisque Christi. In ipso[m] aede sancto transivit de hoc mundo inter choros angelorum ad caelestia regna. Statim autem post conloquium sanctae Geredrudae[n] et aspectu[o] specici illius ipsa contracta melius ac melius coeperunt bases eius solidare[p]. Erectaque stetit in ipso loco subridensque ait: 'Video te, domina, video'. Fuit in[q] illa congregatione una peregrina, cui mandatum fuerat a sororibus ipsae puellae ad ministrandum[r] seu litteras ad docendum, quae magno pavore perterrita, dixit: 'Filia, quid vidisti?' At illa ait: 'Dominam meam Geredrudem[s] antestantem et cęreum candidum tenentem in manu sua'. Haec audiens ipsa peregrina, expavescens valde, adpraehendens eam per manum, duxit in ecclesiam beatae Mariae virginis et posuit eam ante formulam, ubi Geredrudis sancta sedere solebat, quando sorores hora canonica Deo officium reddebant. Tunc tercia vice ipsa parva puella vidit sanctam Geredrudem[s], statimque hoc notum[t] factum fuit in omni congregatione ancillarum Dei ibidem Deo servientium vel consistentium. Et fecerunt conventum magnum in eclesia beatae Dei genetricis Mariae et invenerunt ipsam puellam super pedes suos stantem et erecta, quae ante super genua sua prostrata, se trahebat super terram. Tunc illa congregatio prona in terra laudaverunt[u] nomen Domini prae[v] gaudio, quia affluenter erumpebant lacrimae[w] ab oculis illarum. Susceperunt autem ipsam puellulam, cum reverentia duxerunt in eclesiam beati Petri apostoli ad sepulchrum beatae Geredrudae virginis Christi. Conlaudabant et glorificabant Dominum[x], qui dignatus fuit per suam ancillam Geredrudem dare ipsae puellae pauperculae caelestem medicinam. Tunc omnis familia ante portas monasterii, sacerdotes cum clero sive domestici ex vicina[y] loca, qui hoc audierant, cum gaudio concurrebant. Feceruntque ibi memoriam cum magna festivitate de ministerio sacerdotali, et cum omni officio spiritali glorificantes in sanctae virginis miraculo, laudabant et[z] glorificabant Patrem et Filium et Spiritum sanctum, cui est gloria et potestas et imperium, laus et iubilatio sine fine in saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT[a] VITA SANCTAE GEREDRUDAE[b] VIRGINIS.

Cap. 4. *A 3a. b. c.*

Cap. 4. a) fuisset *A 3b. c.* b) ne *m. al. suppl. A 3a.* c) ta *m. al. suppl. A 3a.* d) Itane *A 3b. c.* e) spiratalitér *A 3a, corr.* f) nutritam *A 3b. c.* g) radiens *pr. m. A 3a.* h) is *m. al. add. A 3a.* i) ibso *A 3a, corr.* k) quae est dedicata *A 3b. c.* l) Agathae *A 3b. c.* m) ipsa a. sancta *A 3b. c.* n) Gerdrudis *A 3b. c.* o) aspectū *A 3a (e corr.). c.* p) solidari. Erecta *A 3b. c.* q) *post* in 3 *litt.* (eam?) *eras. A 3a.* r) ad ministratum *A 3a.* s) Gerdrudam *A 3b. c.* t) nutu *A 3b. c.* u) laudabit *corr.* laudavit *A 3b*; laudavit *A 3c.* v) p. g. *om. A 3b. c.* w) *om. A 3b;* ob o. eorum *A 3b. c.* x) Deum *A 3b. c.* y) *ita pr. m. A 3a;* vicinis locis *rell.* z) et g. *om. A 3a.* a) *subscriptio erasa A 3a.* b) Gerdrudis *A 3b. c.*

1) *Cf. V. S. Geretr. c.* 1.

VITA SANCTAE BALTHILDIS.

Balthildis a genere Saxonum[1] *oriunda, illorum scilicet, qui in Britannia consederant, vili pretio venumdata, Erchinoaldo maiori domus cessit, qui a.* 641. *Aegani successerat*[2]. *Cuius ministerio apposita, pincerna facta est, quippe quae patrono in cubiculo pocula porrigeret*[3]. *Uxore defuncta, Erchinoaldus ipsam elegerat sponsam, sed, ea refugiente, aliam in matrimonium duxit*[4]. *Balthildis vero marito regio destinata erat. Chlodoveus enim, filius Dagoberti, coniugem eam elegit, unde Chlotharii, Childerici, Theuderici regum Francorum mater extitit*[5]. *Piorum operum studiosa, Genesio abbate usa est adiutore, quem maritus in famulatum ipsius asciverat*[6]. *Is in palatio tunc erat assiduus, iussu reginae eleemosynas pauperibus, monasteriis munera largissima mittens. Anno* 657. *ex., Chlodoveo rege defuncto, Chlotharius puer una cum Balthilde matre regnum suscepit; cf. L. H. Fr. c.* 44*:* Franci vero Chlotharium seniorem puerum ex tribus regem sibi statuunt cum ipsa regina matre regnaturum. *Ex eo tempore chartis etiam regiis Balthildis regina subscripsit. Anno* 2. *Chlotharii, i. e.* 658/659. *a Chr. n., Frodoberto abbati Cellensi teste eius Vitae scriptore (Mabillon, AA. SS. saec. II, p.* 631*) rex, 'annuente venerabili Balthildi regina', possessionem Insulae Germanicae confirmavit. Privilegio, quod editum est apud Pertz, Dipl. I, p.* 32, *'praecelsa domna Baltildis regina' subscripsit. Eius nomen etiam sub charta legitur, quam Chlotharius rex Mummoleno episcopo et Bertino abbati die* 1. *Februarii a.* 663. *dedit; cf. Pertz, Dipl. I, p.* 36. *Anno* 659. *mense Novembri iussu Chlotharii et Balthildis Ionas*[7] *abbas Cabillonum profecturus, Reomaense monasterium praeterivit. Ursino*[8] *teste, Leodegarium in palatio conversari regina iussit, quem a.* 663.[9] *in episcopatum Augustodunensem sublimavit*[10]. *Eodem anno iussu eiusdem, suffragantibus proceribus, Austrasii Childericum, alterum eius filium, regem creaverunt*[11]. *Balthildi episcopi Lugdunensis necem imputant scriptores Britanni, Eddius scilicet Stephanus, V. Wilfridi c.* 6 *(Mabillon, AA. SS. saec. IV, p.* 679*), et Beda, H. eccl. V,* 19. *Nam Dalfinus, quem vocant, Lugdunensis episcopus cum Wilfridum apud se commorantem tam acceptum haberet, ut eum heredem episcopatus facere cogitaret, a militibus Balthildis interfectus est. Eddius enim:* illo, *inquit,* tempore malevola regina nomine Baldhild *(ita optime Beda,* Brunechild *falso edd. Eddii)* ecclesiam Domini persecuta est, sicut impiissima regina Iezabel, quae prophetas Domini occidit, ita ista, exceptis sacerdotibus et diaconibus, novem episcopos occidere iussit, ex quibus unus est Dalfinus iste episcopus, quem duces malignissime ad se venire iusserunt. *Dalfinus cum nullus inter episcopos Lugdunenses reperiatur, Aunemundum episcopum cum fratre Dalfino comite confusum esse, coniecit Mabillon, Annales (*1739*) p.* 407. *Quo occiso, episcopatum Lugdunensem Genesio abbati familiari suo regina concessit*[12]. *Quibus ex causis in Calense quod construxerat*

1) *V. Balth. c.* 2; *L. H. Fr. c.* 43. 2) *Fred. IV,* 84. 3) *V. Balth. c.* 2. 4) *Ib. c.* 3. 5) *L. H. Fr. c.* 44. 6) *V. Balth. c.* 4. 7) *Cf. 'Forsch. z. D. Gesch.' XXII, p.* 463. 8) *V. Leodeg. c.* 3. 9) *Postquam* 10 *annos episcopatum egit, Chlotharius defunctus est; cf. Ursinus l. l. c.* 4. 10) *V. Leodeg. auct. anonymo c.* 1; *Ursinus c.* 3. 11) *V. Balth. c.* 5. 12) *Ib. c.* 4.

monasterium se receperit, latet. Ea enim, quae auctor V. Balthildis c. 10. *hac de re tradidit, omnino obscura sunt. Fuisse ait ei voluntatem Calam se recipiendi, sed Francos id non permisisse, donec per Sigobrandum episcopum seditio orta esset, quam, eo occiso, oppressissent.* Exinde, *inquit,* orta intentione, dum ipsum contra eius voluntatem interfecerunt, metuentes, ne hoc ipsa domna contra eos graviter ferret ac vindicare ipsam causam vellet, permiserunt eam subito pergere ad ipsum monasterium. *Verbum* permiserunt *quomodo accipiendum sit, ex iis quae sequuntur intellegitur:* Et fortasse dubium non est, quod ipsi principes tunc illud non bono animo permisissent. *Itaque Balthildis regina 'iure regio exempta*[1]*', in monasterium pulsa est. Deducta*[2] *a proceribus quibusdam, Calam venit, conquerens de eorum iniuria, 'quos ipsa dulciter enutriverat'. 'Suspectam' enim eam habuerunt, eo procul dubio quod seditionis Sigobrandianae particeps fuisset. Id Chlothario vivo itaque ante a.* 673. *gestum est, Ebroino palatium gubernante; cf. V. Leodeg. vetusta c.* 2*:* Erat enim in illis temporibus Hebroinus maior domus, qui sub rege Chlothario tunc regebat palatium. Nam regina, quam supra diximus, iam in monasterio, quod sibi antea praeparaverat, residebat. *Contra hunc hominem crudelissimum seditionem quam dixi a Sigobrando accensam esse, veri non dissimile est. Calae, ubi summa humilitate*[3] *reliquis sororibus se subdidit, viscerum incisione*[4] *graviter aegrotavit. Cum infantulam quandam, quae ibi erat, secum mori voluisset, ea statim de vita decessit. Erat Balthildis 'filiola', scilicet ex baptismate, Chlodoveo a.* 657. *defuncto. In Translatione Balthildis*[5] *illa septem annorum fuisse dicitur regioque nomine Radegundis vocatur. Balthildis die* 30. *Ianuarii*[6] *diem supremum obiit, recepta ab angelorum choro et Genesio*[7] *amico suo. Qui cum die* 1. *Nov. a.* 679. *defunctus sit*[8]*, mortem regina sancta vix ante a.* 680. *occubuit. In monasterio Calensi sepulta, miraculis ad sepulchrum suum patratis gaudet. Eius sancta memoria*[9] *ut per plures ecclesias in sacris oblationibus assidue facienda esset, effecit Bertila abbatissa. 'Missam domnae Balthildae' inter sollemnitates maximas recensuit Adalhardus abbas Corbeiensis, Statuta c.* 2 *(Migne, Patrol. Lat. CV, p.* 537*). Anno* 833. *die* 17. *Martii ab Hegilwich abbatissa, matre Iudith, uxoris Ludowici Pii, ossa Balthildis ex ecclesia quam construxerat S. Crucis in ecclesiam S. Mariae translata sunt*[10].

Iam de monasteriis quae construxit celeberrimis, Calensi scilicet et Corbeiensi, disserendum est. Cala in territorio Parisiensi sita villa regia erat, ubi Chilpericus rex saepe residebat[11]*. Ibi postquam Chrodechildis ecclesiam S. Georgii*[12] *aedificavit, Balthildis regina coenobium magnum virginum condidit*[13]*, Bertilam primam abbatissam instituens. Eam una cum aliis monialibus ex Iotro monasterio, cui tunc Theodlecheldis abbatissa praeerat, interveniente Genesio episcopo, acciverat*[14]*. Quo corpus S. Eligii, cuius funeri cum filiis et optimatibus et exercitu magno aderat, regina transferre voluit, sed, eo resistente, a proposito destitit*[15]*. Opinio Calensis monasterii constructi per patriam S. Balthildis mox percrebruit. Necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, hi filias suas erudiendas ac monialibus adscribendas Calam saepe transmiserunt*[16]*. Inter quas erat Heresvid, mater Aldvulfi regis orientalium Anglorum. De cuius sorore Hild haec rettulit Beda, H. eccl. IV,* 23*:*

1) *Ita Audoenus, V. Eligii II,* 30. 2) *V. Balth. c.* 10. 3) *Ib. c.* 11. 4) *Ib. c.* 12. 5) *SS. XV, p.* 285. 6) *V. Balth. c.* 19. *et Calend. Corbeiense saec. X, apud Mabillon, AA. SS. saec. II, p.* 784*:* In territorio Parisiacensi Balthildis reginae. *In Martyr. Usuardi (AA. SS. Iun. VII, p.* 60*) verba:* In territorio Parisiacensi Baltildis reginae *falso ad* 7. *Kal. Febr. relata sunt.* 7) *Ib. c.* 14. 8) *'Forsch. z. deutsch. Gesch.' XXII, p.* 485. 9) *V. Balth. c.* 15. 10) *Cf. Transl. Balth. (SS. XV, p.* 284*).* 11) *Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 358. 12) *V. Balth. c.* 18. 13) *Ib. c.* 7. 14) *V. Bertilae c.* 4 *(Mabillon, AA. SS. saec. III,* 1, *p.* 23*).* 15) *V. Eligii II,* 34. 16) *Beda, H. eccl. III,* 8.

desiderans, *inquit*, exinde, si quo modo posset, derelicta patria et omnibus, quaecumque habuerat, Galliam pervenire atque in monasterio Cale peregrinam pro Domino vitam ducere, quo facilius perpetuam in caelis patriam posset mereri. *Sed propositum non assecuta, abbatissa monasterii Strenaeshalc postea electa est. Legatos etiam reges Anglosaxonici ad Bertilam miserunt:* ut[1] illis de suis discipulis ad eruditionem vel sanctam instructionem, quam audierant esse in ea mirabilem, dirigeret, seu etiam qui virorum et sanctimonialium coenobia in illa regione construerent. *Praeterea monachorum monasterium Balthildis construxit Corbeiense*[2], *situm in Ambianensi paroecia, cui Theudofredum abbatem, postea episcopum, praefecit. Eum ex monasterio Luxoviensi, cui tunc Waldebertus abbas († 670) praeerat, Corbeiam acciverat. Haec ex Vita Balthildis. Chartas autem, quae exstant, monasterio Corbeiensi datas genuinas agnoscere nequeo. Diploma Chlothacharii III*[3], datum sub die 23. mensis Decembris. Anno 5. regni nostri *(= 23. Dec. 661).* Stirpiniaco, *quo monasterii Corbeiensis 'actoribus seu discursoribus' immunitas conceditur, ingressu praetermisso, incipit:* Cognoscat m a g n i t u d o seu i n d u s t r i a vestra, — — talem — p r e s t i t i s s e beneficium, *dum requiritur:* Ideoque vestra cognoscat industria[4] *vel* Ideo cognoscat magnitudo seu utilitas vestra[5], q u o d n o s — — tale beneficium v i s i f u i m u s c o n c e s s i s s e. *Quae sequuntur tam falso disposita sunt, ut verba* habeant indultum simulque concessum *bis legantur. Quam ob rem transitus:* Quapropter per hunc praeceptum specialius decernimus ordinandum, quod in perpetuum volumus esse mansurum, ut *omnino desideratur. In clausula corroborationis pro verbis* regina maxima nostris signiculis *legenda essent* regina manus nostrae signaculis. *Denique* adfirmare *pro* roborare *nisi in confirmationibus non reperitur, dum hic de donatione quadam agitur. Deinde charta Chlothacharii III, qua monasterio Corbeiensi ipsam villam Corbeiam cum aliis concedit, apud Pardessus, Dipl. II, p.* 115, *subscriptionibus et dato quod dicitur caret, quae primus Pertz, Dipl. I, p.* 38, *ex codicibus quibusdam recentioribus adiecit, omnino nescius, ex charta Berthefredi, de quo infra, ea fluxisse. Quamquam charta ad exemplar optimum composita est, vestigia falsarii facile deprehenduntur. Verba* Igitur — — cognoscat strenuitas vestra *in genuino diplomate Merowingico nullo reperiuntur; requiritur enim* magnitudo seu utilitas (strenuitas *perperam Marc. I,* 14) vestra. *Loco enuntiati* ubi praeest venerabilis vir Theodefridus abba *legenda essent:* ubi v. vir Th. a. praeesse videtur[6]. *Deinde falsa sunt:* P r o i n d e per hoc praeceptum specialius decernemus esse mansurum *pro* Q u a p r o p t e r per hunc praeceptum specialius decernemus o r d e n a n d u m, q u o d i n p e r p e t u u m v o l e m u s esse mansurum[7]; — ut in sua dominatione percipiat *pro* ut — — habeat concessum atque indultum[8] *vel* ut — — valeat esse concessum atque indultum[9]. *In clausula vero, ubi* cessionis nostrae *pro* cessio nostra *(sic codd.* 1. 2. 3; *cf. Dipl. I, p.* 52, *nr.* 57*) Pertz oscitanter scripsit, verbum* affirmare *pro* roborare *suspectum est. Nam etiam haec est charta donationis. Corbeiam villam Guntlando quondam possessam ad fiscum pervenisse ibi relatum est. Guntlandus procul dubio intellegitur maior domus, de quo v. Fred. IV,* 45. *Privilegium a Berthefredo*[10] *Ambianensi episcopo Corbeiensi monasterio datum* die 8. Idus Septembris, anno 7. regnante Clotario rege, *(= 664, Sept. 6),* Captonnaco in palatio publico, *totum fere ad verbum ex charta Emmonis Senonensis episcopi (apud Pardessus, Dipl. II, p.* 112*) exscriptum, sed hic illic ampliatum est. Denique chartam Theuderici III, qua monachis Corbeiensibus Erembertum abbatem electum confirmat*[11], *falsam esse, inde iam intellegitur, quod 'serenitas nostra' regi ibi inditur titulus chartis Merowingicis omnino alienus. Fraus*

1) *V. Bertilae c.* 6. 2) *V. Balth. c.* 7. 3) *Pertz, Dipl. I, p.* 35, *nr.* 38. 4) *Cf. Pertz l. l. p.* 51, *nr.* 57. 5) *Cf. Pertz l. l. p.* 46, *nr.* 51. 6) *Cf. Pertz, Dipl. I, p.* 46, *nr.* 51 *cet.* 7) *Cf. Pertz l. l. p.* 43, *nr.* 47 *cet.* 8) *Cf. Pertz l. l. p.* 44, *nr.* 47 *cet.* 9) *Cf. Pertz l. l. p.* 46, *nr.* 51. 10) *Pardessus, Dipl. II, p.* 126. 11) *Pertz, Dipl. I, p.* 47, *nr.* 51

ut planius aperiretur, locos nonnullos falsae cum genuinis chartis comparatos hic adscribendos esse duxi:

Dipl. Corbeiense.	*Dipl. sincera.*
Et — ad regalem nostram praesentiam — — venientes, serenitatis nostrae clementiae auribus suggesserunt, ut	Igitur — — ad nostram accessit praesentiam, clementiae regni nostri suggessit, eo quod *Pertz nr.* 33. 58; *cf. Marc. I,* 4.
Et dum eorum petitio nostrae serenitati congrua esse et rationabilis in omnibus videtur, venerabilem — — nostra clementia ipsis monachis concessisse comperite, sicut suggesserunt.	Cuius petitioni ita praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite *Pertz nr.* 39. 58; *cf. Marc. I,* 4.
Praecipientes ergo per hanc praeceptionem serenitatis nostrae et auctoritatis regalis concessimus et omnino iubemus, ut	Praecipientes enim, ut *Pertz nr.* 12. 32. 33. 39. 58. 62; *cf. Marc. I,* 16. 31.
Et ut hoc praeceptum firmius habeatur, quod pro Dei timore indulsimus auctoritate praecelsa, manus nostrae *cet.*	quod — praecelsa *in chartis sinceris non leguntur.*

In hac Theuderici charta traditur, Chrodegarium abbatem Corbeiensem a Theudefredo episcopo institutum atque, illo defuncto, Erembertum, Theudefredo consentiente, electum esse.

Cum multis monasteriis ecclesiisque[1] *larga munificentia Balthildis regina subvenit, tum ad Gemeticum construendum fundum fiscalem Filiberto concessit*[2], *quin immo Romam*[3] *plura ac larga saepe misit munera. Ne christiani captivi venirent, prohibuit; plurimos ipsa redemit:* precipue de gente sua viros et puellas quam plures denutritas suas[3].

Vitam Balthildis vetustiorem A auctor gravis idem fere aequalis iussus[4] *conscripsit:* ipsam eius *(Balthildis scilicet)* nunc regalem regnantem progeniem[5]. *Theudefredus episcopus, quem abbatem Balthildis instituerat Corbeiensem, etiamtum vivebat*[6]. *Scriptor igitur enarravit ea,* qui nostris peracta sunt temporibus[7]. *Cum Chrodoberhtus episcopus Parisiensis inter proceres Chlodovei primo loco laudetur*[8], *veri simile est, Vitam in dioecesi Parisiensi exortam esse, Calae scilicet, ubi ecclesiam S. Georgii a Chrodechilde constructam esse, c. 18. relatum est. Sanctae pia servitia describenti*[9] *Radegundis, cuius 'actus' c. 18. citantur, Vita a Fortunato composita ei ante oculos fuisse videtur. Haec Balthildis Vita cum sermone admodum rudi atque incomposito descripta esset, aevo humaniori non suffecit. Itaque alter librarius B novam huius Vitae editionem paravit, sermonem expoliens atque clariorem reddens. Exempli causa c.* 9. precipuas basilicas *pro* seniores[10], in ipsis sanctis locis consistentes *pro* infra ipsa loca c., Romanis reclusis et pauperibus — direxit *pro* ad Romensis pauperes — d. *scripsit. Verba scriptoris A saepe servavit, nonnumquam interpolavit ea, quae sibi cognita vel subaudienda erant. Itaque c. 8. post verba* Curbionensis monasterii abbati cum villa quadam *addidit* cuius vocabulum a memoria recessit, *Iotro monasterio* Villam Novam sitam in paga Vermandinse *a Balthilde datam esse enarravit, c.* 12. *post verba* pessimo infirmitatis vitio *adiecit* quod medici yleos vocant. *Cum c. 18. de coenobio Calensi rettulerit, altaria S. Cruci, S. Georgio, S. Stephano consecrata esse, cumque c.* 7.

1) *Enumerantur in V. Balth. c.* 8. 2) *V. Balth. c.* 8; *V. Filiberti c.* 6 *(Mabillon, AA. SS. saec. II, p.* 819*); cf. Gesta abb. Fontan. ed. Löwenfeld p.* 13. 3) *V. Balth. c.* 9. 4) *Ib. c.* 1. 19. 5) *Ib. c.* 3. 6) *Ib. c.* 7. 7) *Ib. c.* 19. 8) *Ib. c.* 5. 9) *Ib. c.* 2. 11. 10) *Ita Greg. Tur.; cf. SS. Rer. Merov. I, p.* 960.

testamenti Balthildis pro monasterio Calensi conditi meminerit, additis verbis: ipsumque testamentum si quis quesierit, in archivo eiusdem ecclesiae repperiet, *non dubito, quin librarius quoque B Calensis fuerit. Haec vero Vita, ut ex verbis c. 2:* cuius hodie, exultantibus animis, festa recolimus, *intellegitur, eo consilio retractata est, ut, die sanctae anniversario recurrente, legeretur. Cum c. 3. locus ad progeniem Balthildis tunc regnantem spectans ita immutatus sit, ut scriptoris vetustioris A tempus omnino non ex eo colligi possit, manifestum est, temporibus librarii B stirpem Merowingicam iam defecisse. Huc accedit, quod qui c. 7. commemorantur* benefitiarii *auctorem produnt Karolo Magno*[1] *vix antiquiorem. Legimus in Translatione Balthildis (SS. XV, p. 284), Hegilwich abbatissam Calensem anno 833. 'actus et conditionem beatissimae Balthechildis' magno desiderio inquirere coepisse sibique reperta recitari iussisse. Quamquam uterque scriptor, Vitae scilicet (c. 15) B et Translationis, Balthildem in ecclesia S. Crucis a se ipsa constructa sepultam esse enarravit, magis crediderim, Translationis*[2] *auctorem Vita usum, quam utrumque opusculum ab uno eodemque compositum esse. Nam puella, quae filiola Balthildis fuisse dicitur, in Translatione sola Radegundis vocatur, cuius nomen librarius B c. 14. plane ignoravit.*

Codices in usum nostrum aut collati aut inspecti sunt hi:

A 1) Codex Rotomagensis[3]*, olim Gemeticensis, saec. XI. med., inter Vitas sanctorum eam Balthildis continet, sed prologus desideratur. Exscriptus est ex codice praestanti ab homine, qui summa cum licentia textum retractavit atque interpolavit. Ratione scribendi vetusta cum codex excellat, hanc omnino secutus sum. Librarius aequalis aliique, exemplari nullo adhibito, librum correxerunt, e. gr.* hi, *quod saepe locum* et *obtinet, semper in* haec *immutatum est.*

Bethmann b. m. librum contulit.

Codex Parisiensis nr. 11752, saec. X, fol. 186, incipit ut A 1: Benedictus Deus, qui vult; *cf. 'N. Archiv' II, p. 270. 271. Teste A. Molinier nihil continet nisi fragmentum Vitae informe.*

A 2) Codex Mellicensis F. 8, saec. XIII ex., fol. 166—169, item prologo caret; cf. 'Archiv' X, p. 647. Etiam hic liber immutatus est, sed alio modo ac A 1. Contulit Pertz b. m.

Codex Namurcensis nr. 12, saec. XII, formae magnae, olim S. Huberti, incipit et desinit, ut A 2: Benedictus Dominus, qui vult omnes salvos fieri — pax Domini vobiscum. Amen. *Cf. 'Archiv' VIII, p. 476; 'N. Archiv' II, p. 264.*

A 3a) Codex Parisiensis nr. 5318, olim Bigotianus nr. 171, saec. XII ex., membranaceus formae maximae, pulcherrime scriptus, inter alias Vitas continet has: fol. 19. Genovefae, fol. 50'. Mauri auctore Fausto, fol. 71. Fursei, f. 138'. Balthildis, fol. 179'. Amandi, quam fol. 182'—183. Suppletio Milonis, Martinus de obitu beati Amandi, Sermo legendus in transitu Amandi, Translatio, Sermo de elevatione, Hymnus in laudibus beati Amandi excipiunt, fol. 198. Vedasti auctore Alcuino, fol. 289. Geretrudis cum Virtutibus, fol. 294. Ermelandi.

Codicem a Waitz b. m. collatum recognovit A. Molinier v. c.

1) *Mabillon, Ann. (1739) tom. I, p. 512, de scriptore B:* id, *inquit,* operis aggressus est 'praesule Remigio', idque ipse attestatur in secundo prologo, qui in codice Corbeiensi legitur. *Procul dubio codicem C, olim Corbeiensem, intellexit, ut Molinier v. c. me docuit. Is cum utrumque prologum contineat B et A, Mabillon alterius A verba* presule Christo *male interpretatus est* praesule Remigio. 2) *In codicibus B 2a. C Translatio Vitam sequitur.* 3) *Numerum Bethmann b. m. non attulit. Rotomagensis Y 87/60 saec. XIV, membranaceus formae quadratae, de quo v. 'Archiv' VIII, p. 373, Vitam Balthildis fabulosam continet. Incipit:* Antiquorum virorum sanctorumque scriptorum vetus narrat hystoria. *Chlodoveus, maritus eius, Hierosolyma migrandi voluntatem suscepisse ibi dicitur.*

A 3b) Codex Parisiensis nr. 5341, *olim Colberti nr.* 59, *saec. XII/XIII, membranaceus formae maximae, pulcherrime scriptus, Vitas Genovefae, Remedii vetustam, Mauri, Fursei et in calce Vitam Balthildis continet. Folio exciso, textus f.* 170'. *a verbis prologi* Minus licet periti *ad c.* 9. denutritas suas *hiat. Codex libro A* 3a *omnino similis est.*

Librum a Waitz b. m. collatum recognovit A. Molinier v. c.

A 3c) Codex Parisiensis S. Martini nr. 1, *olim S. Mariae Karoliloci, saec. XII/XIII, membranaceus formae maximae, corpus Vitarum sanctorum in sex volumina digestum continet. Vita Balthildis, quae tomo V. inest, tota cum A 3b convenit. Cf. 'Archiv' VIII, p.* 298.

Inspexit Bethmann b. m.

A 3d) Codex Fuliensium Parisiensis, quo Mabillon usus est, Vita exeunte, decurtatus erat.

B 1) Codex Parisiensis nr. 17625, *olim Compendiensis nr.* 40, *saec. X, Martyrologii menses Ianuarium, Februarium, Martium continet; cf. 'Archiv' VIII, p.* 287. *Fol.* 243'. *Vita Balthildis exstat.*

Contulit A. Molinier v. c.

B 2a) Codex Parisiensis nr. 18296, *olim Corbeiensis nr.* 17, *saec. X, fol.* 1, *a verbis c.* 3: dubio agebatur *incipit. Etiam Translationem S. Balthildis continet; cf. SS. XV, p.* 284 *sq.*

Contulit A. Molinier v. c.

B 2b) Codex Parisiensis S. Martini nr. 108, *saec. XI, membranaceus formae octavae, Passionem Dionysii, Rustici et Eleutherii, Vitas Balthildis, Lantberti, Erminonis continet. Prologum inscriptum ita:* Incipit prologus in vita beatae Baltildis reginae, que fuit de partibus transmarinis, ędita genere regali, Saxonibus Gallie data, *haec sequuntur:* Explicit prologus. Incipit actus vel obitus almi preclarissimae Dei famule Baltildis regine, que celebratur 3. Kl. Febr. *Vita Balthildis lectioni ecclesiasticae aptata est. Cf. 'Archiv' XI, p.* 281.

Inspexit Bethmann b. m.

B 2c) Codex Parisiensis nr. 11749, *olim S. Germani nr.* 496 *(antea nr.* 463*), saec. XI, membranaceus formae magnae, inter Vitas sanctorum fol.* 70'. *eam Balthildis continet in lectiones digestam. Prologus desideratur. Cf. 'Archiv' XI, p.* 278; *'N. Archiv' II, p.* 270.

Inspexit Bethmann b. m.

B 3) Codex Trecensis nr. 755, *saec. XI, formae magnae, olim Monasterii Cellensis (Moutier-la-Celle) nr.* 12, *Vitam Balthildis continet prologo destitutam, quam Vita S. Theobaldi (incipit:* Sanctus igitur Theobaldus electus in Christo) *excipit.*

Inspexit W. Arndt v. c. anno 1868.

C) Codex Parisiensis nr. 12607, *S. Germani nr.* 460, *saec. XIII in., membranaceus formae magnae inter Vitas sanctorum eam Balthildis fol.* 135. *cum Translatione continet. Prologus uterque inest, B scilicet:* Verba regis celare bonum est, *et A:* Michi quidem. *In calce leguntur:* Hunc codicem ego Robertus de Curcellis . . . . . S. Petri Corbeie monachus feci fieri . . . . . illum de . . . . . beato Petro in honore sancti Eligii Noviomensis episcopi et aliorum, quorum vite vel actus in eo continentur. *Cf. 'Archiv' XI, p.* 279.

Inspexit Bethmann b. m.

Textus A constituendi munus laboriosissimum erat. Omnes enim, qui nobis noti sunt, codices diverso modo et immutati et interpolati sunt. Exempli causa A 1 *post verba c.* 4: pauperibus suggerens *solus addit:* elemosinarum beneficia devotus impenderet, *c.* 9. *pro* emunitates *habet* munera pacis, *dum in A* 2 municionem *legitur. Libri A* 3a. b *textum eodem modo retractatum praebent, eundem, Vita exeunte, plane*

transformatum. In A 3a (A 3b ibi hiat) c. 8. verba vocabulo Nugaretum *post* villam magnam *interpolata sunt, quae neque in A 1. 2 neque in B exstant. Huc accedit, quod villam* vocabulo Nugaretum sitam in pago Wabrinse *Pippinus, filius Ansegisili, et Plectrudis basilicae SS. Apostolorum Mettensi a. 12. Theuderici dono dederunt; cf. Pertz, Dipl. I, p. 92. Codicibus A 1. 2. 3 inter se consentientibus, res decisa erat, sed, quotienscumque inter se dissentiebant, ad textum B refugiens, eam lectionem elegi, quae cum hoc convenit. Sermonem vero rationemque scribendi rudem codicis A 1 fere integram admisi. Codices B 1. 2a paucis locis inter se discrepant. E quibus B 1 secutus sum, a quo, libro B 2a cum A consentiente, recessi. Capitum numeros, qui ab omnibus codicibus absunt, eos admisi, quos editores anteriores textui adscripserant.*

Ceterum ex editionibus quae exstant utriusque textus nulla aequo iudici satisfacere potest. Editus enim textus A est is, quem libri A 3 praebent, B autem castratus ille Surii. Codex familiae A 1. 2 nullus decessoribus meis notus erat.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1586, tom. VII, p. 36—43, 'ex Ms. codice monasterii Rubeae Vallis' textum B, sermone immutato, edidit. Prologus ibi incipit: Religiosa vita viduarum, *Vita ipsa:* Beata siquidem Bathildis. *Ultimum caput lemma fert:* Comparatio ipsius ad alias sanctas reginas eiusdem cognationis. *Codex Rubeae Vallis c. 7. verba* et celeberrimę ab ipsis Dei cultoribus frequentatur *cum B 2a et c. 16.* merita *cum B 1 praetermisit.*

Duchesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Parisiis 1636, tom. I, p. 663—668, ex editione Suriana excerpta deprompsit.

Bollandus et Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae 1643, Ian. tom. II, p. 738—742, textum A ediderunt, Petri Francisci Chiffletii beneficio codicem S. Mariae de Ripatorio nacti. Qui cum c. 8. verba vocabulo Nugaretum *interpolata finemque eodem modo, ac in libris A 3 exstat, retractatum tradiderit, manifestum est huius eum familiae fuisse. Alter textus B, p. 742—746. editus 'ex MS. Corsendoncano et Surio', totus fere est Surianus.*

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1669, Saec. II, p. 777—784, 'ex codice RR. PP. Fuliensium Paris. et Iohanne Bollando' textum A recensuit, quem in notis textui subiectis cum interpolatore B contulit. Ex eo etiam appendicem, capita scilicet 18. 19. Vitae B, adiecit. Fuliensis ille (A 3d) finem Vitae ab omnibus, quibus usum sum, codicibus A diversum tradidit.

Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules', Parisiis 1741, tom. III, p. 571—574, editionem Mabillonianam excerptam repetivit.

Editionem Surianam in linguam Francogallicam verterunt[1] *Binet soc. Iesu Paris. 1624, Modeste de S. Amable, 'Monarchie Sainte', Arvernis 1670, d'Andilly, 'Recueil des vies des Saints illustres', Paris. 1675.*

Particulas in linguam Germanicam vertit O. Abel, 'Die Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit. Die Chronik Fredegars'. Berolini 1849, p. 115.

Marpurgi, mense Novembri 1887. *Krusch.*

1) *Cf. 'Hist. litt. de la France' III, p. 639.*

A.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITA DOMNAE BALTHILDIS REGINAE.

Tob. 12, 7. (1). Michi quidem, ut imperatum est, dilectissimi fratres, ad tam subtile piumque opus peragendum praesule Christo etsi imperitia denegat vires delicatae historiae scolasticorumque verborum ordinem proferendi, sed validius[b] nobis imperat plenissimae karitatis affectus, ut veritas pateat, et iactantia non inflet. Novimus enim, cf. Matth. 21, 19. dominum Iesum Christum in ficulnea magis fructum requisisse quam folia. Et ideo veritatis fructum super lucernae candelabrum ad edificationem multorumque profectum perpatefacere et non occultare decrevimus. Minus[c] licet periti scolastica, sed magis studere volumus patere edificationi plurimorum, qui velut apes prudentes dulce requirunt ex floribus nectar, id est ex verbis simplicibus veritatis augmentum, quod magis edificat audientem, quam inflet, ut imitari cupientibus compendium pietatis aperte ostendat. Hic ergo non tam detractoribus, sed potius fidelibus, quam potuimus, veritatem ostendimus.

EXPLICIT PROLOGUS.

B.

INCIPIT PROLOGUS IN VITA BEATAE AC VENERABILIS BALTHILDIS REGINAE.

(1). *Verba*[a] *regis caelare bonum est, opera vero Dei laudare et praedicare honorificum est.* Ideoque, sicut michi, dilectissimi fratres, vester caritate plenus amor imperavit, ut, quantum ad meam notitiam de vita et virtutibus beate Balthildis pervenit, eloquiis traderem posterisque memoranda relinquerem, licet imperito sermone, quem scolastici cervicosa inspectione considerantes, suos pompaticos videntur condere libros, prout tempus admisit, studio adimplere curavi, sciens, quia, quod plenissimae caritatis affectus imperat, veritas non denegat. Exinde etiam fugit iactantia, ubi caritas sua infundit eloquia. Novimus enim, dominum Iesum Christum in ficulnea magis fructum quesisse quam folia. Et ideo nos veritatis fructum super lucernae candelabrum ad multorum aedificationem et profectum patefacere et non occultare decrevimus. Qui licet inpolito sermone uti[b] videamur, magis tamen volumus studere patentem aedificationem plurimorum, qui velut apes prudentes dulce requirunt ex floribus nectar, id est ex verbo simplici veritatis dulcedinem, que magis aedificet audientes, quam inflet; imitari quoque optamus, compendium veritatis sequentes potius, quam profana et falsa eloquia ex proprio corde mendaciter fingentes.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT[a] VITA BEATAE[b] BALTHILDIS REGINAE.

I. Tim. 2, 4. (2). Benedictus Dominus[c], *qui vult*

INCIPIT VITAE TEXTUS BEATAE AC GLORIOSISSIMAE BALTHILDIS REGINAE, QUAE EST 3. KL. FEBRUARII.

(2). Benedictus Dominus, *qui vult omnes*

Cap. 1. *A* 3*a. b* (*cf. n. c*). *Cap.* 2. *A* 1. 2. 3*a.*

Cap. 1. a) I. in vita p. in vita d. Baltildis r. *A* 3*a*; Ipso die prologus in vita d. B. r. *A* 3*b*; *prologum om. A* 1. 2. b) validus *A* 3*b*. c) *folio exciso, textus a* Minus *ad c.* 9. suas *hiat A* 3*b*.

Cap. 2. a) Vita et actus Balthildis regine *lemma fert A* 2. b) b. B. r. *om. A* 3*a*. c) Deus *A* 1.

Capp. 1. 2. *B* 1.

Cap. 1. a) *initio mutilus a verbis c.* 3. dubio agebatur *incipit B* 2*a*; *prologum om. B* 2*c*. b) ut *B* 1.

A.

omnes homines salvos fieri et[a] *ad agnitionem veritatis venire, qui*[b] *et operatur* omnia in omnibus, *velle et perficere*. Et ideo merito ipsius laus canenda est prius in sanctorum meritis sive virtutibus, qui de parvis efficit magnos, immo qui[c] de stercore elevat pauperem et eum consedere facit cum principibus populi sui, sicut et presentem venerabilem[d] magnamque feminam, domnam Balthildaem[e] reginam. Quam de partibus transmarinis divina providentia advocans, et vili pretio venundata[f], huc advenit[g] ipsa pretiosa et optima Dei margarita. Recepta[h] est a principe Francorum viroque inlustri Erchinoaldo quondam[i], in cuius ministerio ipsa adolescens[k] honestissime conversata est, ita ut pia[l] eius conversatio et admirabilis conplaceret tam principi quam et omnibus[m] eius ministris. Erat enim benigna[n] animo et moribus omnibus sobria prudensque[o] et cauta, nulli machinans malum. Non levis in eloquio, non presumptuosa in verbo, sed in cunctis actibus suis honestissima. Et[p] cum esset ex genere Saxonum, forma corporis grata ac subtilissima et aspectu decora, vultu hilaris et incessu[q] gravis. Et cum talis esset, fuit omnino grata principi

B.

homines salvos fieri et ad agnitionem suae veritatis venire[a], *qui et operatur* omnia in omnibus, *velle et perficere*, quod bone voluntatis optaverint adimplere. Et ideo merito ipsius laus in omnibus que fecit canenda est nec non et sanctorum meritis sive virtutibus glorificanda, qui de parvis efficit magnos, immo qui[b] de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus et gloriae solium teneat, sicut in hac venerabili Dei cultrice, domna Balthilde regina, cuius hodie, exultantibus animis, festa recolimus, ad multorum augmentum fidelium completum esse cernimus. Que siquidem beata de partibus transmarinis divina providentia depredata, et[c] vili pretio, sed incomparabili commertio venundata, huc[d] advenit ipsa pretiosa et optima Dei margarita atque a principe quodam Francorum viroque clarissimo Herchinoaldo, qui tunc palatium gubernabat, constat esse recepta, in cuius ministerio[e] ipsa adolescens ita decentissimę conversata est, ut honesta eius conversatio et admirabilis conditio tam principi quam et omnibus eius ministris complaceret. Erat enim benigna animo et moribus omnibus pudica, sobria, prudens et cauta, nulli machinans malum. Non levis in eloquio, non praesumptuosa in verbo, sed cuncta opera sua honestissimo[f] moderabat ingenio. Claro namque sanguine, licet alterius gentis serviret obsequiis, progenita Saxonum demonstrabatur. Erat itaque forma corporis grata et omni aspectu decora, vultu hilaris et incessu gravis. Talemque se in omnibus, ut eam decebat, exibuit, quo predicto iudici prin-

Philipp. 2, 13.

Cap. 2. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 2. a) et — venire *om*. *A* 2. b) et q. *A* 2. c) *om*. *A* 1. d) *ita* *A* 2; p. magnamque ac v. f. *A* 1; p. v. magnique meriti f. *A* 3*a*. e) Baltild. *semper* *A* 3*a*. f) venundatam *A* 1. g) advenire concessit. Ipsa denique p. *A* 1. h) Recepta est igitur a *A* 2; Receptaque est a *A* 3*a*. i) *om*. *A* 1; Erchinaldo quodam *A* 2. k) adolescentula honestissima *A* 2. l) e. p. c. a. *A* 2. m) e. o. *A* 1. n) benigno *A* 2. o) que *om*. *A* 3*a* *cum* *B*. p) Haec namque cum *A* 1. q) erat *add*. *A* 2.

Cap. 2. *B* 1. 2*b*. *c*.

Cap. 2. a) pervenire *B* 2*b*. *c*. b) q; *B* 1. c) ut? *B* 1. d) hic *B* 1. e) ministeria? *B* 1. f) honestissimę *B* 1.

A.

cf. Gen. 39, 10. et invenit gratiam in oculis eius. Qui[a] eam instituit[b], ut sibi in cubiculo pocula[c] porrigeret et ut[d] pincerna honestissima sepius presens adstaret in ministerio eius. De cuius dignitatis gratia nullam habuit extollentiam[e], sed potius in humilitate fundata, omnibus erat suis[f] consodalibus oboediens atque amabilis, honore congruo ministrans[g] senioribus, ita ut de earum[h] pedibus calciamenta detraheret et ipsa tergeret[i. 1] ac dilueret, aquam quoque ad lavandum afferret et vestimenta earum[h] festinanter pararet. Et hoc absque murmurio[k] bono et pio animo exercebat eis[l] ministerium[m].

(3). Ex qua eius nobili conversatione maxima ei inter socias[a] laus atque amor adcrevit[b], et in tantum felicem[c] famam promeruit, ut, matrona[2] suprascripti principis Erchinoaldi defuncta, ei conplacuisset, ut[d] denuo sibi Balthildem honestissimam virginem in thorum matronalem sibi[e] sociaret. Quam rem ipsa comperta, latenter se et studiose ab eius subtraxit aspectu. Et cum iam vocaretur ad principis cubiculum, secreto se ipsa[f] abscondit in angulo, superiectis[g] sibi vilibus panniculis[h], ita ut nemo[i] illic aliquem latere putasset. Ipsa

B.

cipum gratissime placeret et gratiam in eius oculis inveniret. Qui[a] et instituit, ut sibi in cubiculo pocula porrigeret et ut pincerna honestissima semper praesens in ministerio eius adstaret. De cuius dignitatis gratia nullam habuit extollentiam, sed potius in humilitate fundata, omnibus erat suis consodalibus obediens atque amabilis, honore congruo ministrans senioribus, ita ut de earum pedibus caltiamenta traheret ac manus detergeret, aquam quoque ad lavandum afferret et vestimenta earum festinanter pararet. Et hoc absque murmure bono et pio animo exercebat.

(3). Ex qua eius nobili conversatione maxima ei inter sotias laus atque amor adcrevit, et in tantum felicem famam promeruit, ut pro matrona, quam supradictus Herchenoaldus princeps, morte interventa, amiserat, cumplacuisset denuo eidem Balthildem honestissimam virginem in thoro matronali sibi sotiare. Qua re conperta, iam illustrata divina gratia virgo beata, latenter se et studiose ab eius subtraxit aspectibus. Cum itaque vocaretur ad principis cubiculum, secreto[a] se ut sagax puella abscondit in angulo domatis[3] et superiecit se vilibus panniculis, ita ut nemo putaret, illic aliquem latere potuisse. Atque ut

Capp. 2. 3. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 2. a) Quam i. (*A* 2. 3*a*). b) constituit *A* 2. c) poculum *A* 1. d) *om.* *A* 2. e) excellenciam *A* 2. f) o. s. c. *A* 2. g) ministrabat *A* 1. h) eorum *A* 1. i) detergeret *A* 3*a*. k) murmure *A* 1 *cum B*. l) *om.* *A* 2. m) ministrando *A* 1.

Cap. 3. a) socios *A* 3*a*. b) *ita A* 1; crevit *A* 2; adolevit *A* 3*a*. c) felici fama *A* 2. d) c. sibi et B. *A* 2. e) *om.* *A* 1; thorum matronalem sibi vellet sotiare *A* 2; thoro matronali sibi sociaret *A* 3*a*. f) ipsam *A* 2; ipso *A* 3*a*. g) subiectis *A* 2. h) *ita A* 2 *cum B*; pannulis *A* 1; pannusculis *A* 3*a*. i) *ita A* 2; nemo i. a. latitare credere potuisset *A* 1; nemini pateret i. a. l. potuisse *A* 3*a*.

Capp. 2. 3. *B* 1.

Cap. 2. a) cui *B* 1.

Cap. 3. a) secreta? *B* 1.

1) *Cf. Fort., V. Radeg. c.* 23: calciamenta tergens et unguens. 2) *Erchinoaldi uxor vocatur Leutsuinda in Mir. S. Fursei c.* 18 *sqq. (Mabillon, AA. SS., Saec. II, p.* 313*).* 3) *i. e. domus; cf. Ducange ed. Favre III, p.* 158.

A.

vero ut prudens et astuta virgo iam tunc[a] honores vanos fugiens et humilitatem diligens, temptabat, ut poterat, humanum devitare thorum, ut mereretur ad spiritalem caelestemque pervenire sponsum. Sed et[b] illud procul dubio divina peragebatur providentia, ut ipse princeps ipsam tunc quesitam minime inveniret et tunc[c] sibi ad coniugium aliam sociaret. Et tunc ita demum Balthildis puella inventa est nutu vero[d] Dei, ut, qui principis nuptias devitaverat[e], postea[f] Chlodoveum, Dagoberti quondam[g] regis filium, in coniugium acciperet[h], et merito humilitatis[i] ad altiorem gradum eam attolleret[k]. In quo gradu ipsam divina dispensatio decreverat honorare[l], ut, dum[m] ministrum regis contempserat, ad regis copulam perveniret[n], atque ex ipsa regalis soboles[1] procederet. Quod nunc[o] peractum est, sicut omnibus patet, ipsam[p] eius nunc regalem regnantem progeniem.

(4). Sed[a] et ipsa, conlatam sibi a Deo prudentiae gratiam, vigilanti[b] studio et[c] regi obtemperabat ut[d] domino et principibus se ostendebat ut mater, sacerdotibus ut filia, iuvenibus[e] seu adolescentibus

B.

prudens et astuta virgo iam tunc honores vanos fugiens et humilitatem ac castitatem diligens, temptabat, ut poterat, humanum devitare thorum, quatinus mereretur ad spiritalem caelestemque pervenire sponsum. Sed et illud procul dubio[a] agebatur divina providentia, ut ipse princeps[b] eandem tunc quesitam minime inveniret, quatinus ad coniugium sibi aliam sotiaret[c]. Postquam idem[d] dux alteram[e] duxit, tandem Balthildis[f] puella quesita et inventa, sed a predicto principe minime est contacta. Nutu vero divino factum esse creditur, ut, que principis nuptias devitaverat, postea Chlodoveum[g], Dagoberti quondam regis filium, in coniugium acciperet, et merito humilitas ad altiorem gradum eam adtolleret. In quo divina dispensatio eandem honorare decreverat, ut, dum ministrum regis contempserat, ad regis copulam perveniret atque[h] ex ipsa regali progenie procederet[i]. Quod ideo peractum est, sicut omnibus patet, ut ipsa, quae erat ex regali progeniae, regiam sumeret copulam regalemque gigneret sobolem.

(4). At ipsa, conlata sibi a Deo prudentiae gratia, vigilanti studio et regi obtemperabat ut domino et principibus se ostendebat ut matrem, sacerdotibus ut filiam, iuvenibus sive adolescentibus ut

Capp. 3. 4. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 3. a) *om.* *A* 2. b) *om.* *A* 1. c) *om.* *A* 3*a*. d) *ita* *A* 1 *cum* *B*; vere *rell.* e) devitarat *A* 3*a*. f) p. hanc Chlodoveus (Clod. *A* 3*a*) — filius *A* 2. g) r. quendam *A* 1. h) *ita* *B*; accepit. Et merito; quia virtus hum. *A* 1; accepisset, ut merito *A* 2; acciperet, ut meritum *A* 3*a*. i) Deus *add.* *A* 2. k) attulerit *A* 1. l) h. — contempserat *om.* *A* 2. m) quae *A* 1. n) pervenisset *A* 1; pervenire, ut ex *A* 2. o) tunc *A* 1. p) p. regnantemque progeniem *A* 2; ipsa — regali regnante progenie *A* 3*a*.

Cap. 4. a) seu et ipsam *A* 1; sed et ipsa secundum collatam — gratiam *A* 2; sed et ipsa collata — gratia *A* 3*a*. b) namque *add.* *A* 1. c) *om.* *A* 2. d) et *A* 1. e) senioribus *A* 2.

Capp. 3. 4. *B* 1. 2a (*cf. n. a*).

Cap. 3. a) *a* dubio *incipit* *B* 2*a*. b) *om.* *B* 2*a*. c) quod *add.* *B* 2*a*. d) isdem *B* 2*a*, *ut infra*. e) alteri nupsit *B* 2*a*. f) Baltechildis *B* 2*a*, *semper*. g) Clod. *B* 2*a*. h) que *B* 1. i) produceret *B* 1.

1) *Cf. L. H. Fr. c.* 44: Nam ex Balthilde, regina eius, adserunt ei tres filios habuisse Chlotharium, Childericum atque Theudericum.

A.

ut optima nutrix, eratque amabilis omnibus, diligens valde sacerdotes ut patres, monachos[a] ut fratres, pauperes ut pia nutrix, largasque elemosinas distribuens singulis, principum honorem conservans[b] consiliaque eorum congrua retinens, iuvenes ad religiosa studia semper[c] exortans, regi[d] humiliter et assidue pro aeccleaiis[e] et pauperibus suggerens[f]. Iam enim sub seculari habitu Christo ministrare cupiens, frequentabat[g] orationem cotidie, commendans se cum lacrimis Christo regi caelesti. Cui[h] ipse[i] rex pius consulens iuxta fidem et devotionem eius, dedit ei in[k] adiutorium suum fidelem famulum abbatem Genesium[1], per cuius manus ministrans[l] ipsa sacerdotibus et pauperibus, pascebat egenos et induebat vestibus nudos studioseque sepelire ordinabat mortuos, dirigens[m] per ipsum ad coenobia virorum ac virginum auri vel argenti largissima munera. Qui[n] ipse Christi famulus domnus Genesius postea, Christo iubente, Lugduno Galliae ordinatus

B.

piam nutricem, eratque amabilis omnibus, diligens sacerdotes ut patres, monachos ut fratres, pauperes ut domesticos, peregrinos ut filios, quia et ipsa peregrina fuerat, amplexabatur. Viduis, orphanis et pupillis subsidia vite ministrabat et omnibus omnino debilibus opem ferebat. Principum honorem conservabat consiliaque eorum congrua retinebat, iuvenes quoque ad religiosa studia exercenda semper commonebat ac regi humiliter assidueque pro[a] ecclesiis et pauperibus suggerebat. Iam enim sub seculari habitu Christo ministrare cupiens, frequentabat orationem cotidie, commendans se cum lacrimis Christo regi caelesti. Cui ipse rex pius consulens iuxta fidem et devotionem[b] eius, ut plenius haec que mente conceperat perficeret, venerabilem virum Genesium abbatem ad sublevamen ac in supplemento adiutorii tribuit[c], per cuius manus ministrans ipsa sacerdotibus et pauperibus, pascebat egenos et induebat vestibus nudos studioseque sepelire ordinabat mortuos; dirigebat quoque per ipsum ad coenobia virorum ac sacrarum virginum auri vel argenti non modica munera. Que omnia idem Dei famulus Genesius, qui postea, Christo largiente, Lugduno Galliae

Cap. 4. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 4. a) m. ut fratres *om.* *A* 1; et m. ut *A* 3*a*. b) servans, ut consilia eorum congruerent in eis, iuvenes *A* 2. c) super *A* 1. d) regem humiliter postulavit, ut a. *A* 1; regique *A* 2. e) ecclesia *A* 2. f) elemosinarum beneficia devotus impenderet *add.* *A* 1. g) ad *add.* *A* 1. h) Quam — consolans *A* 3*a*. i) r. i. *A* 2. k) *om.* *A* 3*a*. l) ministrabat *A* 2. m) dirigensque *A* 2. n) Ipsa vero Xi famula postulante, domnus *A* 2.

Cap. 4. *B* 1. 2*a*.

Cap. 4. a) *om.* ? *B* 1. 2*a*. b) devotionis *B* 1. c) contulit *B* 2*a*.

1) *Genesius ex abbate episcopus Lugdunensis creatus, successit Aunemundo, qui a.* 660, *die* 26. *Augusti chartae Emmonis episcopi Senonensis subscripsit; cf. Pardessus, Dipl. II, p.* 110. *Genesii nomen inter subscriptiones chartae Berthefredi legitur, datae die* 6. *Sept.* 664, *apud Pardessus, Dipl. II, p.* 128. *Anno* 667, *die* 26. *Iunii chartae Drauscii episcopi subscripsit (Pardessus II, p.* 140*) interfuitque placito Chlothacharii anno incerto (Pertz l. l. p.* 34*). Leodegarium cum ab insidiis Ebroini a.* 675/676. *tuitus esset (V. Leod. c.* 8, *Mabillon, AA. SS. Saec. II, p.* 686*), huius sectatores eum aggressi sunt, sed Lugdunum irrumpere non potuerunt (V. Leod. c.* 11*). Anno* 679, *postquam conventui Maslacensi m. Sept. interfuit (Pertz l. l. p.* 44*), die* 1. *Novembris defunctus est. Ei Lantbertus abbas Fontanellensis successit; cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 485.

A.

est episcopus. Tunc enim[a] in palatio Francorum[b] erat assiduus. Per quem, ut[c] diximus, ipsa domna Balthildis una cum regis[d] Chlodovei[e] imperio, et suggerente ipso Dei famulo, in[f] cunctis pauperibus largam[g] providebat regis elemosinam per loca multa.

B.

est ordinatus episcopus, suscipiebat. Tunc enim in palatio Francorum erat assiduus. Per eum siquidem, ut diximus, ipsa beata mater Balthildis una cum regis Chlodovei imperio, de cuius prosperitate ac sanitate indefitienter sollicita erat, suggerente etiam predicto Dei famulo, multis pauperibus loca per diversa pro vita regis largissimam distribuebat elemosinam.

A.

(5). Quid plura? Deo iubente, rex Chlodoveus, vir eius, migravit de[a] corpore; relictaque[b] sobole filiorum cum matre, suscepit ilico post[c] eum filius eius Chlotharius[d] quondam[e] Francorum regnum, tunc etenim precellentibus principibus Chrodoberhto[f, 1] episcopo Parisiaco et domno Audoeno[2] seu[g] et Ebroino maiore domus cum reliquis senioribus vel ceteris quam pluribus, et[h] regno quidem Francorum in pace consistenti[i]. Tunc etenim[k] nuper et Austrasii[l] pacifico[m] ordine, ordinante domna[n] Balthilde, per consilium quidem seniorum receperunt Childericum, filium eius, in[o] regem Austri[p]; Burgundiones vero

B.

(5). Interea domnus rex Chlodoveus[a], vir eius, gratia evocante divina, septimo 657 ex.
decimo[3] regni[b] sui anno rebus exemptus humanis, migravit a saeculo; relictaque subole filiorum cum matre, suscepit ilico post eum filius eius Chlotharius rex Francorum regnum, et suffragantibus praecellentissimis principibus Chrodoberto episcopo Parisiaco et domno Audoeno Rotomagensi seu et Ebruino[c] maiore domus cum reliquis senioribus vel ceteris quam pluribus regni honorem querentibus[d], regnum Francorum in pace constituitur.
Austrasii quoque pacifico ordine, fatiente 663.
domna Balthildę[e], per consilium quidem seniorum receperunt Childericum, filium eius, regem in Austrasiam; factique sunt Burgundiones et Franci ex illo tempore

Capp. 4. 5. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 4. a) iisdem Genesius *add.* *A* 1. b) regum *add.* *A* 2. c) ut d. *om.* *A* 2. d) regio *A* 2. e) Clod. *semper* *A* 3*a*. f) *om.* *A* 2. g) largas expendebat r. elemosinas *A* 2; larga procedebat r. elemosina *A* 3*a*.

Cap. 5. a) a *A* 3*a*. b) relictoque *A* 2. c) f. e. p. e. *A* 2. d) Cloth. *A* 3*a*. e) quoddam *A* 1; *om.* *A* 2. f) Rudberto *A* 2; Chrodoberto *A* 3*a*. g) *ita* *A* 3*a* *cum* *B*; sive E. *A* 1; seu E. *A* 2. h) p. regnum *A* 2. i) consistebat *A* 2. k) T. etiam et *A* 1; T. enim nuper et *A* 3*a*. l) Astrasii *A* 2; Austrasi *A* 3*a*. m) o. p. *A* 2. n) domina *h. l.* *A* 3*a*. o) *om.* *A* 3*a*; in regno *A* 2. p) *om.* *A* 1; Ostreo (*pro* Aostre?) *A* 2.

Capp. 4. 5. *B* 1. 2*a*.

Cap. 5. a) Clod., Clothar., Crodob. *B* 3. b) *s. r. C.* c) Ebroino *in marg.* *B* 2*a*. d) ad *add.* *B* 1. e) Baltech. *semper* *B* 2*a*. 3.

1) *Chrodobertus successor Landerici episcopi Parisiensis, qui a.* 654, *d.* 22. *Iunii Chlodovei II. chartae subscripsit (Pertz, Dipl. I, p.* 20), *a.* 660. *chartae Emmonis Senonensis episcopi subscriptione confirmavit; cf. Pardessus, Dipl. II, p.* 111. 114. 2) *Obiit anno* 685/686; *cf. supra p.* 322, *n.* 2. 3) *Chlodoveus a.* 639. *Ian.* — 657. *ex. regnavit; cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 464 *sq.*

A.

et Franci facti[a] sunt uniti[b]. Et credimus, Deo gubernante[c], iuxta domnae Balthildis magnam fidem ipsa tria regna tunc inter se tenebant pacis concordiam.

(6). Factumque est tunc[a] per eam nutu Dei, et exortantibus bonis sacerdotibus, ut heresis[b] Symoniaca[c. 1], quae pravo usu maculabat[d] tunc Dei[e] aecclesiam, ita ut dando[f] praemia contra ordinem episcopatus accipiebant[g], ut prefata domna Balthildis hoc impium nefas prohiberet, ut nullus[h] premium pro[e] percipiendis sacris gradibus omnino intercurreret[i]. Ordinavit etenim, immo per eam Dominus, ut[k] et alia pessima et impia[l] cessaret consuetudo, pro qua plures homines sobolem suam interire potius quam nutrire studebant[m], dum diffidebant[n] actiones publicas[2], quae eis ex consuetudine ingerebantur, accipere, ut illis ex hoc gravissimum rerum suarum inferrent dampnum. Prohibuit hoc[o] ipsa domna pro mercede sua, ut hoc nullus facere presumeret[p]. Ex quo facto copiosa[q] eam valde merces exspectat.

B.

uniti. Et credimus, quia, Deo[a] gubernante, iuxta domne Balthildis magnam fidem accidit, ut ipsa tria regna, que antea dissidebant discordia, tunc inter se tenerent pacis concordiam.

(6). Factum est preterea per eam nutu Dei, exortantibus sanctis sacerdotibus, ut heresis Symoniaca[a], quae pravo usu maculabat tunc ęcclesiam Dei, dando scilicet contra[b] instituta canonum pro adipiscendis et conferendis episcopatus vel presbiteratus seu reliquorum gradibus premiorum munera, a[c] catholicis viris penitus pelleretur, et hoc impium nefas prohiberetur, ne ullus presul pro percipiendis vel dandis sacris gradibus daret aliquit aut acciperet. Ordinavit etiam, immo per eam Dominus, ut et alia pessima et impia consuetudo cessaret[d], pro qua[e] multo plures homines filios suos magis mori quam nutrire obtabant, dum de eis videbant exactiones publicas, que ex antiqua consuetudine mala ingerebantur, accipere, unde gravissimum rerum suarum patiebantur dampnum. Quam nequissime cupiditatis avaritiam ipsa pietate plena pro mercede aeternae retributionis prohibuit et, ut in[f] perpetuum dampnaretur, legibus tradidit. Ex quo facto copiosa ei valde merces a Domino reddita manet.

Capp. 5. 6. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 5. a) *om.* *A* 2. b) uni *A* 1. c) dispensante *A* 2.

Cap. 6. a) ut per *A* 2. b) hereses *A* 3*a*. c) destrueretur *add.* *A* 1; Symoniaco *A* 2. d) iaculabat *A* 1. e) *om.* *A* 2. f) tanta *A* 1. g) accipiebant et *A* 2; acciperet *A* 3*a*. h) nullus praemia *A* 1; nulli p. *A* 2; nullum p. *A* 3*a*. i) o. ::: (*ras.* non?) curaret *A* 1; o. proveniret *A* 2. k) ut haec et *A* 2. l) impiissima *A* 1. m) Denique *add.* *A* 1. n) *ita scripsi*; dividebant a. *A* 1; devitabant exactiones *A* 2; dividebat a. *A* 3*a*. o) *om.* *A* 1. p) praesumerent *A* 2. q) copioso *A* 2; copiosam et valde magnam mercedem expectat *A* 3*a*.

Capp. 5. 6. *B* 1, 2*a*.

Cap. 5. a) Domino *B* 1.

Cap. 6. a) Simonyaca *B* 1. b) *om.* *B* 1. c) ad *B* 1. d) cessaretur *B* 2*a*. e) quam *B* 1. f) imperpetuum *B* 1.

1) *Cf. V. Eligii II*, 1 *(Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' III, p.* 556*)*: Sed crudeliter in diebus illis Simoniaca haeresis pullulabat in urbibus et in cunctis finibus regni Francorum. — — Sollicite tamen pro hoc invigilabant sancti viri Eligius et Audoenus, et communi cum ceteris viris catholicis habito concilio, suggesserunt principi et optimatibus eius, ut hoc mortiferum virus cito deleretur de corpore Christi, quod est universalis ecclesia. 2) *Cf. Roth, 'Beneficialwesen' p.* 86; *Waitz, 'VG.' II*, 2[3], *p.* 266.

A.

(7). Quis enim valeat dicere, quanta et quam magna commoda per religiosorum coenobia largiendo[a] integra praedia[b] et silvas[c] magnas ad cellulas seu monasteria construenda concessit; quod etiam[d] et ipsa velud proprias seu[e] et peculiares Dei casas[f], id[g] est Kala[1] in Parisiaco, a Deo sacratas puellas, coenobium magnum virginum aedificavit, ubi Dei famulam religiosam

B.

(7). Quis enim valet enarrare, quanta et quam magna commoda per religiosorum coenobia virorum sacrarumque virginum largiendo integra predia et silvarum aditus ad cellulas seu monasteria construenda concessit? Cui etiam non videbatur liberalitas magnarum rerum, quam per diversa coenobia conferebat, ad votum sui desiderii esse suffitiens, si non et ipsa inter ceteras et peculiares Dei casas[a] monasterium construeret, quod caelum esset aspitiens. Pro qua re, quasi iam pelagus seculi calcans, coenobium Kale sanctaemonialium virginum in pago Parisiaco, unda circumfluente Maternae[1] fluminis, decentissime edificavit. Quem locum villis affluentissimis et quam pluribus cum earum reditibus amplificavit et exornavit et in potestate sub religione ibidem viventium sacrarum virginum tradidit. Quarum quidem vocabula propter tedium quorundam legentium reticui. Illud vero inserere curavi, quod rectoribus eiusdem loci valde timendum est. Nam preceptum super his constituit et manibus propriis ac filiorum regum roboravit sigilloque signavit, in quo testamento interminata[b] est per[c] invocationem sanctae Trinitatis et diem tremendi iuditii, ut nemo[d] per succedentia tempora rector quislibet eiusdem loci quicquam de his villis, quas in usus diversos eiusdem coenobii habitantium contulerat, subtraheret aut benefitiarios[e, 2] exinde haberet. Quod si[f] fecisset, poenis infernalibus cum Iuda traditore nequissimo et cupidissimo afflictus, sine fine puniretur; ipsumque testamentum si quis quesierit, in archivo eiusdem ecclesiae repperiet[g]. In hoc etiam predicto coenobio venerabilem religiosamque valde Dei famulam Bertilam,

Cap. 7. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 7. a) largienda *A* 1. b) praesidia *A* 3*a*. c) et delicias m. *A* 1. d) eciam fecit dum p. *A* 2. e) om. *A* 2; et om. *A* 1. f) causas *A* 3*a*. g) c. eadem in P. ad Deo s. p. concessit, ubi cenobium m. nomine K. edificavit *A* 2.

Cap. 7. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 7. a) causas *B* 1. b) interminatum *B* 2*b*. c) pro invocatione *B* 1. d) ne *B* 2*c*. e) benefitia *B* 2*c*. f) om. *B* 1. g) repperi:et *B* 2*b*; repperiret *B* 2*c*.

1) *Chelles (Seine-et-Marne) ad Marne fl.* 2) *Cf. Waitz, 'VG.' IV*[2], *p.* 177, *n.* 1. 181, *n. Ex hoc loco intellegitur, Vitam B ante Karolum M. scriptam esse non posse.*

A.

valde puellam Berthilanem[a, 1] in locum matris esse primam[b] constituit? In quo et ipsa venerabilis domna Balthildis deinceps[c] conversari sub integra regula religionis et in pace requiescere decreverat[d], et in veritate[e] devota id voluntate complevit.

Pretereundum non est, quia[f] ad laudem Dei pertinet, quicquid in sanctis et electis suis mirabiliter Deus[g] operatur,
Ps. 67, 36. quia, ut dicit Scriptura, *mirabilis Deus in sanctis suis,* cuius[h] Spiritus paraclytus cooperatur interius per bonam voluntatem,
cf. Rom. 8, 28. ut scriptum est: *Omni enim*[i] *volenti bonum Deus cooperator est illi;* sicut et isti[k] magnae feminae constat veraciter fuisse. Ut enim praefati sumus, neque nostra neque cuiuslibet, ut arbitror, lingua quamvis erudita enarrare[l] eius omnia[m] bona valet. Quantas consolationes vel adiutoria ad casas Dei vel eius[m] pauperibus pro Christi amore quantasque[n] oportunitates et commoda ipsa[o] largita fuit[p], qualeque monasterium quod vocatur Corbeia[q, 2] in

B.

quam ex monasterio Iodro[3] evocaverat, in locum matris primam[a] constituit, ubi et ipsa acceptabilis Deo et electa margarita Balthildis deinceps conversare sub integre religionis regula et in pace requiescere decrevit; quod in veritate, prout citius tempus permisit, devota voluntate conplevit.

Praetereundum quoque non est, quia ad laudem Dei pertinet, quicquid in sanctis suis et electis Deus mirabiliter[b] operatur, sicut dicit Scriptura: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Cuius quidem Spiritus paraclitus cooperator est interius per bonam voluntatem dando precepta vitae aeternae, ut scriptum est: *Omni enim volenti bonum Deus cooperator est illi* et administrator. Quod utique in ista sacra ac clarissima, unde sermo agitur, domna Balthilde veraciter ac liquido claret esse ostensum. Ut enim vera loquamur, neque nostra neque cuiuslibet, ut arbitror, lingua omnia eius[b] que operata est bona in consolationibus pauperum, in aedifitiis et adiutoriis ecclesiarum[c] Dei, in oportunitatibus omnium indigentium, vel qualia aut quanta in incommoditatibus commoda exhibuerit, enarrare[d] valet. Nec illud etiam est reticendum inter precipua que fecit, quod monasterium cuius vocabulum est Corbeia in

Cap. 7. A 1. 2. 3a.

Cap. 7. a) Bertilanam *A* 2; Bertilam *A* 3a. b) *om. A* 1; p. e. ? *A* 3a. c) dein *A* 3a. d) consueverat *A* 3a. e) in voluntate devota id c. *A* 1. f) quod *A* 2. g) o. D. *A* 2. h) cuius — m. feminae *om. A* 2. i) *om. A* 3a. k) istius *A* 1. l) narrare *A* 1. 2. m) omnia — vel eius *om. A* 1. n) que *om. A* 1. o) *om. A* 2. p) sit *A* 2; est *A* 3a. q) Corbedia et in Ambianense *A* 2; Corbegia in Ambianensi *A* 3a.

Cap. 7. B 1. 2a.

Cap. 7. a) prima *B* 1. b) *om. B* 1. c) *om. B* 2a. d) enarrabile *B* 1.

1) *Cf. V. Bertilae c. 4 (Mabillon, AA. SS. Saec. III, 1, p. 23):* Magna siquidem cum devotione et humilitate domnam Teutchildem poposcit abbatissam, ut ex suo monasterio aliquas famulas Dei sibi destinaret, quae suum regere deberent coenobium. At illa percunctata diu, sanctam supplicationem reginae denegare non potuit, sed sponte gloriosae domnae ad petitionem satisfecit praefatamque domnam Bertilam cum quibusdam sanctis puellis spirituali matri domnae Balthechildi cum summa diligentia et honore debito, ut decebat, per magnum sacerdotem domnum Genesium ad Kalae supradictum sanctum coenobium perducere praecepit. 2) *Corbie (Somme).* 3) *Hodie Jouarre (Seine-et-Marne). Cf. V. Bertilae c. 1 (Mabillon, AA. SS. Saec. III, 1, p. 21):* (Bertilam) ad monasterium puellarum quod vocatur Iotrus perduxerunt, *et infra c. 8.*

A.

Ambianense parrochia suo[a] opere construxit? Ubi venerabilis vir domnus Theudofredus[b, 1], nunc enim episcopus, tunc vero abbas, magno gregi fratrum praefuit, quem de Luxovio monasterio praefata domna Balthildis a reverentissimo viro domno Waldeberto[c, 2] quondam abbate expetivit et mirabiliter ad[d] ipsum coenobium fratrum[e] condirexit[f], quod[g] nunc usque et[h] laudabiliter constat.

(8). Quid[a] enim? A Gemetico domno Filiberto[b, 3] viro religioso[c] et silvam magnam ex[d] fisco, ubi ipsum coenobium fratrum situm est, et multa munera et pastus

B.

pago Ambianense[a] suo opere fundetenus struxit ac devotum gregem monachorum inibi esse[b] constituit. Ubi et venerabilis[c] vir dompnus Teudofredus, nunc episcopus, tunc vero abbas, magno gregi fratrum prefuit, quem de Luxovio monasterio prefata domna Balthildis a reverentissimo viro domno[d] Waltberto[e] quondam abbate expetivit et ad predictum fratrum coenobium condirexit. Ipsum autem monasterium, sicut a fundamento, ita villis et prediis omnibusque sumptuum necessitatibus fundavit et ornavit. Quo in loco eius memoria venerabiliter, ut decet, recolitur et[f] celeberrimę ab ipsis Dei cultoribus frequentatur, atque laus eius, quamdiu in hac valle plorationis spiritus[g] humanos rexerit artus, canetur. cf. Verg. Aen. 4, 336.

(8). Domno etiam Philiberto[a] Gemmatensis monasterii abbati, magno et religioso viro, silvam magnam ex fisco, ubi ipsum coenobium fratrum situm est, maximaque

Capp. 7. 8. A 1. 2. 3a.

Cap. 7. a) miro opere *A 2.* b) Theodefridus *A 2*; Teudofredus *A 3a.* c) Galberto *A 3a.* d) *om. A 1*; i. ad *A 2.* e) frm *A 3a, ut infra.* f) conduxerat *A 2.* g) qui *A 3a.* h) *om. A 2.*

Cap. 8. a) Qui denique a Gemetico *A 1*; Q. e. dicam de d. F. *A 2*; Q. e. ad Gemeticum *A 3a.* b) Fileberto *A 3a.* c) fideliter est honoratus *add. A 1*; r. qui s. *A 2.* d) ipso *add. A 1.*

Capp. 7. 8. B 1. 2a.

Cap. 7. a) Ambianensi *B 1.* b) c. e. *B 2a.* c) *v*erabilis *B 2a.* d) *om. B 2a.* e) ito *B 1*; Walberto? *B 2a.* f) et — frequentatur *om. B 2a cum Surio et Boll.* g) spiritu *B 1.*

Cap. 8. a) Phileberto *B 1.*

1) *Theudefredi abbatis mentio fit in charta spuria Chlothacharii III, apud Pertz, Dipl. I, p. 37. Episcopus factus Chrodegarium abbatem instituisse dicitur in charta falsa Theuderici III (Pertz l. l. p. 47). Cuius civitatis episcopus fuerit, non constat. Eius memoria die 9. Oct. colitur in Calendario Corbeiensi, quod libro pastorali Gregorii praemissum est:* 7. Idus Octobris Corbeia monasterio depositio Teodefridi abbatis *(Mabillon, Annales* 1739, *tom. I, p.* 463*). Est fortasse Theudofridus is, qui versiculos de sex aetatibus et mundi principio condidit; cf. Wattenbach, 'GQ.' I*[5]*, p.* 107. 2) *Anno* 40. *Waldeberti abbatis, indictione* 13, *anno* 12. *Chlothacharii III, i. e. a.* 669 *ex., codex Luxoviensis, hodie in castello Troussures (Oise) asservatus, conscriptus est; cf. Havet, 'Questions Mérovingiennes' III, p.* 11. *Adsone teste monasterium Luxoviense per annos* 40 *gubernavit, die* 6. *Non. Mai. depositus; cf. Calend. Corb., 'N. Archiv' X, p.* 92. *Unde Waldebertum a.* 629. *abbatem factum, die* 2. *Mai. a.* 670. *defunctum esse intellegitur.* 3) *Cf. V. Filiberti c.* 6 *(Mabillon, AA. SS. Saec. II, p.* 819*):* Tunc a rege Francorum Chlodoveo nomine atque eius regina vocabulo Baldechilde locum in pago Rothomagense, quem vetusto vocabulo Gemeticum antiquitas consueverat nuncupare, obtinens suggestione supplici, nobile ibidem coenobium visus est construxisse. *Locus Jumièges hodie vocatur.*

A.

de fisco dominico ad ipsum monasterium construendum[a] concessit. Quanta[b] vero domno[c] Laigoberto ad[d] Curbionem[1] monasterium et villam magnam[*] et talenta multa argenti vel auri? Etiam suum[e] ipsum regale, quo ipsa[f] cingebatur, cingulum, desupra[g] sacros[h] lumbos suos devote abstulit et fratribus in elemosinam[i] ipsum direxit. Et hoc totum hilari[k] ac benigno dispensabat animo; ut enim[l] Scriptura dicit:
2. Cor. 9, 7. *Hilarem datorem diligit Deus.* Similiter et a[m] Fontenella[2] et Logio[3] plura concessit[n] conpendia. Quanta enim ad Luxovium vel ad reliqua monasteria in Burgundia et villas multas integras concessit (Matth. 6, 19. 20.) et pecuniam[o] innumerabilem direxit? Quid[p] ad Iotro[q, 4] monasterio, unde illas sacras virgines cum prefata domna Berthilane[r] abbatissa ad Kala[s] suo[t] monasterio accersivit[u]? Quanta ibi munera et de agris et

B.

munera et pastus de fisco dominico ad ipsum monasterium construendum concessit. Multa quoque talenta argenti vel auri domno Laigoberto Curbionensis[a] monasterii abbati cum villa quadam, cuius vocabulum a memoria recessit, ad opus servorum Dei illic habitantium contulit; sed et ipsum regale, quo cingebatur, cingulum a sacris lumbis abstulit fratribusque in elemosinam direxit, totum hoc agens et dispensans benigno ac hilari animo, sciens scriptum, quia *hilarem datorem diligit Deus.* Taliter ipsa beata anima cotidie thesaurizabat sibi ex terrenis pecuniis in caelo thesaurum, *ubi fur non adpropriat, nec tinea demolitur.* Similiter et ad Fontenellam[b] et Logium plura concessit benefitiorum compendia. Ad Luxovium etiam vel ad reliqua Burgundiae monasteria villas perplures ad integrum concessit et pecuniam innumerabilem direxit. Ad Iotrum quoque monasterium, unde sacras virgines cum prefata domna Bertila abbatissa ad cenobium Kalense accersivit, Villam Novam sitam in pago Vermandinse[c] cum pluribus aliis muneribus, quibus ipsum sanctum

*) vocabulo Nugaretum[5] *add. A 3a.*

Cap. 8. *A* 1. 2. 3*a*.

Cap. 8. a) conc. constr. *A* 2. b) Quantaque *A* 3*a*. c) domnus Laigobertus *A* 1; domno Legoberto *A* 3*a*. d) Corbeiensi monasterio concessit et v. *A* 1; ad Curbionis *A* 3*a*. e) *om.* *A* 3*a*. f) ipse *A* 1. g) supra *A* 2. h) sacris lumbis suis (s. *om.* *A* 1) d. *A* 3*a*. i) elemosina *A* 2. k) vultu *add.* *A* 3*a*. l) *om.* *A* 2. m) a Fontenello et L. *A* 1; ad Fontenellam et Legium *A* 2; ad Fontenellam eulogia *A* 3*a*. n) et *add.* *A* 3*a*. o) pecunias innumerabiles *A* 1. p) dedit *add.* *A* 2. q) I. (Iotero *A* 1) monasterium *A* 2; Iotrum monasterium *A* 3*a*. r) Bertilana (*A* 2); Bertilanę *A* 3*a*. s) Cala *A* 1, *ut infra;* Kalam *A* 2. t) suum monasterium *A* 2. 3*a*. u) arcessivit *A* 3*a*.

Cap. 8. *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 8. a) Corbionensis *B* 2*b*. b) Funtenellam *B* 1. c) Vermandense *B* 1.

1) *Hodie Saint-Laumer-de-Moutier.* 2) *Hodie Saint-Wandrille-Rançon.* 3) *Logium erat coenobium puellarum in ea Neustriae regione, quae nunc Nortmannia dicitur. In eo parthenone mater Milonis reclusi Wisla,* mater Logensis coenobii *dicitur in Gestis abb. Fontanell. c.* 4 *(ed. Löwenfeld p.* 21*). Ansegisus Fontanellae abbas* ad Logium libram unam *(ib. p.* 58*) legavit. Logium coenobium situm erat haud procul a Cella Milonis ipsius ad ripam alvei Sequanae, unde Logiensis portus oppido Caudebequet proximus nomen accepit. Mab.* 4) *Jouarre (Seine-et-Marne).* 5) *Cf. supra p.* 481. *Nugaretum est Norroy in pago Woëvre.*

A.

pecunia[a] multa contulit? Similiter et ad monasterium Sanctae Farae[b, 1] sepe larga munera direxit. Ad urbem vero Parisiacam[c] ad sanctorum basilicas seu monasteria et villas magnas et multas contulit et muneribus plurimis ditavit. Quid plura? Ut[d] diximus, hoc[e] narrare non valemus per singula, sed neque vix media; totaque[f] dici[g] eius bona omnino a nobis non[h] possunt.

(9). Preterire enim[a] non debemus, quod per seniores[2] basilicas sanctorum domni Dionisii[3] et domni Germani vel domni Medardi et sancti Petri vel domni Aniani[b] seu et[c] sancti Martini, vel ubicumque[d] eius peratrinxit[e] notitia, ad[f] pontifices seu abbates suadendo pro zelo Dei praecepit et epistolas pro hoc eis direxit, ut[g] sub sancto[h] regulari ordine fratres infra[i] ipsa loca consistentes vivere deberent. Et ut hoc[k] libenter adquiescerent, privilegium[l] eis firmare iussit, vel etiam emuni-

B.

locum honoravit et ditavit, devote contulit. Monasterii quoque Sanctae Farae non inmemor fuit, quia villam quandam cum sepe datis muneribus ac largissimis donis eidem delegavit. Ad basilicas nec non seu et[a] ad monasteria sanctorum virorum sacrarumque virginum Parisiacae urbis villas laudabiles et multas condonavit et muneribus plurimis amplificavit. Sed, ut diximus, enarrare non valemus vel media dicere per singula, que ipsa Dei cultrix et amatrix in omnibus, prout potuit, perfecit bona. Numquam ab ea defuit bonum, quia Deum amabat ac summo studio diligebat benignum[b].

(9). Preterire vero non debemus, quod per precipuas sanctorum basilicas, almi scilicet Dyonisii[a] et domni Germani*) vel beati Medardi et sancti Petri ac domni Aniani et sancti Martini, vel ubicumque eius potuit dinosci noticia[b], pontificibus seu abbatibus suadendo pro zelo Dei precepit et epistolas pro hoc eis direxit, ut sub sancto regulari ordine fratres in ipsis sanctis locis consistentes caste et sobriae vivere facerent. Et ut hoc liberius adquiescerent, privilegium eis religionis fir-

———

*) G. Pariacensis seu b. M. Suessionensis et s. P. Corbeiensis et d. A. Aurelianensis et s. M. Turonensis vel *B* 2a.

Capp. 8. 9. *A* 1. 2. 3a.

Cap. 8. a) pecunias multas *A* 1. b) sua *add.* ? *A* 1. c) Parisiacum *A* 1. d) Nam ut superius d. *A* 1. e) hoc nos narrare p. s., sed *A* 1. f) *om.* *A* 1. g) dicimus *A* 2. h) *om.* *A* 1. 2.

Cap. 9. a) tamen *A* 1. b) Agrani *A* 1. c) *om.* *A* 3a. d) quicumque ad eius *A* 2. e) pertinuit (*om.* n.) *A* 2; pertinxerit *A* 3a. f) *ita* *A* 1; a pontificibus s. abbatibus *A* 2; pontificibus s. abbatibus *A* 3a. g) et *A* 1. h) suo *A* 2. i) in ipsis locis *A* 2; in ipsa loca *A* 3a. k) his *A* 2. l) privilegia *A* 1; in privilegio *A* 3a.

Capp. 8. 9. *B* 1. 2a.

Cap. 8. a) *om.* *B* 1. b) *sic* *B* 2a; summum bonum *B* 1.

Cap. 9. a) Dionysii *B* 2a. b) notitiam *B* 1.

1) *Faremoutier (Seine-et-Marne).* 2) Senior ecclesia *pro cathedrali accipitur a Gregorio Tur.; cf. SS. Rer. Merov. I, p.* 960. 3) *SS. Dionysii et Germani apud Parisios, S. Medardi apud Suessiones, S. Aniani apud Aurelianos, S. Martini apud Turonos. Quam S. Petri ecclesiam scriptor intellexerit, latet.*

A.

tates[a] concessit, ut melius eis[b] delectaret[1] pro rege et pace summi regis Christi clementiam exorare. Et illud commemorandum est, quia[c] ad mercedis eius cumulum pertinet, quod[d] captivos homines christianos ire[2] prohibuit, datasque[e] praeceptiones per singulas regiones, ut nullus in regno[f] Francorum captivum hominem christianum penitus transmitteret. Sed magis et[g] ipsa, dato pretio, captivos plurimos[h] redimere precepit et liberos relaxavit et alios[i] ex ipsis in monasteria[k] intromisit et precipue de gente sua[3] viros et puellas quam plures denutritas suas[l]. Quantas[m] enim adtrahere potuit, eas per sancta coenobia commendavit et, ut pro ea exorarent, eis precepit.

Dan. 12, 3.

Etiam ad Romam usque ad beati[n] Petri et Pauli basilicas vel ad Romensis[o] pauperes plura ac larga sepius direxit[p] munera.

B.

mare a filiis fecit et emunitates[a] concessit, ut melius eis delectaretur pro rege et pace summi regis Christi clementiam exorare. Illud etiam commemorandum est, quod ad mercedis eius cumulum pertinet, quia captivos homines christianos vendere probibuit. Deditque preceptiones per singularum urbium regiones, ut nullus in regno Francorum captivum hominem christianum penitus in aliud regnum transmitteret. Dato etiam iuste remunerationis pretio, plurimos redimere captivos precepit et quosdam liberos relaxavit; quosdam vero cum religionis habitu sub regula in monasteria intromisit. Precipue autem de gente sua viros et puellas, quas ipsa nutriverat, sicut semet[b] ipsam, Deo commendavit et coenobitalem[c] vitam ducere instituit. Quantos autem, maxime domesticos, de utroque sexu blandiendo suadere potuit, eos per sancta monasteria commendavit et, ut pro ea viroque eius[d] defuncto ac filiorum salute nec non et regni pace pium Dominum exorarent, precepit. Tantam enim gratiam divina clementia eidem concessit, ut suasione proficua et eruditione magnifica multos a seculi vanitate depressos abstraheret et sub iugo Christi[4], quod leve est, subponeret. Et vere adoptabat illa claritate frui, quam angelus Daniheli de iustitiae eruditoribus dixit, quoniam *qui erudiunt*[e] *multos ad prudentiam, fulgebunt sicut stellae in perpetuas aeternitates.* Basilicas quin etiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli Romae positas propter eorum amorem decentissime muneribus honoravit, sed et Romanis reclusis[f] et pauperibus sepius largissima dona direxit.

Cap. 9. A 1. 2. 3a. b (cf. n. m).

Cap. 9. a) munera pacis c. *A* 1; municionem c. *A* 2. b) eos *A* 2. c) quod *A* 2 *cum B.* d) ad *add.* *A* 2. e) datis praeceptionibus *A* 2. f) regione *A* 2. g) et i. *om.* *A* 2. h) pluribus *A* 2. i) aliquos *A* 2. k) monasterium misit *A* 2. l) secum *A* 3a; nutrire fecit. Quantas *A* 2. m) *in* Q. *redit* *A* 3b. n) sancti *A* 2. o) *ita* *A* 1; Romenses *rell.* p) m. d. *A* 2.

Cap. 9. B 1. 2a.

Cap. 9. a) *sic* *B* 2a; immun. *B* 1. b) *om.* *B* 1. c) cenobitatem *B* 1. d) *om.* *B* 2a. e) eradiunt *B* 1. f) reclausis *B* 2a.

1) *Sunt ipsa chartarum verba.* 2) *Ire etiam pro venire, vendi accipitur; cf. Forcellini ed. de Vit II, p.* 872. 3) *Scil. Saxonica.*

A.

(10). Erat enim eius[a] sancta devotio, ut in monasterio, quem[b] prediximus, religiosarum foeminarum[c], hoc est in Kala, quam[d] ipsa edificavit, conversare[e] deberet. Nam et Franci pro eius amore hoc maxime dilatabant nec[f] fieri permittebant, nisi commotio illa fuisset[g] per miserum Sigobrandum[h] episcopum[1], cuius superbia inter Francos meruit mortis ruinam. Et exinde orta intentione[i], dum ipsum contra eius voluntatem interfecerunt, metuentes[k], ne hoc ipsa[l] domna contra[m] eos graviter ferret ac vindicare ipsam causam vellet, permiserunt[n] eam subito pergere ad ipsum monasterium. Et fortasse dubium non est, quod ipsi principes tunc illud non bono animo permisissent[o]; sed ipsa domna Dei voluntatem[p] considerans, ut hoc non tam eorum consilium, quam Dei fuisset dispensatio, ut eius sancta devotio per[q] quamlibet occasionem, Christo gubernante, esset impleta. Deductaque ab aliquibus senioribus, venit ad praefatum[r] monasterium suum Kala[s], ibique ab[t] ipsis sanctis puellis, ut

B.

(10). Crescebat enim cotidie semper eius sancta devotio, et omnimodis satagebat, ut coenobitalem vitam in monasterio religiosarum virginum, quod ipsa aedificavit, duceret, et ut animo, ita et corpore ibidem subsistere potuisset. Sed hoc primores et proceres Francorum differebant, maxime quia eius sapientia palatium regebatur et pro sancta conversatione ab omnibus amabatur. Quodque[a] votum minime adimplere permitterent, nisi commotio quaedam accidisset de misero Sigebrando episcopo, cuius superbia inter Francos meruit mortis ruinam. Exinde ergo orta intentione, dum ipsum contra eius voluntatem indiscussum et contra legem interfecerunt, metuentes, ne hoc ipsa sancta[b] regina contra eos graviter ferret ac tale malum tantumque nefas vindicare vellet, quod antea amore temporali fieri non permittebant, iam timore legis iuditialis perculsi, ut desiderium optatum perficeret, suadebant. Et fortasse dubium non est, quod hoc callide et non bono animo ipsi principes permiserunt. Attamen ipsa domina Dei gratia illustrata, considerabat, quod hoc non tam eorum consiliis, quam Dei fuisset dispensatione factum, quatinus[c] eius sancta devotio per quamlibet occasionem, Christo gubernante, esset adimpleta. Deducta igitur ab aliquibus seniorum principibus, venit ad praefatum monasterium diu desideratum Kalam, ibique ab ipsis sanctimo-

Cap. 10. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 10. a) ei *A* 2. b) *ita A* 1; quod *rell.* c) *om. A* 2. d) *ita A* 1; quod *rell.* e) *ita A* 1; conversari *rell.* f) dilatabant. Sigobrandus episcopus inflatus in superbia *A* 1; nec f. ei p. Et n. *A* 2. g) que contigit *add. A* 2. h) Sigoberrandum *A* 3*a*. *b*. i) contentione *A* 2. k) l. et metuebant *A* 1. 2. l) ipso *A* 3*b*. m) *g. e.* eos *A* 2. n) promiserunt *A* 1. o) promisissent *A* 1; permiserunt *A* 2 *cum B*. p) v. in se factam cognoscens, ut *A* 2. q) pro qualibet (Dei *add. A* 2) occasione *A* 1. r) sepedictum *A* 1. s) Cala *A* 1. t) a sanctis *A* 3*a*. *b*.

Cap. 10. *B* 1. 2*a*.

Cap. 10. a) Quodcumque *B* 1. b) beata *B* 2*a*. c) in *add. B* 1.

1) *Sigobrandus, successor Chrodoberti, in catalogo episcoporum Parisiensium laudatur; cf. Gallia christ. (1744) VII, p.* 26. *Ei Importunus successit, qui a.* 667, *die* 26. *Iunii chartae Drauscii episcopi subscripsit; cf. Pardessus, Dipl. II, p.* 141.

A.

decebat[a], honorifice et satis amabiliter in sancta congregatione recepta[b] est. Habuit enim tunc[c] non modicam querelam contra eos[d], quos ipsa dulciter enutriverat[e], pro qua re falso[f] ipsi eam habuissent suspectam[g], vel etiam pro bonis mala ei[h] repensarent. Sed et hoc conferens[i] cum sacerdotibus citius, eis[k] clementer[l] cuncta indulsit et, ut ipsi ei illam cordis commotionem indulgerent, supplicavit. Et ita[m] pax inter[n] ipsos, Domino largiente, plenissime restituta est.

(11). Ipsa vero piissimo affectu diligebat sorores ut proprias filias et sanctae[a] abbatissae earum oboediebat ut matri et ministerium exhibebat eis ut vilissima ancillula[b] ex sancta devotione, ita[c] ut, etiam cum adhuc regeret publicum palatium, et ipsa visitaret[d] suum sepe sanctum coenobium. Ita humilitatis magnae fortiter exhibebat exemplum, ut ipsa quoque in coquina[e, 1] ministraret sororibus et munditias[f] vilissimas, etiam deambulationes[2] stercorum, ipsa mundaret. Et hoc totum cum gaudio ac[g] leto perficiebat animo, tam

B.

nialibus, ut decebat, honorifice et satis admirabiliter in congregatione recepta, gratias egit Deo[a] omnipotenti, qui eam sub umbra protectionis suae susceperat et ad portum suae voluntatis perduxerat. Habuit interea[b] non modicam contra eas querelam, quas ipsa dulciter enutriverat, qua pro causa falso ipse eam habuissent suspectam, vel etiam pro bonis mala ei rependere temptaverant. Sed et hoc conferens cum sacerdotibus citius, eis clementer cuncta[c] indulsit et, ut ei econtra ipse eandem commotionem[d] cordis remitterent, supplicavit. Atque in[e] postmodum pacis amor inter ipsas, Domino largiente, plenissime restitutus permansit.

(11). At vero ipsa beata mater piissimo affectu diligebat sorores ut proprias filias et sanctae, quam sibi praefecerat, abbatissae oboediebat ut matri omnibusque, ut dicam, non quasi domina, sed sicut sagax ancillula sancta devotione ministerium obsecutionis exhibebat. Ita autem humilitatis magne forti animo omnibus monstrabat exemplum, ut ipsa quoque in offitio coquinae ministraret sororibus, ipsa munditias omnes faceret, et quod maius dicam, ipsa purissima margarita inquinamenta stercorum propriis manibus mundaret. Et hoc totum[a] cum gaudio laeto perfitiebat animo, tam humile servi-

Capp. 10. 11. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 10. a) decet et h. *A* 1; dicebat h. *A* 2. b) suscepta *A* 2. c) n. m. q. t. *A* 1. d) eas, quas *A* 2 *male cum B*. e) *ita A* 1 *cum B*; enutrierat *A* 2; nutriverat *A* 3*a*. *b*. f) falsam *A* 3*a*. *b*; f. ipse *A* 2. g) susceptam (*A* 1). *A* 3*a* (*alt. m.*). *b*. h) m. eis repensaret *A* 1; m. reconpensarent *A* 2. i) cum s. conf. (*A* 1). 3*a*. k) *om.* *A* 3*a*. l) cuncta i. cl., ut et i. *A* 2. m) ipsa *A* 3*a*. *b*. n) D. l. i. eos *A* 2.

Cap. 11. a) et domne abbatisse obediebat *A* 2. b) ancilla *A* 1. c) ita — ipsa mundaret *om.* *A* 1; ita etiam ut cum *A* 2. d) visitabat *A* 3*a*. *b*. e) *ita A* 3*a*. f) inmunditias *A* 2. g) et *A* 3*b*.

Capp. 10. 11. *B* 1. 2*a*.

Cap. 10. a) o. D. *B* 2*a*. b) infra *B* 1. c) *om.* *B* 2*a*. d) commonitionem *B* 1. e) *om.* *B* 1.

Cap. 11. a) tantum *B* 1.

1) *Cf. Fortun., V. Radeg. c.* 24*:* purgans nitide coquinam, quidquid erat lutulentum, ferebat ima purgamina. 2) *Latrinae seu loca alia quaevis ad exonerandum ventrem, Ducange ed. Favre III, p.* 13.

A.

humili[a] pro Christo ministerio. Quis enim crederet, ut sublimitas tantae potentiae ita vilissimis administraret[b] rebus, nisi ei hoc magnus Christi exigisset[c] omnimodo plenissimus amor? Insistebatque[d] assidue orationi devota cum lacrimis et[e] divinam lectionem sepius frequentabat; consolationem vero continuam[f] per[g] sanctam exortationem et frequentem visitationem infirmorum faciebat. Dolebat[h] enim cum dolentibus per studium caritatis et cum gaudentibus gaudebat et pro sanis[i], ut consolarentur, domna[k] abbatissa humiliter sepius suggerebat. Cuius petitioni[l] ipsa ut mater amabiliter cuncta prestabat, quia[m] vere erat eis more apostolico cor unum et anima una, dum se invicem tenere[n] ac plenissime diligerent in Christo.

(12). Coepitque[a] ipsa domna Balthildis[b] corpore infirmari[c] et viscerum incisione, pessimo infirmitatis vitio, graviter laborare, et nisi medicorum studia subvenissent, pene deficere[d]. Sed magis ipsa ad caelestem medicum semper fidem habebat de salute sua. Ipsa vero sancta conscientia et[e] pia non cessabat Deo gratias

B.

tutis obsequium pro Domino, quem noverat dixisse: *Non veni ministrari, sed mini- Matth. 20, 28.
strare.* Quis enim crederet, quod sublimitas tantae potentiae ita vilissimis administraret rebus, nisi ei hoc magnus Christi omnimodo concessisset plenissimus amor? Insistebat itaque assidue orationi devota cum lacrimis et divinam lectionem sepius frequentabat; consolationem vero[a]
continuam per sanctam exortationem et cf. Rom. 12, 15.
frequentem[b] visitationem infirmis impendebat. Studio enim caritatis cum dolentibus dolebat et cum gaudentibus gaudebat ac pro debilibus[c] ac infirmis, ut consolationis subsidium animae et corporis eis
administraretur, sepissime domne abbatissae cf. Act. 4, 32.
humiliter suggerebat. Cuius petitioni ipsa ut pia mater admirabiliter cuncta praestabat, quia re vera erat[d] eis secundum apostolicam institutionem cor unum et anima una[d]; diligebant enim se invicem tenere plenissimo amore[e] in Christo.

(12). Coepit interea ipsa domna Balthildis corpore infirmari et viscerum incisione, pessimo infirmitatis vitio, quod medici yleos[1] vocant, graviter laborare, et nisi medicorum peritia ac studium subvenisset, poene deficeret. Attamen, licet per tenera membra vi doloris torqueretur, semper caelesti medico, qui subvenit in tribulatione laborantibus, sancta et pura conscientia non cessabat gratias agere, a

Capp. 11. 12. *A* 1. 2. *3a. b.*

Cap. 11. a) *ita A* 1; humile ministerium *rell.* b) ministraret *A* 2. c) vidisset plenisimus *A* 2. d) que *om. A* 2. e) l. divina lectione sepius instruebatur *A* 1; et divinas lectiones *A* 2. f) continuo *A 3a. b.* g) pro sancta exortatione f. *A* 1. h) condolebat enim dolentibus *A* 2. i) tribulatis *A* 2; *malim* servis, *cf.* 2. *Machab.* 7, 6, *aut* saniosis. k) *ita A* 1; cum domna abbatissa humiliter conferebat *A* 2; domn(a)e abbatiss(a)e *A 3a. b.* l) peticione *A* 2. m) quia — una *om. A* 2. n) tenerent *A* 2.

Cap. 12. a) cepit domna *A* 2. b) Baltildis *semper A 3a. b.* c) infirmare v. *A* 1. d) defecisset. S. l. m. *A* 2. e) *om. A* 1.

Capp. 11. 12. *B* 1. *2a.*

Cap. 11. a) *ita B 2a cum A; om. (B 1).* b) frequentam *B 2a.* c) fidelibus vel *B 2a.* d) erat *post* anima una *B* 1. e) l. C. a. *B 2a.*

1) εἰλεός *gracilioris intestini morbus. Boll.*

A.

agere de sua[a] castigatione et bona et astuta ministrare consilia[b] semper et — humilitatis magnae exemplum — ex ministerio suo[c] sororibus ostendere formam pietatis. Et[d] conferens sepe cum matre monasterii, ut[e] et regem et reginam et[e] proceres cumdigno[f] honore cum[g] eulogias semper visitarent[h], ut erat consuetudo, ut ipsa domus Dei[i] bonam[k] famam, quam coeperat, non amitteret, sed amplius semper in affectu caritatis cum omnibus amicis atque validius in Dei nomine permaneret[l] in
1. Tim. 3, 7. dilectione, ut scriptum est: *Oportet et*[m] *testimonium habere bonum ab his qui foris sunt;* et precipue pauperum[n] curam et ospitum[o] cum summo studio pro misericordia et dilectione[p] in ipsis semper impendi, pro Christi[q] amoreque salutis monita sancta[r] ipsa mater monasterii audita alacri ac[s] leto animo adimplebat omnia. Sed[t] neque ea deinceps ullo modo adimplere cessabat[u] pro mercedis communis augmento.

B.

quo fidenti animo credebat praemia aeterna[a] percipere. Atque semet ipsam praebens omnibus humilitatis magne exemplum, studebat sororibus formam pietatis, subiectionis et humilitatis ostendere, conferens sepe cum matre monasterii, ut regem ac reginam sive proceres condigno honore eulogiarum obsequiis visitaret, quatinus, sicut decentissimum erat, ipsa domus Dei bonam famam, quam accoeperat, non amitteret, sed amplius semper in affectu caritatis cum omnibus amicis ac validius in Dei nomine et dilectione proximi permaneret, ut scriptum est: *Oportet et testimonium habere*[b] *bonum ab his qui foris sunt.* Precipue autem pauperum curam et hospitum summo studio pro misericordia et dilectione predictam matrem commonebat[c] habere. Pro Christi vero nomine salutis monita ipsa suscipiebat ac alacri et bono animo, queque ei iniungebantur, omnia adimplebat. Sicque in talibus, secundum quod ei a saepe[d] memoranda domna Balthilde suasum est, quamdiu praefata domna Bertila abbatissa vixit, adimplere non cessavit, relinquens posteris exemplum, ut memoria eius maneret in seculum seculi, et nomen eius exaltaretur in gloria.

A.

(13). At vero, iam[a] propinquante glorioso eius[b] obitu[c], visio praeclara ei[d] fuit ostensa. Scala enim erecta et stans ante altare[e] sanctae Mariae, cuius culmen[f] cae-

B.

(13). Igitur, adpropinquante domnae Balthildis obitu, visio praeclara et ei conveniens fuit ostensa. Scala siquidem erecta videbatur astare ante altare sanctae Mariae,

Capp. 12. 13. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 12. a) sua pia c. b. *A* 1. b) s. c. *A* 2. c) *om.* *A* 2. d) hi *pro* et *saepe* *A* 1. e) et ut regi regina . hi proceris *A* 1; ut rex et regina et p. *A* 2. f) *ita* *A* 1. 3*b*; condigno *rell.* g) *ita* *A* 1; et eulogiis *A* 3*b*; cum eulogiis *rell.* h) visitarentur *A* 1. 2. i) *om.* *A* 3*a*. *b*. k) f. b. *A* 2. l) permanerent *A* 3*a*. m) *om.* *A* 1. n) e. p. *A* 3*a*. *b*. o) ospitium *A* 1. p) dilectionem *A* 1; d. iussit impendere *A* 2. q) *ita* *A* 1; Christique amore *A* 2; Christi amore *A* 3*a*. *b*. r) *om.* *A* 2; i. s. *A* 3*a*. s) et *A* 2. t) sed — augmento *om.* *A* 2. u) cessat pro mercede c. augmentum *A* 1.

Cap. 13. a) v. appropinquante *A* 2. b) *om.* *A* 1. c) transitu *A* 2. d) p. ex ea fuerat quibusdam o. *A* 2. e) altarium *A* 3*a*. *b*. f) cacumen *A* 1.

Capp. 12. 13. *B* 1. 2*a*.

Cap. 12. a) *om.* *B* 1. b) b. h. *B* 1. c) commovebat *B* 1. d) semper *B* 1.

A.

lum[a] contingeret[b], et quasi angelos Dei commitantes[c], ipsa domna Balthildis ascenderet per eam, ut ex hac revelatione patenter[d] daretur intellegi, eo[e] quod[f] sublimia eius merita, patientia[g] et humilitas[h], eam ad celsitudinem aeterni Regis et[i] ad premii coronam citius exaltandam[k] perducerent[l]. Qua etiam[m] ipsa domna visione comperta cognovit, se quantotius e[n] corpore esse migraturam et illuc, ubi iam olim thesaurum obtimum reconderat[o], perventuram. Illud vero silere[p] a sororibus precepit, ut usque in transitu[q] suo pro doloris mestitia sororibus vel matre[r] monasterii ipsa visio non indicaretur, sed potius ipsa pia[s] et alacri mente magis ac magis[s] sancta[t] insistere prece et semet ipsam cum cordis contritione humiliter caelesti[u] Regi domino Iesu Christo commendare attentius. Et occulto[v] exortabatur semper vel consolabatur domnam Berthilanem[w] et sorores, eo quod ipsa iam[s] aliquantulum ab infirmitate sua con-

B.

cuius culmen caelum contingebat, et quasi secum angelos Dei comitantes benignos, cum ipsis eadem sancta Balthildis secreta caelestia sese[a] penetrare conspexit. Vere beata, cuius itineri angeli comites erant! Ecce scala, quam, dum viveret, erexit ad caelum! Ecce sotii angeli, quos bonis operibus inherendo adquisivit in terra amicos! Ecce, gradus scalae omnes transcensos, pervenit ad Christum diu desideratum, qui ascendit super omnes caelos! Ex hac ergo revelatione patenter datur intelligi, quod sublimia eius merita, patientia videlicet et humilitas ceteraeque, quas toto animo dilexerat, virtutes eam ad celsitudinem aeterni Regis et ad praemii coronam citius remunerandam perducturae erant. Qua[b] ipsa sancta mater comperta visione cognovit, se quantotius[c] e[d] corpore esse[a] migraturam et illuc, ubi iam olim thesaurum recondiderat obtimum, esse perventuram. Hoc vero silere a sororibus, quae consciae[e] huius mirabilis visionis fuerant, praecepit, ne matri monasterii vel cuique sororum[f] haec visio manifestaretur, ne magis tristitia deficerent, donec evocatio divina animam[g] eius sanctam a corpore susciperet. Inter haec itaque gaudia posita, pia et alacri mente magis ac magis insistere[d] precibus coepit et semet ipsam cum cordis contritione humiliter caelesti Regi domino Iesu Christo commendare adtentius non destitit. Occultabat autem, in quantum poterat, vim doloris, sed exortabatur ac consolabatur domnam Bertilam reliquasque sorores, edocens[h], se aliquantulum ab infirmitate, qua nimium gravabatur, conva-

Cap. 13. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 13. a) celos *A* 2. b) contigerat *A* 1. c) et *add.* *A* 2; ut *add.* *A* 3*a*. *b*. d) illis *add.* *A* 1; filli *add.* *A* 2. e) *om.* *A* 2. f) per *add.* *A* 3*a*. *b*. g) haec *add.* *A* 1. h) sancta *add.* *A* 1; humilitatis *A* 2. i) R. Christi ad premiae *A* 1. k) exaltanda *A* 3*a*; *om.* *A* 1. l) perduceretur *A* 1. 3*a*. m) enim *A* 2. n) de c. m. *A* 2. o) recondiderat *A* 2 *cum* *B*. p) fili::re *pro* silere *A* 1; a s. *om.* *A* 3*a*. *b*. q) *ita* *A* 1; transitum suum *rell.* r) *ita* *A* 1. s) cepit *add.* *A* 2. t) sancte i. preci *A* 3*a*. *b*. u) R. celesti *A* 2. v) o. et exhortabat *A* 1. w) Bertilanam *A* 2; Bertilanem *A* 3*a*.

Cap. 13. *B* 1. 2*a*.

Cap. 13. a) *om.* *B* 1. b) Quam — compertam — visionem *B* 2*a*. c) quanto citius *B* 1. d) *om.* *B* 2*a*. e) conscientiae *B* 1. f) sorori *B* 2*a*. g) animas earum sanctas *B* 1. h) dicens *B* 1.

A.

valesceret melius, et dissimulabat venturam mestitiam de transitu suo, quod[a] magna postea et subitanea eis contigit.

(14). Cum vero ipsa domna sensit proximum finem suum, tunc mens eius sancta ad caelum[a] erecta est. Certaque facta de beatitudinis retributionis[b] premio magno, vehementer[c] prohibuit secum consistentibus[d], ut alias sorores hoc nullatenus[e] innotescerent, nec[f] domna[g] abbatissa[h], quae valde et ipsa infirmabatur, ne[i] illa pariter periclitaretur ob magnitudinem tristitiae. Et erat[k] aliqua quidem[l] tunc infantula, sua filiola[1], quam voluit[m], ut secum iret, quae et ipsa[n] subito e cor-

B.

lescere, dissimulans venturam, ut poterat, tristitiam, que postea ab his qui de vita eius confortabantur subito et insperata advenit.

(14). Cumque iam ipsa felix et sancta mater corporis sui sensisset finem esse solvendum, ilico mentem sanctam, sicut semper, cum manibus et oculis ad caelum erigens, Conditorem suum, animam quam creavit ut ipse reciperet, oravit, ne de ea gauderet inimicus, qui omnibus bona volentibus semper est infestus. Gregem quoque eiusdem sancti coenobii ut ipse aeternus Pater a faucibus rugientis leonis erueret, deprecabatur et, ut fluxus vel fluctus labentis seculi inpolluto calle transiret, exorabat, quatinus vasa, que sibi sacraverat, a sordidissimis draconis squamis erepta, munda et inmaculata mundis angelis, quibus castitas semper amica est, coaptaret. Certa denique facta de beatae retributionis praemio, virtute qua potuit prohibuit sibi consistentes, ne aliis sororibus foris degentibus hoc innotescerent, sed neque domnae abbatissae, quae valde infirmitate gravabatur, ne forte mole magnitudinis tristitiae absorta[a], vita simul[b] et corpore periclytaretur. Habebat praeterea ipsa domna Balthildis quandam infantulam, quam ex fonte sacri baptismatis susceperat, supra quam apud misericordiam Altissimi fudit preces, quatinus eandem ipse ante se reciperet, ipsaque eam infantulam tumulare cerneret. Quod et celeriter obtinuit, nam eadem hora anima infantulae a cor-

Capp. 13. 14. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 13. a) quae (*A* 2).

Cap. 14. a) caelos *A* 1. b) *ita A* 1 *cum B*; retributione ac praemio *A* 2; retributione et praemio *A* 3*a*. *b*. c) m. hi p. v. *A* 1; m. p. *A* 3*a*. *b*. d) consistentes, ut ad alias *A* 2; c., ut aliis sororibus *A* 3*a*. *b*. e) ullatenus *A* 3*b*. f) ne *A* 2. g) *ita A* 1. 2; domnae abbatiss(a)e *A* 3*a*. *b*. h) Bertilana *add.* *A* 2. i) et *add.* *A* 2. k) aut *A* 2. l) *ita A* 1; *om.* *A* 2; qu(a)edam *A* 3*a*. *b*. m) noluit *A* 2; praecepit *A* 3*a*. *b*. n) ista *A* 2; *om.* *A* 1.

Capp. 13. 14. *B* 1. 2*a*.

Cap. 14. a) *sic B* 1. 2*a*. b) *om.* *B* 2*a*.

1) *Quae infantula in historia translationis appellatur Radegundis:* filia eius, quae septimo aetatis suae anno nomine Radegundis ab hoc seculo migraverat *(SS. XV, p. 285), cuius cor-*

A.

pore exiit et eam ad tumulum praecessit. Tunc consignans se confidenter, et pios[a] oculos ac sanctis[b] manibus ad caelum erectis, sancta illa anima a corporis vinculo in pace soluta[1] est, statimque[c] divinus splendor in[d] ipso cubiculo clarissime corruscavit[e]. Et sine dubio ab angelorum choro, vel obviante amico suo fidelissimo quondam domno[f] Genesio episcopo, gloriose[g] ipsa sancta[h] anima recepta est[i], ut magnum[k] eius exigebat meritum.

(15). Et hoc ita paulisper sorores ille[a], comitante doloris gemitu, contiguerunt[b] et[c], ut ipsa iusserat, sub silentio, ita tamen ut soli tantum sacerdotes[d], qui eius beatissimam animam Domino[e] commendarent[f], illis est denuntiatum. Quam rem postea[g] cognoscens abbatissa et cuncta congregatio, cum magno fletu requirentes, quomodo sic subito et inproviso, nec sibi cognita esset exitus eius[h] hora, et quasi[c]

B.

pore exivit et, ut beata Balthildis postulaverat, ad tumulum eam praecessit. Post haec consignans se confidenter et pios oculos ac sanctas manus[a] ad caelum elevans, sanctam illam animam a corporis vinculo in pace resolvit. Statim autem divinus splendor in ipso cubiculo clarissime coruscavit. Et cum ipso lumine ab angelorum[b] choro, obviante sibi fidelissimo amico, Genesio scilicet episcopo, qui visus est astantibus inter agmina angelorum adfuisse[c], gloriosa et sancta illa anima est recepta atque, ut magnum eius exigebat[d] meritum, remigio alarum eorundem angelorum ac manibus in caelum elevata, gaudet sine fine cum electis et sanctis omnibus mansura.

(15). Paulisper autem sorores, que aderant queque[a] talibus divinis mysteriis intererant, doloris gemitum cum repressione lacrimarum, ut ipsa iusserat, silentio conticuerunt et tantum sacerdotibus, qui eius beatissimam animam, licet ipse[b] eam haberet receptam, Domino commendarent, secreto denuntiaverunt. Cuius sanctum obitum continuo venerabilis abbatissa Bertila et cuncta congregatio cognoscens, cum magno fletu accurrentes, requirere coeperunt redarguendo, quod eis cognitam non fecissent exitus tante matris tanteque

Capp. 14. 15. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 14. a) piis oculis et *A* 2. b) *ita* *A* 1; (*s. om.*) manibus in c. erectis *A* 2; sanctas manus ad c. erectas *A* 3*a*. *b*. c) quę et statim *A* 1; que statim *A* 2. d) s. ipsum cubiculum *A* 1. e) *ita* *A* 1. f) *om.* (*A* 2). 3*b*. g) gloriosa *A* 2. h) eius *add.* *A* 2. i) *om.* *A* 1. k) magnis ei exhibeat meritis *A* 1.

Cap. 15. a) ille comitante doloris *A* 2; illas cum in tanti *rell.* b) *ita* *A* 1; conticuerint *A* 3*a*. c) *om.* *A* 2. d) scirent *add.* *A* 2. e) Deo *A* 1. f) commendaverunt *A* 3*a*. *b*. g) c. p. *A* 2. h) sui *A* 3*a*. *b*.

Capp. 14. 15. *B* 1. 2*a*.

Cap. 14. a) *om.* *B* 2*a*. b) angelo *B* 1. c) et *add.* *B* 1. d) exiebat *B* 2*a*.

Cap. 15. a) quę? *B* 2*a*. b) ipsa *B* 1.

pusculum post Balthildis translationem in sanctae reginae tumulo collocatum est; nunc inter sacras reliquias adservatur. Mab. Missam de S. Balthilde et de S. Radegunde edidit Mabillon, Ann. ord. S. Bened. (1739) *I, App. p.* 641. 1) *Cum Genesius Lugdunensis episcopus, qui Balthildis animam cum angelorum choro recepit, die* 1. *Nov. a.* 679. *defunctus sit (cf. 'Forschungen z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 485), *reginae mors vix ante a.* 680. *contigit. Memoria eius die* 3. *Kal. Febr. colitur; cf. infra c.* 19.

A.

rapta fuisset ab eis[a] gemma illa omnibus desiderabilis. Omnibusque[b] stupefactis pariter prostratisque ilico[c] super humum, multisque ibi profusis lacrimis, cum inmenso[d] doloris gemitu flentes et pio Domino[e] gratias agentes et conlaudantes, commendaverunt eius sanctam animam pio regi Christo, ut ipse eam in sanctae Mariae choro[f] vel sanctorum consortio perduceret, et, ut tunc erat decus ipsius, sepelientes[g] eam cum magno honore et multa reverentia. Tunc domna Bertila[h] abbatissa pro studio pietatis sollicita[i] commendavit sanctis[k] sacerdotibus et[l] per plures aecclesias, ut eius[m] esset sancta memoria in sacris oblationibus assidue facienda. Quod nuncusque per loca multa merito[n] eius assidue celebratur.

(16). Reliquid[a] sanctum exemplum sequentibus humilitatis et patientiae[b], mansuetudinis et plenissime dilectionis studium immoque infinitae[c] misericordiae astutae-

B.

beatae animae horam, ut et ipse his misteriis interessent, quibus se dicebant cum participatione luminis et claritate angelorum aliae praesentes fuisse. Dolebant quoque gravate gemitu, quod non quasi inmutata, sed tamquam rapta fuisset ab eis desiderabilis gemma omnibusque gratissima. Omnesque obstupefactae, pariter sunt[a] prostratae ilico super humum, et multis ibi profusis lacrimis, cum inmenso doloris gemitu pio Domino gratias agentes eumque conlaudantes, cummendaverunt eius sanctam animam ipsi regi[b] Christo, quatinus idem[c], quem devote dilexerat, in consortio suae matris[d] sanctae et virginis Mariae, cui corde et opere ea[e] servierat, ac in collegio sanctorum omnium, quos honoraverat, consotiaret[f]. Sicque, ut decentissimum[g] erat, excubias condignas agentes, in ecclesia sanctae Crucis [1], quam ipsa a fundamentis construxerat, corpus beatissimum portaverunt et merito honore summaque reverentia ibidem sepelierunt. Tunc venerabilis Bertila abbatissa studio pietatis sollicita commendavit sanctis sacerdotibus undique adiacentibus, ut eius sancta memoria in sacris orationibus sive oblationibus[h] esset assidue fatienda. Quod nuncusque locis in diversis condigne celebratur.

(16). Reliquid[a] ergo sanctum sequentibus exemplum humilitatis[b] et patientiae, mansuetudinis et plenissime dilectionis studium immoque infinite caritatis et miseri-

Capp. 15. 16. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 15. a) illis *A* 2. b) omnesque stupefacti pariterque prostrati *A* 2; omnibusque obstupefactis pariter prostrati *A* 3*a*. *b*. c) cunctis *A* 1. d) immensi *A* 3*a*. *b*. e) Domino — animam pio *om.* *A* 2. f) chorum — consortium *A* 2. g) sepeliebant *A* 2. h) Bertilana (*A* 2. 3*b*). i) sollicite *A* 1. k) suis *A* 2. l) s. hi plures (*corr.* pluris) sacerdotibus sive aecclesias (*corr.* aecclesiis) *A* 1. m) ut esset m. s. *A* 3*a*. *b*. n) merita *A* 2.

Cap. 16. a) *ita* *A* 1; R. ergo exemplo *A* 2. b) sapientię *A* 3*b*; et *add.* *A* 2. c) insitae *A* 2.

Capp. 15. 16. *B* 1. 2*a*.

Cap. 15. a) prost. s. *B* 1. b) r. C. *om.* *B* 2*a*. c) isdem d. q. *B* 2*a*. d) sanctae matris *B* 1. e) *om.* *B* 1. f) consotiaretur *B* 1. g) decertissimum *B* 1. h) abl. *B* 1.

Cap. 16. a) *ita* *B* 2*a*. b) humanitatis *B* 2*a*.

1) *Ita etiam Hist. Translationis S. Balthildis, SS. XV, p.* 285.

A.

que[a] prudentiae vigilantiam et confessionem puritatis, et ut[b] cuncta per consilium et nihil sine commeatu[c, 1] omnino esset faciendum, sed temperata et[d] rationabilia fieri universa. Hanc pietatis regulam consodalibus exemplum sanctissimum dereliquid[e], pro quibus nunc[f] sanctis virtutibus et multo plures[g] sanctis suis meritis recepit magni premii coronam sibi olim[h] a Domino repositam[i] et modo perfruitur[k] inter angelos in conspectu Domini et sponsi sui cum candidato[l] virginum[m] grege, quod desideravit, inmensum[n] ac sempiternum gaudium. Et nunc ad declarandum fidelibus sublime eius meritum divina[o] pietas ad sacrum eius sepulchrum plura perfecit[p] mirabilia, ita ut[q], quisquis inibi febre correptus[r] seu a[s] demonio vexatus vel[t] dentium dolore contritus[u] cum[v] fide accesserit, ilico per[w] divinam virtutem et per eius sanctam intercessionem, statim depulsa qualibet morborum[x] peste, sani atque incolomes[y] in Dei nomine exinde procedunt[z], ut et modo[a] nuper de aliquo puero manifeste contigit.

(17). Veniens[a] autem ex partibus

B.

cordiae bonum, astutiam[a] vigiliamque prudentiae, confessionem puritatis et cordis contritionem. Docuit quoque, ut nullus temere vel presumptiose[b] aliquit definiret, sed omnia cum consilio esse fatienda temperato et rationabili sermone discretionis, sciens scriptum: *Omnia fac cum consilio, et post factum non penitebis.* Eccli. 32,24. Hanc bonitatis regulam consodalibus et exemplum sanctissimum beatis reliquid matribus, pro quibus exempli sancti virtutibus et[c] multo amplius meritorum honoribus recepit magni premii a Domino sibi coronam repositam ac perfruitur modo inter angelos ante conspectum Domini repromisso sexageno merito, quod desideravit, serendo ac metendo inmenso et sempiterno gaudio. Igitur ad declaranda fidelibus sublimia eius merita[d] ad sacrum, ubi eius membra quiescunt, sepulchrum plura per suam famulam efficit Deus miracula, ita ut, quisquis inibi febrę correptus aut a daemonio vexatus vel dolore dentium contritus seu aliarum infirmitatum laqueo depressus cum fide accesserit, ilico per divinam virtutem et eius sanctam intercessionem, depulsa qualibet morbi peste, sanus et incolumis in Dei nomine exinde redeat. Quod nuper in quodam puero manifeste factum esse constat.

(17). Veniens namque ex partibus

Capp. 16. 17. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 16. a) astutamque *A* 3*a*. *b*. b) *om.* *A* 3*a*. *b*. c) meritum esset f. *A* 2; commeato o. esse f. *A* 3*a*. *b*. d) *om.* *A* 1. e) *ita* *A* 1. f) nec *A* 2. g) *ita* *A* 1; pluribus *rell.* h) a D. o. *A* 3*a*. *b*. i) praeparatam *A* 2. k) *deest, spatio relicto, sed m. aequalis suppl.* intercedit *A* 1. l) candido *A* 3*a*. *b*. m) virgineae g., quae *A* 1. n) inmenso ac sempiterno gaudio *A* 2. o) eius *eras.* *A* 3*a*. p) *ita* *A* 2; fecit *A* 1; perficit *A* 3*a*. *b*. q) *ita* *A* 1 *cum* *B*; ita ut q. f. *A* 2; ita q. ibi f. *A* 3*a*. *b*. r) correctus *A* 3*b*. s) *om.* *A* 2. t) seu *A* 2. u) constrictus *A* 2. v) *ita* *A* 1; per fidem *A* 2; ad fidem *A* 3*a*. *b*. w) pro divina virtute *A* 1. x) morbi *A* 2. y) *ita* *A* 1. 2. z) recedant *A* 2. a) *om.* *A* 1.

Cap. 17. a) *ita* *A* 1; Venit enim a *A* 2; Venit quippe ex *A* 3*a*. *b*.

Capp. 16. 17. *B* 1. 2*a*.

Cap. 16. a) astutia *B* 2*a*. b) praesumptuose *B* 2*a*. c) et — honoribus *om.* ? *B* 2*a* *et* *Boll.* d) *om.* *B* 1.

1) *Est licentia, facultas rei alicuius peragendae; cf. Ducange ed. Favre II, p.* 440.

A.

Provinciae[a] quidam venerabilis[b] vir Leudegandus[c] episcopus, amicus et fidelis monasterii Kalensis[d]. Cuius puerum ita sevissimus demon arripuit, ita[e] ut contineri a[f] sociis non possit, nisi eius manus pedesque conligassent[g], eo quod nimia[h] sevitia dilaniaret quos contingere poterat. Qui dum ad locum* sacri[i] sepulchri so-

*) locum sacrum perveniret, et templum penitrans[a], nobile sarcofagum[a], ductu tamen aliorum, attingeret, supplicationibus eiusdem sanctae tantam sortitus est mansuetudinem, tanquam omnem ignorans sevitiam priorem. Mansuetudinis vero inditium mox enituit, comitata valitudinis letitia. Et qui fruitus extitit alieno sustentatu in veniendo, gavisus proprio fulsit in redeundo. O quanto amore est veneranda quantaque veneratione colenda per totius orbis degentibus clymata, cuius fit mentio, beatissima, quae tantam meruit gratiam penes stelliferi nec non herbigeri orbis totiusque naturae inibi sistentis Imperatorem! Ut omnia commoda petiit, agiliter optinuit[a]. Quisnam cecus interdum precelsae Baltildis reginae suffragia imploravit, poscens lucem, rediens sine luce, aut paralyticus[a] sive membris contractus, postulans suum vigorem, repedans absque nacta sanitate? Quaenam[b] demoniaca passio in quolibet perstitit ante illam? Quisnam claudus adiit[c], perdito gressu, remeans sine gressu? Aut surdi aut muti, revertentes frustrati aurium munere loquelarumque? Letetur ergo mundus in sua solemnitate[d], cuius extitit letificatus multiplici virtute. Gaudeamus quoque, exultantes in eius preconio, quoniam cives angelici congaudent

B.

Provintiae quidam venerabilis vir Leudegangus episcopus, amicus familiarissimus monasterii Kalensis. Cuius[a] puerum ita sevissimus daemon arripuit, ut contineri a sotiis[b] nullatenus posset, nisi eius pedes manusque nodis tenacissimis conligarentur, quia ob nimiam sevitiae duritiam omnes quos contingere poterat dentibus et ungulis dilaniabat. Qui dum ad locum sacri se-

Cap. 17. *A* 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 17. a) Provincie *A* 3*a*; Provintię *A* 3*b*. b) vir ven. *A* 3*b*. c) *ita A* 1. 2. 3*b*; Leudegangus *A* 3*a*. d) Calensis *A* 1. e) *om. A* 3*a*. *b*. f) vix a s. potuisset, n. m. *A* 2. g) colligatos *A* 2. h) quod ob nimiam sevitiam *A* 3*a*. *b*. i) sacrae sepulturae *A* 1; sepulchri sacri *A* 2.

Nota *. a) *ita A* 3*a*. b) Que *A* 3*b*. c) abiit *A* 3*b*. d) sollempnitate *A* 3*b*.

Cap. 17. *B* 1. 2*a*.

Cap. 17. a) eius? *B* 2*a*. b) consotiis *B* 1.

A.

tiorum manibus delatus fuisset atque in pavimentum[a] proiectus velud semivivus, conterritusque divino[b] pavore, ilico sevissimus demon obriguit atque conticuit, et divina[c] virtute protinus fugatus, ab eo discessit. Et protinus[d] erigens se puer atque consignans et Deo gratias agens, incolomis ad suos atque[e] sobrius revertitur[f].

(18).[a] Recolimus quidem[b], in Francorum regno nobilis[c] et Dei cultricis fuisse aliquas reginas, Chrodehilde[d], Chlodoveo quondam antiquo rege regina, nepte Gun-

B.

pulchri sotiorum manibus fuisset delatus atque in pavimentum proiectus veluti semivivus, conterritus ilico divino pavore, sevissimus daemon obriguit atque conticuit, ac Dei virtute per intercessionem beatissimae Balthildis protinus fugatus, ab eo discessit. Et erigens se statim puer atque consignans et Deo gratias agens, incolumis ad dominum suum sotiosque revertitur. Et quem antea reverebantur, ne eos morsibus adtrectaret, iam amplexibus astringunt dulcibus et vitae[a] restitutum gaudent.

(18). Recolimus quidem, in Francorum regno nobiles et Dei cultrices quasdam fuisse reginas, Chrodechildem[a] scilicet, neptam Gundebadi[b] regis atque magni

---

eius consortio. Igitur quoniam per singula tanti meriti reginae ostensa percurrere miracula etiam cuncta virorum non sufficerent ora, si adessent presentia, neque prolixa maioris anni mora finienda gloriosa eiusdem sacratissimae gesta, imploremus vota, quibus et decenter freti peragamus instantia et sine meta consequi perpetis gloriae mereamur aeterna, opitulante domini nostri Iesu Christi gratia, regnante plenitudine divinitatis per seculorum secula. Amen. EXPLICIT VITA SANCTE BALTILDIS REGINAE *desinunt A 3a. b. c;* locum sacrum perveniret et sarcophagum aliorum ductu tetigisset, subito et sanatus et mitis velut ovis effectus est, opitulante domini nostri Iesu Christi gratia, qui regnat in saecula saeculorum. Amen *desinit A 3d.*

Cap. 17. *A* 1. 2. 3*a. b.* *Cap.* 18. *A* 1. 2.

Cap. 17. a) pavimento *A* 2. b) divina virtute *A* 2. c) divino nutu *A* 2. d) Et erectus ilico p. a. se c. *A* 1. e) a. s. *om. A* 2. f) est reversus *A* 1.

Cap. 18. a) Chrodohildis regina *lemma praemittit A* 2. b) *om. A* 2. c) nobiles et D. cultrices (*A* 2). d) Chrodohildam, Chlodovei q. antiqui regis reginam, neptem Gondohodi regis *A* 2.

Cap. 17. *B* 1. 2*a.* *Cap.* 18. *B* 1. 2*a.* 3.

Cap. 17. a) esse *add. B* 1.

Cap. 18. a) Chrodechildem *B* 1. b) Gundebaldi *B* 2*a.*

A.

debade rege, que[a] virum suum fortissimum et paganum, et tam ipsum per[b] sanctam exortacionem quam et plures[c] ex Francis seniores[c], traxit ad christianitatem et ad fidem catholicam eos perduxit et aecclesias[d] in honore sancti Petri Parisius[e] et[f] sancti Georgii in coenobiolo virginum in Kala[g] prima construxit[h]

et alia quam[i] plura pro mercede[k] conpendii in honore sanctorum condidit et muneribus pluris[l] ditavit. Et pariter de Ultrogoda[m] fertur[n], regina Childeberto[o] christianissimi regis, eo[p] quod consolatrix fuisset pauperum et servorum Dei vel monachorum adiutrix. Nec non et de Dei[q] valde fidelissima famula Radegunde[r] regina, Chlotharii quondam[s] anterioris regis regina[p], quam tanta sancti Spiritus succenderat gratia, ita ut vivum[s] relinqueret coniugem et[t] se Christo domino sub sacro[u] velamine consecraret et multa bona ut Christo sponso perageret, quae in actibus eius leguntur.

B.

et antiqui[a] Chlodovei regis coniugem, que ita eundem paganissimum veris instruxit exortationibus, ut tota mentis intentione ad cultum christiane religionis, fervente fidei calore, converteret. Et non solum ipsum, sed etiam divina gratia adiuta plurimos Francorum proceres traxit ad Christi agnitionem et[b] ad catholicae fidei dilectionem. Ecclesiam quoque in honore sancti Petri, ubi religio monastici ordinis vigeret, Parisius[c] fecit necnon et cenobiolum in honore sancti Georgii sacrarum virginum in Kala prima construxit. Quod postea, quia ambitus ecclesiolae strictior erat ad capiendum plurimum gregem sanctimonialium, a sepe memoranda domna Balthilde[d] eversum est, et basilica pergrandi[e] spatio amplitudinis[f] constructa, cuius medium altare in honore sanctae Crucis atque illud in parte dextera in honore sancti Georgii, quod vero ad levam est, in veneratione sancti Stephani protomartyris[g] titulatur consecratum[h]. Alia etiam quam plurima pro mercede aeternae remunerationis in honore sanctorum condidit loca et muneribus plurimis ditavit. Parique[i] modo de[k] Ultrogotha fertur regina, Childeberti videlicet christianissimi regis coniuge[l], eo quod nutrix fuisset orphanorum, consolatrix pupillorum, sustentatrix pauperum et Dei servorum atque adiutrix fidelium monachorum. Recte quoque et illud praedicatur memorabile factum sanctae et venerabilis Radegundis reginae, Chlotharii[m] quondam anterioris regis coniugis, quam tanta sancti Spiritus succenderat gratia, ut vivum relinqueret coniugem et se Christo domino sub sacro velamine consecraret multaque alia, quae in actibus eius leguntur, perageret.

Cap. 18. *A* 1. 2.

Cap. 18. a) *om.* *A* 1. b) pro sancta exhortacione *A* 2. c) plurimos *A* 2. d) ecclesiam *A* 2. e) in Parisio *A* 1. f) vel s. Georii ad cenobiolum *A* 2. g) Cala *A* 1, *ut infra*. h) constituit *A* 2. i) bona *A* 1. k) mercedis compendi (o templa *m. al. scr.*) *A* 1. l) *ita* *A* 1; plurimis *A* 2. m) dealtra quod f. *A* 1. n) r. f. *A* 2. o) Childiberti *A* 2. p) *om.* *A* 2. q) et erat v. *A* 1. r) Radegundae reginae *A* 1. s) viva *A* 1. t) seque *A* 1. u) sancto *A* 1.

Cap. 18. *B* 1. 2a. 3.

Cap. 18. a) anti *B* 2a. b) *om.* *B* 2a. c) Parisii *B* 1. d) Baltechild. *semper* *B* 2a. 3. e) pergrandis *B* 1. f) est *postea (?) add.* *B* 3. g) prothomartiris *B* 3. h) consecratur *B* 3. i) pariterque *B* 3. k) *om.* *B* 1. l) coniux *B* 1. m) Chlodharii *B* 2a.

A.

(19). Sed tamen illud considerare libet de hac, unde hic agitur, de domna[a] Balthilde, qui nostris peracta[b] sunt temporibus eius multa bona, et que[c] optime novimus ab ipsa gesta fuisse. De quibus hic pauca de pluribus commemoravimus[d] et ea non putamus[e] inferiorem meritis fuisse illis prioribus, sed potius multo magis eas in sanctis studiis precessisse cognovimus. Que[f] post multa bona quae gessit usque ad euvangelicam perfectionem voluntariae se sanctae oboedientiae tradidit et ut vera monacha sub integra religione beatam vitam feliciter consumavit[g]. Cuius sacer obitus sanctaque eius sollempnitas caelebratur 3. Kal. Febr., humataque in pace requiescit in Kala monasterio suo et[h] vere cum[i] Christo regnat gloriosae[k] in caelo in[c] perpetua iocunditate, non immemor, ut credimus, suorum[l] fidelium amicorum. Et nos si[c] non ita ut debuimus, certe tamen[m] ut potuimus, imperium[n] vestrum ex caritatis[o] studio adimplere[p] curavimus. Inperitie[q] nostre indulgentiam date et pro culpis neglegentiarum nostrarum pro[r] caritate, precamur, pium Dominum exorate.

B.

(19). Sed quamquam illud considerare libeat, quod ab ipsis[a] sanctis feminis actum est, summopere tamen nobis ad sanctam matrem domnam Balthildem, que nostris effulsit temporibus, nec non et ad eius merita gloriosa, que ipsi ab ea gesta novimus et vidimus, recurrendum est. De quibus hic quidem pauca de plurimis commemoravimus, per quae non putamus eam inferiorem meritis fuisse illis prioribus, sed multo magis in sanctis studiis et bonis operibus eas praecessisse cognovimus. Que post multa memoranda que gessit[b] opera euvangelico perfectionis adimplevit mandata, despexit mundum et concupiscentias[c] eius, contrivit diabolum et pompas eius secutaque est[d] Christum et praecepta eius utque vera monacha sub integra religione beatam vitam feliciter consummavit, atque 3. Kalendas Februarias terrena deserens et caelestia appetens, animam beatam benigno Iesu, qui eam dederat, mundam[e] et inmaculatam reconsignavit, humataque in pace requiescit in[f] Kala monasterio et regnat in perpetua iocunditate cum Domino, non immemor, ut credimus, suorum fidelium, qui eius cupiunt veraciter adtollere praeconium. Nos[g] vero, etsi non ita ut debuimus, saltem ut potuimus, vestrum imperium adimplere curavimus. Imperitiae sermonis indulgentiam date et pro culpis neglegentiarum[h] cum karitate Deum exorate. Nos[i] ergo, qui adhuc mole carnalis[k] ergastuli pressi ac multiplici scelerum pondere pregravati, in huius labentis seculi fluctibus vagamur[l] ambigui, eius suffragia pia devotione poscamus assidui, ut pro nobis apud misericordem Dominum intercedere dignetur, quatinus ablutos

Cap. 19. *A* 1. 2.

Cap. 19. a) d. scilicet Baltheilde que *A* 2. b) t. p. s. m. *A* 1. c) *om.* *A* 1. d) *ita* *A* 1 *cum* *B*; commemoramus *A* 2. e) *ita* *A* 2 *cum* *B*; putavimus inferiora *A* 1. f) Quia per *A* 1. g) *ita* *A* 1. h) et honorificata v. *A* 1; que vere *A* 2. i) in *A* 1. k) gloriosa *A* 2. l) sanctorum *A* 2. m) *om.* *A* 2. n) in perpetuo vestro *A* 1. o) caritate studium *A* 1. p) inplere *A* 2. q) Inperitiam nostram ad i. *A* 1. r) procurantes, precamur vos, p. *A* 2.

Cap. 19. *B* 1. 2*a*. 3.

Cap. 19. a) abissis *B* 3. b) iessit *B* 1. c) concupiscentia *B* 2*a*. d) *om.* *B* 1. e) inmundam *B* 1. f) et in Kala *B* 1. g) Nos — exorate *om.* *B* 2*b*. h) neggleg. *B* 1. i) Nos — dignetur *om.* *B* 1. k) carnali *B* 2*a*. l) vagamus *B* 3.

A.

Pax Domini sit[a] vobiscum, cui[b] est gloria in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[c] VITA SANCTAE BALTHILDIS REGINAE.

B.

omnes labe criminum perducat pro sua pietate ad caeleste regnum, ubi est gloria indefitiens, perpetua pax, lumen sempiternum cum Patre et Filio et Spiritu sancto, quae praeparavit his qui diligunt eum*.

cf. 1. Cor. 2, 9.

EXPLICIT[a] VITA VEL ACTUS DOMNAE BALTHILDIS[b] REGINAE.

---

*) Tu, Pater omnipotens, iustis qui premia reddis,
Balthildis precibus nobis miserere benignus
add. B 2a. b; per omnia secula seculorum. Amen *add. B 2c (?);* Iesus Christus dominus noster, qui cum Patre et Filio et Spiritu sancto regnat per omnia seculorum secula. Amen *add. B 3.*

Cap. 19. *A* 1. 2.

Cap. 19. a) *om. A* 2. b) cui — seculorum *om. A* 2. c) *clausulam om. A* 2.

Cap. 19. *B* 1. 2a. 3.

Cap. 19. a) *ita B 2a;* Explicit deo gratias. Amen *B* 1. b) Baltechildis *B 2a.*

VITA DAGOBERTI III. REGIS FRANCORUM.

In monasterio Satanacensi ex priscis temporibus S. Dagobertus rex et martyr colebatur. Eum fuisse Dagobertum II, filium Sigiberti III, a Grimoaldo maiore domus a. 656. tonsum et in Hiberniam relegatum indeque, Childerico II. rege a. 675. ex. mortuo, reductum atque in regnum paternum restitutum[1], *iam inter omnes constat. Is, bello cum Theuderico III. gesto*[2], *anno 680. in. 'per dolum ducum et consensu episcoporum insidiose' occisus est*[3]. *Fraternitate Satanacensi flagitante*[4], *Dagoberti martyris Vita ab homine,* qui maluit scedam emittere absque autoris vocabulo mutam, quam in hominum iactando venire noticiam, *condita est, ut fratres 'parum quid ad legendum in eius die sollempni' haberent. Nihil vero scripti de hoc sancto se nanctum esse atque e memoria viventium modo hominum eum penitus recessisse, auctor ipse in prologo praemisso testatur. Dagoberti martyris Vitam scripturus, toto caelo erravit, eum fuisse opinatus Dagobertum III, filium scilicet Childeberti III, nepotem Theuderici III, qui teste L. H. Fr. c.* 52. *'aegrotans mortuus est' anno* 716. *Praeterea quae in hac Dagoberti III. Vita enarravit, ea fere omnia aut omnino falsa sunt aut certe suspecta. Fredegarium et Gesta Dagoberti I. in c.* 6. 7. *ad verbum exscripsit; c.* 2. *Einharti V. Karoli, c.* 4. *Actis Sebastiani, c.* 11. *Actis Eustathii, c.* 12. *Pauli Historia Langobardorum usus est, fortasse etiam Vitis Willibrordi atque Bonifatii in c.* 10. *In Prologo S. Benedicti Regulam, c.* 3. *Gesta Childeberti citavit, quae, nisi forte Fred. cont. c.* 7. *intellegitur, non exstant. Scripsit autem non ante Karolum Calvum, cuius iussu basilicam S. Dagoberti novam aedificatam esse, ipse c.* 14. *rettulit, neque post saec. XII, quo tempore codices, qui nobis praesto fuerunt, exarati sunt. Anno* 1069. *Godefridus Barbatus dux Lotharingiae Sathanacum abbati Gorziensi concessit, ut in charta*[5] *eius legitur:* ecclesiam S. Dagoberti apud Sathanacum villam iuris nostri et pretiosis ipsius sancti martyris ossibus et multis aliis sanctorum pignoribus illustratam, sed a canonicis inibi sub carnali vita degentibus et sua potius quam divina quaerentibus usquequaque neglectam — — — S. Gorgonio et abbati Gorziensi Henrico et successoribus eius legali donatione concedimus. *Quam ob rem haec Vita a Gorziensi forsan quopiam ad suos Sathanaci degentes scripta videtur esse Henschenio, De tribus Dagobertis diatriba, Antverpiae* 1655, *p.* 187. *Et Theofridus abbas Epternacensis*[6] *(a.* 1081 —1110*) et Albricus*[7] *monachus Trium fontium (a.* 1232—1241*) Vita Dagoberti usi sunt. Sermonem latinum scriptor parum callebat, nam 'ingenio artis grammaticae parvus' erat*[4].

1) *Anno* 677, *die* 5. *Iulii secundum annum regnavit; cf. SS. Rer. Merov. I, p.* 786, *n.* 2) *Cf. V. Salabergae c.* 13 *(Mabillon, AA. SS. saec II, p.* 427*):* Denique nuper civile bellum inter reges Francorum Theodericum et Dagobertum circa illos fines *(Lingonenses scil.)* est actum. 3) *V. Wilfridi auct. Eddio Stephano c.* 31 *(Mabillon, AA. SS. saec. IV, p.* 695*).* 4) *Cf. Vitae prologum.* 5) *Calmet, 'Hist. de Lorraine'* (1745) *tom. II, 'Preuves' p.* CCCXLII. 6) *Cf. SS. XXIII, p.* 60. 7) *Cf. SS. XXIII, p.* 703.

Codices duos in usum nostrum A. Molinier v. c. contulit.

1) *Codex Parisiensis latinus nr.* 6263 *(Colbert. nr.* 6320, *regius nr.* 10303) *saec. XII. in., formae quadratae. Eum ut meliorem etiam in orthographicis secutus sum, sed* numcupante *non admisi.*

2) *Codex Parisiensis latinus nr.* 9422 *(Suppl. lat. nr.* 563), *membranaceus saec. XII. ex., formae maximae, paginis bipartitis scriptus, olim 'beatae Mariae Aureae-vallis' erat. Inter cetera codici haec insunt: fol.* 131. Incipit commemoratio genealogie domni ac sanctissimi martyris Christi Dagoberti regis Francorum incliti ac strenuissimi. Igitur temporibus Iustiniani — — — Post hec Karolus misericorditer erga Hilpericum agens, sedem illi regalem sub sua dicione concessit; *fol.* 132. Incipit textus genealogie Pipini, de cuius prosapia prefatus Dagobertus rex gloriosissimus. Ansbertus, qui fuit — suscepit principatum; *fol.* 132'—138'. *Vita Dagoberti. In ratione scribendi codex* 2 *ab* 1 *nonnumquam differt: saepe* e *pro* ae, ci *pro* ti *scripta sunt, plerumque* sarchofagus; cum *in compositis saepe servatur.*

Cum uterque codex mendis inquinatus esset, coniecturis plus semel textus emendandus erat.

Editiones duas curavit Wilthemius. Alteram, quam Lelong, Bibliotheca II, p. 93, *nr.* 16115, *his verbis affert:* Acta S. Dagoberti, Francorum Regis et Martyris, cum Notis Alexandri Withelmii, Soc. Iesu, Molshemii 1623, *non vidi. Altera, de qua Lelong l. l. minus accurate rettulit, titulis duobus ornata est. Fol. enim* 1. *leguntur haec:* Acta d. Dagoberti regis et martyris nunc primum in lucem edita, cura et opera admodum reverendi et eximii d. ac magistri nostri, d. Ioannis Floncel SS. Theologiae doctoris, notarii apostolici in archivo Romano descripti, Pastoris Sathanacensis et ornatissimi spectabilisque viri d. Iuliani Floncel rerum d. Dagoberti quaestoris fratrum, *fol.* 2. *haec:* Acta d. Dagoberti Francorum regis et martyris, et in ea notationes P. Alexandri Wilthemii Soc. Iesu presbyteri. Augustae Trevirorum, excudebat Hubertus Reulandt, Archiep. Typogr. Anno 1653. *Opusculum fratribus Floncel dicatum auctore Ioanne susceptum atque sumptibus Iuliani impressum est. Textus 'ex duobus codicibus, uno Aureae Vallis (= 2?), altero Satanacensi' editus fere is*[1] *est, quem codex* 2 *continet. Acta Dagoberti p.* 29. *hymnus 'ex codice Satanacensi' editus sequitur hic:*

De sancto Dagoberto martyre prosa.
Hic est contemptor regnorum
Vel delicti mundanorum,
Qui fulget inter sanctorum
Beata collegia.
Hic regalis genitura,
Mundum sprevit, peritura
Linquens, sperans permansura
Paradisi gaudia.
Ad Calo monasteria,
Traditur ab infantia,
Eruditur scientia,
Spiritali gratia.
Eruditus lucem dedit,
Quasi stella lumen edit,
Deum timet, Deum credit,
Dans legis iudicia.
Inde Remis vocitatur,
Semen spargit, exoratur
Ad plebis subsidium.
Semen sanctum, manu satum,
Fructum dat multiplicatum
Per Dei iudicium.
Hinc ad partes remeavit
Ac devotus visitavit
Sanctum Dionysium.
Hic pristinae menti datus
Est vir quidam insensatus
Per sancti suffragium.
Rothomagum visitatur,
De feodo[a] disceptatur,
Iudicium retardatur,
Sed confestim comprobatur
Iniqui iudicium.

Hymnus. a) *Floriaco Vita c.* 8.

1) *Contuli eum atque, littera W. addita, adscripsi ea quae mihi alicuius momenti esse videbantur.*

Sancto preces effundente,
Deo sedes evertente,
Ruunt, consternata mente.
Sic luduntur et repente
Dei providentia.
In Frisia conversatus,
Audit duros ululatus
Captivorum, quos ligatus
Ferri stricti duplicatus
Et famis angustiat[a].
Servus missus sceptrum gerit,
Sceptro regis claustra ferit
Et captivos mox eiecit.
Quisque domum suam quaerit
Cum magna laetitia.
Rex venari cupiens,
Silvam petit gradiens,
Quae vocatur Wipria[b].
Dum venantur servuli
Iuxta ripam rivuli,
Tendit rex ad somnia.
Dormitans in latebris,
Caelum videt, celebris
Ad quod ire nititur.
Audito filiolus
Somnio malivolus
Vano lucro fallitur.
Hunc orat pro requie,
Congaudens pecuniae,
Per verba fallaciae.
Tendit rex ad somnium.
Mox, arrepto gladio,
Sanctum ferit histrio.
Hic tali martyrio
Caeli petit solium.
Corpus terra sublevatur,
Sathanacum deportatur
Ac devoto veneratur
Per eius confinia.
Martyr Christi praeelecte,
Deo placens et perfecte,
Martyrio caelo vecte,
Duc nos ad caelestia.
Ipsum votis collaudemus,
Voce, corde exultemus,
Ad beati suspiremus
Dagoberti gaudia.

Hymnus hic totus Vita, quam edituri sumus, nititur[1]. *Quae eum sequuntur, praefatio et notationes, ut sunt ab homine litteris humanioribus erudito scripta, non sine bono fructu leguntur, etsi huic scripturae nimiam fidem attribuit Wilthemius bonus.*

Krusch.

Cunctorum[a] Rex regum Dominusque dominantium[b] inmense pietatis clementia cluens, ad miseros humani generis filios dignatus est descendere et ab hac convalle lacrimarum omnes, quos suos fide et opere futuros esse cognovit, ad caelestia regna perducere gratuita dignatione semper consuevit, illo quippe totis gestiens nisibus pertingere, quo certissimum est sanctos milites suo Regi ovantes[c] obędientiae bonum formido deserere, quae[d] omnibus[e] virtutibus comes assolet esse. Fraternitas[f] itaque Satanagensis[2] flagitans rogitat, ut arduum valdeque sanctum aggrediar opus de gloriosi regis Dagoberti actibus. Ego ingenio pauperculus, sed recolens illud Daviticum, immo Domini, vereor audire eloquium: *Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per*[g] *os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos retrorsum.* Super hoc quoque meam animat inerciam propheta, inquiens: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud.* Hanc itaque obedientiam, quam me prosequi oportet, omni-

cf. 1. Tim. 6, 15.
Ps. 49, 16. 17.
Ps. 80, 11.

Prologus. 1. 2.

Hymnus. a) angustia *W.* b) Vaporacensis pagus *Vita c.* 11.

Prologus. a) *prologus lemma fert:* Incipit prologus de sancti Dagoberti martyris actibus gloriosis 2. b) dominorum 1. c) *deest aliquid W.* d) quem 1. e) *om.* 2. f) fraternalitas 1. 2. g) per o. t. *om.* 2.

1) *Ita etiam Wilthemius l. l. p.* 42: cuius auctor haud dubie actis nostris est posterior, eaque redegit in compendium. 2) *Stenay ad Mosam fl. (dép. Meuse). De hoc monasterio fusius egit Clouët, 'Histoire de Verdun' (1867) tom. I, p.* 185 *sqq.*

potenti Deo placere credo[a], quia, ut sanctus ait Benedictus[1]: *Obedientia, quae maioribus prebetur, Deo exibetur.* Eundem autem Spiritum sanctum, quo prefatus abbas probatur fuisse afflatus, tota mentis devotione imploro, quatinus meam[b] flocci pendens fragilitatem omnemque delens iniquitatem, suae per omnia clementiae memor largiri dignetur facundiam locuturo vel aliqua de suo martyre sanctissimo Dagoberto. Cuius quippe regios ac magnificos actus nequid[c] penna exarare scabrosa ex asse, quia nequaquam alicubi scripti nanciscuntur[d] et a memoria viventium[e] modo hominum penitus recesserunt. Exigua tantummodo, quae a veracibus audivi testibus, conabor litteris comprehendi, ut unica habeat fraternitas beato famulans martyri parum quid ad legendum in eius die sollempni[f]. Licet namque sacrosancti[g] militis Christi facta homines lateant, tamen eidem superno Iudici omnia patent. Itaque omnes ista lecturos humili prece moneo, quo fidem dictis adhibeant, non me alia scribere sciant, nisi quae veratium expertus sum testimonio. In hoc siquidem opusculo nemo legentium expiscetur rustici nomen dictatoris, quoniam, ut est ingenio artis grammaticae parvus, maluit scedam[h] emittere absque autoris vocabulo mutam, quam in hominum iactando venire noticiam. Nulla prorsus michi extat confusio, si quid vituperationis invenerit aemulus in opere isto, si tamen, quae a veris didici, veraciter dixero. Perdito namque mundo, salus aeterna predicata noscitur per stultos et idiothas seculi instantia, quoniam sic collibuit Christo, qui est[i] sapientia Dei patris; qua inspirati ac debriati[2] omnes sancti apostoli, non solum insipientes, sed et philosophos ad fidem dominicam suorum retibus sermonum adtraxerunt. Unde parvi pendens barbarismos cum solecismis, studebo, quae didici, mandare litteris, quamvis impolitis, et[k] eum detegere dictis, qui gloriatur in caelis cum omnibus perhenniter sanctis. Oret pro meis[l] facinoribus intenta obsecratione Satanagensis fraternitas ipsum, de quo loqui cupio, egregium Christi[b] martyrem Dagobertum, quo apud caelestem Regem mihi[m] delictorum optineat veniam, det dictandi fiduciam, (cf. Ps. 118, 105.) praebeat pedibus[n] meis verbi lucernam, effuget caliginem inertiae[o] ex anima ipseque exarantem ita[b] regat pennam, ut absque omni menda[p] valeam promere veracia verba.

INCIPIT[a] VITA DAGOBERTI REGIS.

(1)[b]. Inclitus igitur rex et[c] gloriosus Christi martyr Dagobertus ex robustissima[d] Francorum gente extitit oriundus tempore, quo Francigena sceptra regebat eximius regum Theodericus[e], avus ipsius, filius excelsi Clodovei regis necnon et Balthilde[f], coniugis eius, diebus quoque germanorum suorum Lotharii et Hilderici[3], eximium iubar ecclesiae rectorque strenuissimus. Pater denique ipsius Hildebertus est vocitatus,

vir bonus atque potens, generosa stirpe creatus[g].

(2). Morte itaque preventus[a] rex Theodericus, Pippinus[b] princeps omnisque exercitus Francorum Hildebertum[4] elegit in regem. Accepta denique monarchia tocius

Prologus. *Capp.* 1. 2. 1. 2.

Prologus. a) cupo 1. b) *om.* 1. c) *ita* 1. d) naciscuntur 2; noscuntur *W.* e) h. m. v. 2. f) solempnii 2. g) sacrisancti 2. h) scedam om. 1; sordam om. 2; surdam om. *W.* i) s. est 2. k) cum diligentia *add. alius codex W.* l) *al.* nostris *W.* m) inde *al. add. W.* n) p. ori meo v. 2. o) inertia 2. p) mendacio 2.

Cap. 1. a) *ita* 1; Incipiunt pauca de actibus sancti Dagoberti (Francorum *al. add. W*) regis et martyris 2. b) *capita non distinguuntur* 1. 2. c) *om.* 2. d) robustissimis 2. e) Teod. 1. f) Bathildę 1. g) procreatus 2.

Cap. 2. a) *ita* 1 (*sed* Teod.); preventu regis Theoderici 2; praeventus regis Theoderici *W.* b) Pipinus *semper* 2.

1) *Regula S. Benedicti c.* 5. 2) *Est inebriatus; cf. Forcellini ed. de Vit II*, p. 577. 3) *Theudericus III. Childerico successit.* 4) *Post Chlodoveum fratrem; cf. L. H. Fr. c.* 49.

regni, filium suum Dagobertum commendavit nutritum hiri reginae religiosissimae Balthilde[a], avae[b] suae, quae in Cala[1] monasterio ancillabatur Domino, induta velamine sacro. At illa fervens desiderio sancto, tradidit illum sacris litteris divinaque lege[c] inbuendum; quibus edoctus, disciplinam Domini mox in ipsis puerilibus adprehendit annis. Hic denique, cum annos transcenderet pueritiae et in robur migraret[d] virile, demonstravit verbo et opere, quam aptus[e] dignusque foret regali dignitate. Fuit etenim corpore[2] formosus, mente Christo devotus, statura mediocris, quae honestam[f] excederet formam, oculis vigilantibus, facie candida, manibus prolixis omnique corporis forma decorus pariter ac iocundus. Prefata enim beatissima ac vere Deo dignissima[g] Balthildis regina sui nepotis magnopere gerens curam eumque ad meliora provehere cupiens, frequenter illum ad se accersitum divinis dogmatizabat eloquiis. Instruebat enim eum ut proprium, sicut erat, filium, quo humilitati, caritati, misericordiae, castitati[h] studeret. Humilitate quippe ascendit homo ad celum, quia per superbiam ab illo diabolus cecidit. Caritate etiam Deus et creator omnium de celis descendit et passione sua nos de morte aeterna redemit. Dicit quoque pius Redemptor omnium: *Beati misericordes, quoniam* Matth. 5, 7. *ipsi misericordiam consequentur*. Castitate prediti comparantur angelis. His et aliis huiusmodi exortationibus sacratissima Balthildis[i] regina docebat nepotem suum, tirunculum Christi, scilicet Dagobertum, cupiens illum firmare ad Dei omnipotentis obsequium, cuius etiam ammonitionibus dulcissimis effebus indolis confortatus, profitiebat cotidie in anime corporisque virtutibus, quia omni intentione Regi caelesti famulari volebat pro mentis viribus.

(3). Hildebertus ergo, pater[a] ipsius, regum fortissimus, per sedecim[3] annorum curricula, ut legitur in gestis illius, regno Francorum nobiliter ac fortiter gubernato, innumeris pollens triumphis, ecclesiis Dei per multa loca constructis, moribus maturus et annis, viribus dissolutus corporis, spiritum virtutibus refertum deificis cętibus reddidit angelicis. Tali igitur protectore et gubernatore ac famosissimo rege viduata gens Sicambriae, nimio fletu planxerunt eum diebus multis et regem regum Christum deprecabantur precibus prolixis ac lacrimis[b], quatinus concedere[c] dignaretur illis defensorem regiae dignitatis. Haec vero corde et animo revolventibus et Dei clementia omnem spem ponentibus, recordati sunt generositatis Dagoberti, quod esset genere clarissimus, omni bonitate mentis strenuus, corporis virtute robustus, consiliis providus, nulli pietate secundus, moribus modestus, Deo etiam et sanctis eius carissimus. Unde, inito invicem consilio, cuncti in illius consenserunt dominio. Congregati igitur episcopi, omnes satrape, duces comitesque, cuncti etiam Francorum proceres civitatem Remensium[4], quo[d] sanctus confessor ac pontifex corpore quiescit Remigius, accersitum simul Dagobertum ita unanimi voce affati sunt: 'Vir illustrissime et omnium nostrum nobilissime, tu nobiscum scis optime, quo caruimus nuper ariete, qui contra nostri imperii hostes agonizabat validissime; sed, superno Rege agente, ut pater noster perdidit lucem presentis vitae, ac[e] traditus probatur caelesti[f] gloriae. Ille quidem triumphat cum angelis, verum nos sumus hodie in anxietatibus magnis. Ob hoc etenim tuam, flexis poplitibus, tota mente

Capp. 2. 3. 1. 2.

Cap. 2. a) Baltildę 1; Blathilde 2. b) avię 1. c) *om.* 2; divinisque, *in marg.* divinaque scientia *W.* d) monstraret 1. e) altus 1. f) *videtur deesse* non *W.*; quae tamen iustam non excederet *Einh.* g) digna 1. h) castitatique 2; cast., car. misericordiaeque *W.* i) Baltildis 1.
Cap. 3. a) p. i. *om.* 1. b) lacrimosis 2. c) d. c. 2. d) *ita* 1; ubi 2. e) *ita* 1; *om.* 2. f) curiae ac *al. add. W.*

1) *Cf. supra p.* 476. 2) *Similis est Einhardi descriptio formae Karoli Magni, Vita c.* 22. 3) *Ita Fred. cont. c.* 7. 4) *Consuetudinem aevi recentioris ad reges stirpis Merowingicae scriptor rettulit.*

claritatem[a] poscimus, ut nostris compaciens doloribus, super te suscipias regie dignitatis onus[b], quia es genere clarus, potens viribus, statura procerus, vultu pulcherrimus. Suscipe ergo nostris precibus regale in capite tuo diadema et habe nos firmissimos in fidelitate tua. Nobilitatem enim tuam nostrae societati firmiter nexam pavebunt omnes nostri passim adversarii cum Dei gratia'. His vero auditis adque diligenter intentis, respondisse fertur Dagobertus vir illustris: 'Fratres et commilitiones mei, nolite ista mihi superflua verba loqui, quoniam nec meae congruunt etati nec virtuti, quae actenus estis prosecuti. Gracias quidem vestrae refero fortunae invincibili, at me nullo modo cognosco dignum honore regali. Inquirite siquidem in vobis, qui aptus[c] existat hoc honore, et in regem elevate, et ego vobiscum ei fidelitatem curabo promittere, sitque magnus post caeli Regem princeps militiae vestrae[d]'. Ad haec omnes responderunt regni presides[e]: 'Non, quesumus[f], nos diutius tuis sermonibus fatiges neque de nostra fidelitate et electione dubites, sed, quod unanimiter volumus agere, ne recuses. Nostrae enim voluntati credimus divinam[g] assentiri pietatem'. Tunc vero[h], sua flexa cogitatione, consensit[i] humiliter suorum maiorum[1] ac plurimorum electioni; impositoque ei regali diademate cum* episcopali benedictione, sublimatus est in tribunal totius imperii Francorum.

(4). Igitur omnium obtione principum adeptus monarchiam totius regni virorum[a] clarissimus Dagobertus, cunctis per regnum claruit benivolus, inimicis regni terribilis et sevus, Christi sacerdotibus mitis ac benignus. Similis tunc videbatur sancto[b] martiri Sebastiano[2], qui sub clamide terreni imperii confortabat eos, quos in tribulationibus et tormentis deficere videbat. Erat enim beatissimus[c] Dagobertus in sermone verax, in
cf. Iob 29, 25. iuditio iustus, in universa morum honestate preclarus et merentium consolator precipuus
ib. 15–17. et cum beato Iob *oculus fuit ceco et pes claudo; pater erat pauperum et causam, quam nesciebat, diligentissime investigabat. Conterebat molas iniqui et de dentibus illius*[d] *auferebat predam*. Instantia namque domno regi Dagoberto magna erat de sui regni firmanda pace, de pervasoribus refrenandis, de ecclesiis lapsis restruendis, de monasteriis negligenter obrutis rursum construendis, nolens deperire suo tempore divini operis cultum, sed in dies augmentare per suae exortationis studium, quia sciebat, exinde sibi Dei omnipotentis adfuturum ubique auxilium. Reddebat siquidem parentibus sibi militantibus stipendia carnis, reddebat superno Regi famulantibus monita salutis: hos equidem leniter demulcebat, ne segnes forent erga omnium Creatoris officia; illos vehementer arguebat, ne essent inbelles contra inimicorum machinamenta. Omni enim ordini prodesse volebat, metuens cum tota mentis devotione, qui se ceteris pretulerat[e]. Et quia pro mundi curis nolebat Regis omnium offendere precepta, ideo meruit optinere pacem magnam, quantam nemo suorum antecessorum quivit videre umquam. Omni-
cf. 3. Reg. 4, 24. potens enim Deus[a], qui antiquis diebus Salomonis tempore pacem de inimicis omnibus tribuit Iudeorum genti, ille[d] ipse largiri dignatus est regis Dagoberti tempestate Fran-

*) Anno Domini 600. 5 annis regnavit *in marg. add.* 2.

Capp. 3. 4. 1. 2.

Cap. 3. a) *ita* 1; deposcimus pietatem 2. b) opus 1. c) actus 1. d) nostre 2. e) principes 2; r. p. *om.*, *in marg. add.* r. o. r. principes *W.* f) q̄s 1. 2. g) divino a. pietati 2. h) autem 2. i) assensit 2.

Cap. 4. a) *om.* 1. b) v. martyri 2. c) b. D. *om.* 1. d) *om.* 2. e) prefecerat 2.

1) *Sunt proceres; cf. Waitz, 'VG.' II, 1*[3], *p.* 362. 2) *Cf. Ambrosii acta S. Sebastiani c.* 1 *(AA. SS. Ian. II, p.* 265*):* sub chlamyde terreni imperii Christi militem agebat absconditum, ut christianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere, confortaret.

corum nuper in Christo renatae genti inedicibilem quietis pacem. Christus est namque *pax nostra, qui fecit utraque unum,* qui loquitur in Salomonis proverbiis: *Per me reges regnant, et principes legum iusta decernunt.* (Eph. 2, 14. Prov. 8, 15.) Non enim statuit rex Dagobertus predictam in regno suo pacem, sed ille, qui fatur suis in euvangelio: *Sine me nichil potestis facere.* (Ioh. 15, 5.) Igitur Dei preveniente et auxiliante virtute atque Dagoberti[a] regis pugnante viribus et armis instantia, firmissima gavisi sunt[b] Francigene prolixaque pace. Erant[c] nempe gens sancta, populus adquisitionis, qui eos de tenebris infidelitatis vocavit in ammirabile lumen suum, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. (cf. 1. Petr. 2, 9.) Affluenti itaque et multiplici gaudentes Francorum populi quiete in Dagoberti regis tempore, omnes pro libitu suo agebant in suo ordine ovantes. Sacerdotalis quippe ordo tempore congruo psallebat ymnos omnipotenti Deo; militans[d] serviebat regi suo multiplici obsequio; agricolarum etiam ordo colebat terras suas cum omni gaudio[e], benedicens ei, qui posuit fines suos pacem et adipe frumenti satiabat eos. (cf. Ps. 147, 13. 14.) Iuventus quoque nobilium iusta[f] antiquorum[f] mores canum aviumque exultabat lusibus certis utique temporibus, nec tamen cessabat a divinis actibus tribuendo elemosinas pauperibus, subveniendo in tribulationibus positis, viduis et orphanis auxiliando, nudos vestiendo, hospites et sine tecto vagantes suscipiendo, infirmos visitando mortuosque sepeliendo. Talia etenim agentibus non obesse prorsus venationis creditur[g] usus.

(5). Opere precium autumo miraculum inserere huic opusculo, quod Omnipotens patravit[a] ob meritum gloriosi regis Dagoberti in hoc mundo. Postquam igitur, divina operante clementia, regni Francigeni obtinuit sceptra et benedictionem adeptus est regiae dignitatis ab archipresule sedis Remensium nomine Landone[b, 1] ceterisque episcopis, ipso deprecante archiepiscopo, pergebat versus civitatem Remorum. Quo dum iter carperet, obviaverunt ei pagenses territorii illius, precantes suppliciter, ut manu propria dignaretur iactare semina. Illorum quippe deprecationibus annuens rex clementissimus, accepit sementem tritici in manibus et sparsit illud per circummanentium reditus; quod semen ita rigavit Dominus regis Dagoberti precibus, ut insolito more maturesceret citius quam aliud triticum, quod seminatum est in illis regionibus. Illo denique anno tantam frugum habundantiam tribuit omnipotens Dominus illis hominibus, ut nullus ambigeret, quod pro meritis Dagoberti hanc incolis terrae illius concessisset.

(6). Post haec Parisyus ovans repedavit. In[2] ea siquidem urbę reges Francorum maxime sceptra tractare consueverunt. (Gesta Dag. I, 2.) Deinde oratum ad sanctum perrexit Dionisium, ubi, ceu regem decebat, honorifice est susceptus. Cumque ventum esset ad celebrationem missae in[a] festivitate assumptionis perpetuae virginis Mariae, demoniacus quidam, qui, (Aug. 15.) multo iam tempore sensu perdito, in beati Dionisii[b] morabatur monasterio, patrocinante eodem martyri[c] egregio eiusque complicibus[3], sensum amissum, astante rege Dagoberto, recepit insanus. Credimus verissime hoc actum divinitus, ut cor principis Dagoberti

Capp. 4—6. 1. 2.

Cap. 4. a) Dagoberto rege 2. b) gavisunt 2. c) Erat 2. d) *om.* 1. e) et *add.* 2. f) *ita* 1. g) u. c. 1.

Cap. 5. a) paratus est 2; operatus est *W.* b) *al.* Laudone *W.*

Cap. 6. a) *om.* 1. b) Dyonisii 2. c) *ita* 1. 2.

1) *Flodoardus, H. Rem. II, 6, de Landone episcopo:* Fuit, *inquit,* Sigiberti regis tempore. *Qui cum a.* 634—656. *regnaverit, Lando Dagoberti III. tempora non vidit. Alius Lando, cuius mentio fit in Gestis abb. Fontan. c.* 9 *(ed. Löwenfeld p.* 28*),* episcopus de urbe Remensi *ex a.* 12. *Theuderici IV (= 733. p. Chr.) monasterium Fontanellense gubernabat; cf. Gall. Chr. (1751) tom. IX, p.* 27. 2) *Haec ex Gestis Dagoberti I, c. 2, fluxerunt, quibus etiam infra scriptor usus est.* 3) *Rustico scil. et Eleutherio; cf. M.G. Auct. antiq. IV, 2, p.* 101 *sqq.*

excitaretur in Dei[a] laudibus. Consilio itaque inito cum principe Pippino aliisque suis consiliariis, dedit quandam villam in pago Cameracensi nuncupante Beracnam[b, 1] predicto sancto, quam hodieque retinent[c] in illius persistentes obsequio.

G. Dag. c. 42. Fred. IV, 42. G. Dag. l. l. (7). Longum est enarrare, quam providus idem rex Dagobertus in consilio fuerit, patientiae[2] deditus, litteris eruditus, timens Deum, ecclesiarum et sacerdotum magnus ditator, pauperibus elemosinam tribuens, benignum se omnibus et pietate plenum ostendens, quamque studiosus in componenda pace ecclesiarum, precipueque quam devotus extiterit in ditandis sanctorum cenobiis, presenti opere[a] declarare, minusque necessarium; et maxime ob fastidientium lectorum vitandum tedium hoc opus amplius protendere nolim, praesertim[b] cum nullis abolenda temporibus, luce clariora earum rerum extent indicia.

(8). Idem ergo gloriosissimus rex Dagobertus Kalendis Martii sinodum cum omnibus Francis in civitate Rotomagensi adunare precepit, in qua de utilitatibus ecclesiarum, orphanorum ac viduarum considerans, tractabat cum proceribus et obtimatibus suis, quid illi foret fiendum. Cumque in hac sinodo rex cum pontificibus, comitibus ac palatinis suis resedisset, adiit illum abbas Fontanalensis monasterii Hugo[a, 3] nomine, filius Drogonis, reclamans se de Floriaco[4] monasterio, quod avus illius dux Pippinus aedificavit et subiecit illud predicto Fontanalensi cęnobio et per preceptum regis Hildeberti firmavit. Quod Hildericus maior domus[5] iniuste auferens retinebat[b]. Altercantibus inter se coram rege[c] Dagoberto iam dicto Hilderico et prefato abbate Hugone, precepit rex iudicibus circumsedentibus, ut dirimerent contentionem, quae resonabat in auribus eorum. Cumque nollent verisimile iudicare, et hoc rex perpenderet corde, Lev. 19, 15. levavit oculos ad caelum, invocans Dominum tacita prece, ut is qui dixit: *Iuste iudica proximo tuo,* iustus iudex esset in hoc conflictu. Cum hoc tacitus in corde volveret, repente sedilia, in quibus iudices residebant, collisa, sessores ad terram iudice Deo cf. Dan. 13. corruunt. Contra hos, ut reor, iudices ille venit spiritus, qui quondam Danihelis prophetae cor impleverat in examine duorum presbiterorum, qui falso crimine sanctam et Deo dignam mulierem Susannam morti iudicabant tradendam. Videns hoc factum gloriosus rex prefatus, excitatus est continuo in Dei laudibus, gaudens et ovans reddidit abbati Hugoni eiusque monachis res, pro quibus eum adierant. Cuncti ergo magnates, simul et mediocres divitesque[d] et pauperes hoc a rege patratum esse cernentes, toto corde laudaverunt Dominum, qui dedit sapientiam Dagoberto regi, veluti[e] Salomoni quondam regi Israel[f], ad faciendum iudicium.

(9). Nec illud fore dignum censeo silendum, qualiter reverentissimus[a] pontifex Willibrordus suos ad eum legatos misit, orans supplici precatu, quo Fresianorum fines

Capp. 6—9. 1. 2.

Cap. 6. a) in amore vel timore Christi. Consilio 2. b) Bragnam 2. c) retinet 2.
Cap. 7. a) *ita* 1; p. mundo respuere 2; p. — necessarium *om. W.* b) praesentim (1). 2; *cf. supra p.* 441, *l.* 36. 444, *l.* 24.
Cap. 8. a) H. n. *om.* 1. b) usurpavit 2. c) D. r. 1. d) que *om.* 1. e) velut 2. f) Israhelitice gentis 2.
Cap. 9. a) reverendissimus 2.

1) *Viculus Braquenie vel Bracqnie vel Bracgny haud procul ab oppido Roeuxio et Braine le Comte oppidum in Hannonia sita sunt, de quibus Wilthemius l. l. p.* 46. *cogitavit.* 2) *His verbis Chlotharii II. mores descripsit Fred. IV,* 42. 3) Hugo, filius Drogonis, *episcopus Rotomagensis coenobium Fontanellense, Dagoberto iam defuncto, gubernabat; cf. Gesta abb. Fontan. c.* 8. 4) *Fleury in pago Vexin situm monasterium a Pippino et Plectrude aedificatum esse dicitur a.* 9. *Childeberti (=* 703. *p. Chr.) teste eo qui Chron. Fontanellense interpolavit (ed. Löwenfeld p.* 17*).* 5) *Fictus est.*

penetraret et pagenses patriae illius cum suo adiutorio ad fidem Christi, a quo deviaverant, quivisset[a] convertere. Nec mora deliberavit iter arripere et venit in pago Lomacensi[1] et mansit in villa quae dicitur Beverna[2], quae antiquitus data fuerat sancto Gereoni martyri Christi, qui humatus corpore quiescit in civitate Agrippina[b], et a persecutoribus sanctae ecclesiae penitus fuerat abstracta. In qua rex cum se nocte sopori dedisset, apparuerunt ei per visum sancti episcopi Conibertus et Severinus, quem sic sunt affati: 'Clarissime regum, si vis, ut benivolus sit tibi Christus, annuens tuis precibus, restitue principi apostolorum Petro ac Gereoni sanctissimo martyri eiusque sotiis villam, in qua nunc somno gratissimo[c] quiescis'. Qui expergefactus[d] a somno, promisit Domino, se facturum corde sincero, quod viderat in visionis nocturnae silentio. Mane autem facto, in eodem regio residens cubiculo, ungues digitorum suorum, quae supercreverant[e], incidit; similiter et capillos capitis sui abscidi fecit. Ab illo ergo die usque in hodiernum diem cubiculum illud ita permanet ab omnibus sordibus hominum et animalium impollutum, ut nullus hominum[f] ibi ausus sit manere nec aliquod pecus; si in eo intraverit, aut debilitatum aut mortuum eicitur. Nos ergo incunctanter credimus, Dominum hoc agere ob meritum electi[g] sui regis Dagoberti, qui hoc vivens in seculo, opera exercuit, quae Regi superno placita esse cognovit.

(10). Post hec fines Fresianorum cum duce Karolo[3] penetravit, devectus[a] navigio, sicut illum est deprecatus venerabilis pontifex Willibrordus. Perveniens ergo in locum qui dicitur Doristacus[4], offitiosissime a sancto Willibrordo est susceptus. Cumque ad prandium[b] resedisset, audivit multos, qui erant in carcere clausi, regis clementiam implorantes. Misertus autem illorum clementissimus rex, misit carcerario baculum suum, quem manu gestabat, mandans illi, ut pro signo illum reciperet ac in ergastulo retentos relaxaret. At minister carceris procaciter respondens, dixit, se hoc minime facturum. Beatus vero Bonefacius[c] regis archicapellanus[5], qui legatione domini sui functus[d] est ad carcerarium, confisus in Domino, percussit baculo regis hostia carceris, quae statim corruerunt, et catenae confractae sunt, quibus ligati erant, qui tenebantur intus. Certissimum ergo credendum est, quia tunc virtus angelica affuit Bonefacio, eo quod obędivit regi Dagoberto, quae beatum Petrum apostolum de Herodis maligni per- cf. Act. 12,7. vasoris liberavit ergastulo. His ita peractis, perrexit Fresiam cum magno Francorum exercitu. Ibi tam diu commoratus est, quousque idola cuncta destrueret populumque ad aeternam vitam predestinatum ad veri Dei converteret cultum. Principem itaque illorum Ratbodum[e] in incredulitate perdurantem extra fines Fresianorum expulit in Danemarcam[f]. Willibrordum[g] vero pontificem in sede sui pontificatus decenter relocavit[6]. Ipso denique beato Willibrordo[h] deprecante, commendavit illi rex predictum Bonefacium ceterosque sapientes, qui in predicatione illi essent cooperatores. Hic siquidem Bonefacius postea, Domino annuente, archipresul in civitate Magontiaco[i] est ordi-

Copp. 9. 10. 1. 2.

Cap. 9. a) potuisset 2. b) Agripina 1. c) gravissimo 2. d) experfactus 1. e) *al.* superaverant *W.* f) immundorum *add. W.* g) dilecti 2.

Cap. 10. a) devictus 2. b) *al.* ad orandum *W.* c) Bonifacius *plerumque* 2. d) ad c. f. est 2. e) Rathodum 2. f) Danemercam 1. g) Willebr. 1, *ut infra.* h) d. W. 2. i) Maguncia 2.

1) *Pagus Lommensis inter Samaram et Mosam fl. extenditur; cf. Longnon, 'Atlas hist.' tab. V.* 2) *In agro Namurcensi inter duos vicos Gogny locus situs est Bieue, hodie Bieme la Colonoise, teste Wilthemio l. l. p.* 55. 3) *Karlus, Dagoberto rege a.* 716. *defuncto, contra Radbodum pugnavit; cf. L. H. Fr. c.* 52. 4) *Cf. Fred. cont. c.* 6. 5) *Cf. Bonifatii Vita auct. Willibaldo c.* 4 (*Jaffé, Bibl. III, p.* 441). *Archicapellani ante Ludovicum Pium mentio non fit; cf. Waitz, 'VG.' III, p.* 520. 6) *Cf. V. Willibrordi c.* 13 (*Jaffé, Bibl. VI, p.* 49).

natus. Exempto quoque domno Willibrordo rebus humanis, prefatus[a] Bonefacius[b] gratia predicationis Fresiam est reversus, ibique martyrio coronatus.

(11). Dispositis itaque rex Dagobertus prudenter, pro quibus Fresiam perrexerat, navim cum suis ingressus, ad orientales imperii sui sedes cum summa gloria et exultatione Coloniam revertitur. Tunc illi ad memoriam rediit visio, quam positus in villa Beverna, per sanctos Severinum et Conibertum ostensa est illi. Discalciatus perrexit ad locum qui dicitur ad Sanctos Aureos, ubi requiescit corpore sanctus Gereon cum sociis suis, ibique, sicut spoponderat, villam predictam, Bevernam videlicet, prefato reddidit Gereoni sancto; retinuit autem quandam villulam ex ea, nuncupante Adelretia[a], deprecante quodam venatore suo Thassilo, qui eam cupiebat habere in beneficio. Completaque oratione, cum vellet extra fores ecclesiae procedere, divino nutu pes illius, quem intra ęcclesiam habebat, pavimento adhesit, sicque virtute divina meritisque sancti Gereonis stetit immobilis. Stupefactus itaque super hoc miraculo, recognovit, non bene se egisse de voto, quod promiserat Domino. Cumque staret diu[b] solo fixus, elevatis sursum oculis, cępit Dominum invocare, dicens, lacrimis obortis[b*]: 'Deus, cuius misericordiae non est numerus, cuique obędiunt cuncte creature, qui erigis allisos et solvis (cf. Ps. 145, 7.) compeditos, qui etiam bases et[c] plantas claudi[d] ab utero matris verbo apostoli tui Petri (cf. Act. 3, 7.) consolidasti, mei pedis plantam a solo huius ecclesiae disiunge, et ego quantotius votum studebo adimplere, quod, inimico suadente, visus sum ex parte fraudare'. Quo dicto, ilico absolutus, sancto Gereoni tradidit, quod fuerat[e] promissus. Quid nos miseri, quid mendosi dicemus, cum ante tribunal Christi venerimus, qui fidem, quam verbis Domino spopondimus in baptismo, mentiti sumus in facto? Si rex gloriosus Deoque dignus tantam perpessus est iniuriam pro culpa, quam contraxit, licet nescius, nos quid merebimur pro sceleribus, quae cotidie scienter committimus? Deprecemur Dominum toto cordis affectu, ut, sicut servum suum regem Dagobertum solo pavimenti nexum absolvit, ita nos eius precibus continuis solvat a[f] nexibus cunctis*. His enimvero ita peractis, rex sepefatus Dagobertus proficiscens Vaporacensem[1] pagum cum regali ambitione, cupiebat cum Dei auxilio aliqua capere ferarum genera per illius pagi deserta. In istius modi ac simili opere prescius futurorum Deus venatus est sanctissimum martirem Eustachium[2]. Verum iste adhuc infidelis, incredulus, licet bonis esset deditus actibus; Dagobertus vero rex non tam fidelis et credens in[g] Deum, sed et dignus existens operibus, meruit per martirii palmam sublimari in regnis caelestibus. Quod qualiter acciderit, subsequens sermo patebit.

(12). Prefatus autem rex eadem causa veniens[3] in locum qui vocatur Scortias[a. 4], iusta[b] quendam fontem cepit nimium fatigari et anxiari, non valens agere, quod desi-

*) De morte Dagoberti regis, quem occidit filiolus suus *in marg. add.* 1.

Capp. 10—12. 1. 2.

Cap. 10. a) *om.* 1. b) *ita h. l.* 1. 2.

Cap. 11. a) Adelrecia 2; Adebreciam *W.* b) *om.* 2. b*) abortis 1. 2. c) ac 2. d) clau 2. e) p. f. 2. f) *om.* 2. g) *om.* 1.

Cap. 12. a) Scorcias 2; *al.* Scorias *W.* b) *ita* 1.

1) *Ex pago Wabrensi silva Woëvre prope Stenay ad Mosam sita nomen traxit; cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 374. 2) *Cf. Acta S. Eustathii martyris* (*AA. SS.* 1867, *Sept. VI, p.* 124): Exeunte eo una die consueto more ad montes venari cum exercitu et omni gloria, apparuit ei grex cervorum depascens; et disponens solito more exercitum, conabatur eos insequi. 3) *Fabulam similem de Gunthramno rege Paulus, H. Lang. III,* 34, *enarravit.* 4) *Cf. Theoderici Chron. Epternac.* (*SS. XXIII, p.* 60): Anno vero 715. Dagobertus rex quinto anno regni sui in Cortia silva occisus, Satiniaco est sepultus. *Anno* 716. *'aegrotans mortuus est'*

derabat. Suis ergo[a] precepit militibus iam inventum subsequi cervum, quousque, si bestiarum Creator id permitteret, caperent. Rex quoque in prefato loco corpus lassabundum parumper quieti concessit, ac dormiens, magnam in somnis visionem perspexit. Remanserat enim cum rege filiolus[1] eius adolescens, servans cum eo equum illius, cui vix anhelandus[b] rex[c] ait: 'O mi filiole, lassus sum opipare! Vidi sane somnium horribile, etiam[d] mirabile, quod me valde terret et affligit. Videbam plane, quasi per amena pergerem prata, sed lutosa, et ad quandam veniebam aquam, super quam ferreus erat[e] pons ac nimis lucens, per quem tremebundus transiens, veni in quoddam edificium satis pulcherrimum, ubi etiam intrans, repperi thesaurum ingentem et multa vasa diversi generis, aurea et argentea, et ineffabilis ibi erat pulcritudo. His itaque visis, reversus sum per illum ferreum pontem et lucentem'. Auditis vero adolescens sermonibus referentis haec regis ait: 'Et ego, domine rex, te in sopore quiescente, vidi mirabilem rem, quam non audeo referre, nisi iubeat tua clementia'. Ad hec rex dixit adolescenti: 'Nichil[f] abscondens[g] eorum quae vidisti, sed enarra[h] cum fiducia mihi tuo patrino[2]'. 'Cum obdormisses[i]', ait, 'domine, vidi ex tuo ore prodire unum papilionem[3], qui progrediens, venit ad istum, quem cernis ante te, rivulum, quemque transire cupiens, hac illacque vagabundus ibat. Cognoscens autem, illum velle transire, extraxi gladium a vagina et posui super rivuli ripas. Viso quoque papilio ponte[k] per illum transivit ac in proximam intravit mox quercum, quam diutius intra extraque perlustrans, reversus per gladium, transivit in tuumque, domine, introivit os; statimque expergefactus, pie senior, retulisti michi, servo tuo, quod videras, somnium. Credo, domine, quod in papilione mihi ostenso spiritum tuum intelligere debeo, cui patefactum est, quod vidisti somniando. Multum enim similia sunt'. Rex autem animadvertens suam spiritualem visionem ac filioli carnalem, intellexit, utraque significari unam rem. Cumque idem[l] rex se diceret de somnii[m] visione multum anxium ac fatigatum, suggessit ei adolescens, ut denuo se inclinans, modicum quiesceret, donec interim[n] sui venatores remearent. Fecit sic et ilico[o] obdormivit. Infelix vero eius filiolus, recolens de thesauro, quem dixerat rex se vidisse per somnium, credidit stultus, fore verum et adepturum se omnem thesaurum, si dominum suum extingueret. Maligno instigante, concupiscentia inedicibili inflammatus ac diaboli veneno debriatus, correpto miser spiculo dormientem — pro nefas! — dominum interimere non abhorruit. Suo quidem regi et[p] domino vitam hanc nimis falsam et laboriosam — heu lugendus! — abstulit et ad aethera sanctam

Cap. 12. 1. 2.

Cap. 12. a) vero 2. b) anhelabundus *W.* c) a. r. 2. d) e. m. om. 1. e) om. 2; e. f. *W.* f) Nilchil 1. g) abscondas *W.* h) narra 2. i) abdormisses? 1. 2. k) veniens *al. add. W.* l) om. 1. m) somni 2. n) *om.* 2. o) illico *h. l.* 1. p) ac 2.

Dagobertus III; cf. L. H. Fr. c. 52. Sed Dagobertus II. 'per dolum ducum et consensu episcoporum insidiose' occisus est; cf. Eddius Stephanus, V. Wilfridi c. 31. 1) *Gunthramnus 'cum uno fidelissimo tantum suo' remansit; cf. Paulus l. l. Filiolus est filius spiritalis ex baptismate. Iohannes dicitur in Martyrologio Adoniano aucto, quod in monasterio S. Laurentii Leodiensi exstat, ad diem 23. Dec.:* Eodem die passio sancti Dagoberti regis Francorum, qui quadam die pergens venatum in saltu Wavrensi plenus Spiritu sancto in loco qui dicitur Scortias, tribus millibus distante a fisco Sataniaco, in quo ipse morabatur, a filiolo suo nomine Ioanne 10. Kal. Ianuar. martyrizatus est et ab angelis deportatus est ad societatem sanctorum martyrum *(Henschenius, De tribus Dagobertis diatriba,* 1655, *p.* 191*), Grimoaldus in chartulario Gorziensi apud Calmet, 'Histoire de Lorraine', tom. II, 'Preuves' p. CCCXLII:* in nemore quod vocatur Vepria, iuxta fontem qui dicitur in Arphays, sub quercu sita in fine de Mousayo a Grimoaldo filiolo suo suam vitam finivit et in capella beati Remigii in villa de Sathanaco venerabiliter fuit sepultus. 2) *l. c. pater spiritalis ex baptismate.* 3) Parvum animal in modum reptilis *Paulus l. l. De papilione v. Grimm, 'Mythologie'* 1835, *p.* 479.

eius animam citius migrare fecit; sed[a] sibi ipsi tartarea tormenta in puncto horae preparavit. Continuo autem queritans summo studio in quercu et circa quercum thesaurum, quem vidisse a domino suo audierat, nichil reperit, sed arreptus a diabolo, qui primos homines spoliaverat omni bono, et ab illo diutissime vęxatus et tortus, vitam perdidit ac mortem miser, quam quesivit, in sui detrimentum invenit, ubi nunc gemens ardet et per omnia secula ardebit.

(13). Martirizato plane Dagoberto rege, providente superno Rege, mox affuere caelestes exequiae, quarum actum est protectione, ne sanctissimum corpus corrumperetur morsu alicuius ferae. Reversi sunt etiam cum festinatione, cum letis tubarum significationibus venatores et reppererunt, quem reliquerunt incolumem, super humum mortuum iacentem, proprio cruentatum sanguine. Tunc quoque ingenti vociferantes fletu et multis lacrimis suos[a] fedantes vultus, omnis terra eorum mugitu repleta est et fremitu. Contremuerunt siquidem omnes habitatores terrae, audientes tocius regni interisse regem, cuius protectione valida eotenus gaudebant ac magna pacis securitate. Tanti enimvero sceleris auctorem[b] procul a sancto martyre videntes ore aperto iacere, carnificem domini sui crediderunt esse. Spiculum quoque sanguine cernentes infectum, cognoscunt ex illo suum veraciter dominum occisum. Intueri libet visionem domni[c] regis et martyris Dagoberti, quid significaverit boni. Visum preterea illi fuerat, quod per amena prata pergens et lutosa atque per pontem transiens ferreum lucentemque, intravit edificium diviciis omnibus plenum omnique pulcritudine auri et argenti refertum. Ut reor, amęna prata presentem significant mundum, quem sui amatores amplectuntur
1. Ioan. 2, 15. ceu pulchrum. Astruit autem apostolus Ioannes: *Qui diligit mundum, non est caritas Patris in eo.* Lutosa quoque esse videbantur eadem prata, quia populi sunt pleni delictorum mollitia. In pratis quippe fęnum colligitur, et propheta[d] Isaias affirmat, in-
Is. 40, 7. quiens: *Vere fenum est populus.* Omni enim Francorum populo, ordinante omnium iudice Deo, preerat rex Dagobertus et martyr gloriosus, qui etiam transiens per ferreum pontem lucentemque, intrabat in aedificium diviciis omnibus pulcherrimum[e], quoniam ferreo et lucenti spiculo peremptus, penetravit astra polorum cum martyrii triumpho,
1. Cor. 2, 9. ubi gaudens nunc cernit ineffabilia bona, *que nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus omnibus diligentibus se.* Revertamur iamiamque[f] ad cępta, levis penna, atque prosequamur per ordinem cetera, quae de sanctissimo martyre sunt exaranda.

(14). Postquam vero nimiis[a] fletibus sunt satiati domni regis ac martyris Dagoberti, qui ibi fuerant[b], fideles, tollentes sanctum corpus et in sandapila ponentes, transtulerunt illud in locum, qui[c] tunc[1] Sathon[d], nunc Satanagus vocatur, et ibi honorifice sepelierunt in oratoriolo[e] sancti Remigii archiepiscopi reliquiis et nomine consecrato, ubi diutino tempore mansit humatus in saxeo sarcofago, terra utique cooperto. Postmodum autem cepit idem sarcofagus sensim, terra dehiscente, apparere et in[f] hominum noticiam mirabiliter venire[g] ac, inter se homines de eo musitantes, multa ambigua conferre. Ea sane tempestate ibi erat quidam sacerdos, cotidianis nocturnisque horis militans devotissime omnipotenti Deo, qui pueros litteris divinis instruebat cum ingenti studio. Quique infantili[h] more sepe ludentes circa sancti martyris sepulchrum, uno

Capp. 12—14. 1. 2.

Cap. 12. a) sibi vero 1. 2.

Cap. 13. a) suo 1. b) non *add. W.* c) domini (2). d) *om.* 2. e) plenum 2. f) nunc 2.

Cap. 14. a) nimis 2. b) erant 2. c) *om.* 2. d) *ita* 2; Sothon 1; Sathan, *al.* Sathen *W.* e) oratorio 2. f) *om.* 2; ad *W.* g) pervenire 2. h) infatili 1.

1) *Id piam magis quam credibile est. W.*

contigit die, illos solito circumcursare iuxta monumentum; viditque unus illorum per cooperculi foramen, quasi esset[a] intus quedam novacula, iniectaque intro manu, arripuit non novaculam, sed quandam cartulam, quam ilico magistro deferens[b], legit, quod in illo[c] erat scriptum ita: *Hic latet corpus Dagoberti regis et martyris, cuius anima in caelesti tripudians[d] exultat curia sanctis parata.* Visum fuit sacerdoti hanc scedam manifestare illius loci iudici. Sed peior pessimus, diabolo agente, qui omnibus bonis invidet rebus, ipsum sanctum sarcofagum rursum operiri iussit humo, ne utique posset videri et venerari a populo. Sed quid agis, pessima ac abhominabilis invidia? *Non* Prov. 21, 30. *est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Iterum autem terra ruente, apparuit sarcofagus, quia sic placebat superno Iudici, ut, quem glorificaverat apud se in caelestibus, honoraretur a populis in[e] terrestribus. Tunc quoque sacerdos iam dictus atque iudex nefandus aspicientes[f] talia fieri circa beatum locum, non ausi sunt ultra occultare sanctum thesaurum, verum adeuntes domnum regem[g] Karolum[1], nuntiaverunt ei et omni regie potestati, quae viderant ac noverant de sancto martyre Christi. Audiens vero rex eiusque fideles inedicibili leticia exilarati sunt. Congregatis autem episcopis rex ac[h] multitudine procerum, venerunt ad locum, ubi humatus iacebat sanctus martyr Dagobertus, ibique profusis lacrimis, diu multumque flentes, precepit rex, aliam prestantiorem construere basilicam, atque in ea honorifice sepeliri beatum martyris corpus, ubi nunc veneratur a credentibus ac prestat magna[e] beneficia populis[e] in se fidentibus seque glorificantibus.

(15). Ex[a] iussu enimvero regis mundi et ex voluntate Regis superni preceperunt episcopi, per singulos annos celebrari sollempniter diem martyrii domni Dagoberti regis, qui est 10. Kalendas Ianuarii[2]; et celebratur alacriter a[b] circummanentibus fidelibus Dec. 23. christianis. Dignum est[c] ergo, eius celebrari in terris sollempnitatem, qui ad angelorum meruit feliciter elevari sublimitatem. Aequum plane probatur, eius honorari natalicium digne, cuius memoria in benedictione est et apud Deum et apud homines. Veneretur itaque cum summa devotione omnis secularis potestas sanctissimum martyrem Dagobertum, quem Rex omnium principem statuit super populum suum et per tempora prolixa custodivit in[d] regno pacificum ac post cum martirii triumpho perduxit ad regna caelorum, ubi modo fruitur angelorum consortio, apostolorum sublimi solio, martyrum consessu purpureo, confessorum tribunali candido, virginum etiam castitatis bravio. Honoret illum omnino sacerdotalis dignitas, quia illi coniunctus est in caelis, cui dicitur: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech,* eique cum angelis ymnizat. Ps. 109, 4.

Capp. 14. 15. 1. 2.

Cap. 14. a) essent 1. b) qui *add. W.* c) *ita* (1). 2. d) tri::::::: 1. e) *om.* 2. f) aspiciens 2. g) *om.* 1. h) cum *W.*

Cap. 15. a) *al.* ex voluntate Regis superni et ex iussu regis Caroli *W.* b) *om.* 1. c) ergo est 2. d) in r. *om.* 2.

1) *Scil. Calvum; cf. chartularium Gorsiense, editum apud Calmet, 'Histoire de Lorraine' II, p.* CCCXLII*:* anno Domini 872, 4. Idus Septembris inventio, sublevatio, templi cum feretro aedificatio et canonicorum primus adventus. Et haec omnia a Carolo Calvo rege Francorum cum archiepiscopo Remensi tunc temporis regnante fuerunt instituta et etiam laudabiliter ordinata. 2) *In vetere calendario, quod psalterio Emmae Francorum reginae, Lotharii regis uxoris, praefixum est, haec leguntur:* 10. Kalendas Ianuarii sancti Dagoberti regis et martyris; *cf. Mabillon, Annales* (1739) *I, p.* 511. *In calendario breviarii Trevirensis ms. ad* 4. *Id. Sept., inventionis scilicet diem, haec relata sunt:* Dagoberti regis martyris Franciae *(Henschenius, De tribus Dagobertis p.* 184*). 'Iam celebratur annuum Dagoberti solenne* 4. *Nonas Septembres', Wilthemius l. l. p.* 74.

Oportet preterea, illum prosequi digna[a] exercentes opera agricolas, quoniam per illius interventum ac meritum optimum proveniet eis terrarum sufficiens fructus. Sordidus etiam vinitor non negligat sancto prefato[b] toto mentis nisu honoris obsequium reddere, quem adiutorem potest habere in suo hilari labore. Omnis itaque communi voto[c] sancti martyris celebremus festa, intenta et humili illum prece poscentes, ut indesinenti obsecratione pias Creatoris nostri pulset aures, auferat inimicorum visibilium et invisibilium insidias, repellat procul tempestates, famem[d] omnesque adversitates longe proturbet ac in suo famulatu iugiter faciat perseverantes et alacres. Nemo quoque sancti huius vili pendat venerabilem sollemnitatem, ne qua illi accidat adversitas pro contemptu nefario, sicut uni contigit muliercule.

(16). Erat namque, ut fertur, ea tempestate in sancti sepe dicti territorio commanens quedam mulier, que, adveniente beati martyris Dagoberti festivitate, celebrantibus eam cunctis circummanentibus, vili pendens sanctum honorare diem, accepto colo, cupiebat infelix neere, sed minime potuit, malitia et[a] propria audacia[a] obsistente. Extemplo itaque divino numine preveniente, colum dexterae manui est adhesum, laeve contrahuntur digiti, ita ut ungule manu[b] infixe, exigente nimio dolore, fletus in altum emittens cum magno[c] clamore. Vicini perturbati eius vociferatione, concurrunt[d] ad eam omnes cum inmani stupore, dicentes illi: 'Quid tibi contigit, o nimis misera, quae nostram quietem ac festivitatem optimam luctuosis clamoribus inquietas? Refer nunc, quid mali tibi evenerit, quae[e] tuis lacrimosis vocibus nostra silentia consternasti et a propriis domibus expulisti'. Illa vero cum gravi suspirio vocem eructans ex corde intimo, respondit se interrogantibus, inquiens: 'Ego infelix ac nimium misera, quae[e] debui, sicut vos, gloriosi martyris Dagoberti celebrare festa, hoste antiquo instigata[f], accepto neendi instrumento, mea volebam explere opera, non recolens Dei precepta et episcoporum decreta, quibus iusserunt cum magna cordis devocione sancti Dagoberti honorare sollempnia. Statimque iure debito, ut cernitis, sum percussa'. Respondentes autem affines, aiunt: 'Cur, infelix, Satanas cor tuum sua nequicia quivit implendo inficere, ut, beati martyris nobis celebrantibus sollempnitatem, tu sola ausa esses pro nichilo ducere? Quare parvi pendisti episcoporum sacerdotumque nostrorum imperia, qui ex Dei auctoritate nobis preceperunt hunc[g] cum magna diligentia observare diem? Nonne, si Deo hoc scirent displicere, preciperent? Nunquid Sathanas[h], qui te miseram fraudulenter decepit, eripere valet de ingruenti tua calamitate et miseria mortifera? Nempe veraciter crede, non eris umquam exuta hac tua pestifera infirmitate et indissolubili contractione, nisi sanctissimi Dagoberti martiris, quem contempsisti, meritis precipuis ac beata intercessione. Ideoque[i] ob Dei amorem monemus et exhortamur[k], ne diutius his torquearis doloribus atque cruciatibus, acceptis lichinis[h] aliisque muneribus, proficiscaris cum ingenti humilitate ad beatissimi patroni nostri Dagoberti sanctam domum, ibique prosternens te ipsam ante gloriosum eius sepulchrum, veniam flens et eiulans ex toto corde, prout necesse est, cura[l] impetrare. Credimus ergo, quia, si egeris, quod tui causa locuti sumus, mox tibi subveniet sancti martyris beata virtus ac ineffabilis[m] clementia. Age nunc, ne triceris diutius'. Igitur suorum amicorum provocata[n] mulier hortatu, ac suorum precipue dolorum exigente cruciatu, properavit ad aedem sancti martiris anhelo gradu, ferens, quae habere valuit, munuscula secum. Perveniens sane ad venerandi martyris Dagoberti sanctum oratorium, prostrata ante hostium, oravit ibi diu cum magno

Capp. 15. 16. 1. 2.

Cap. 15. a) digne 2. b) prefatę 1. c) *al.* voce *W.* d) hostem ac pestem *add. al. W.*

Cap. 16. a) *om.* 2. b) manui 2. c) cl. m. 1. d) concurrerunt 2. e) quoniam *W.* f) instigante 2. g) hanc 2. h) *ita* 1. i) que *om.* 2. k) hortamur 2. l) curam 1. m) infabilis 2. n) provoca 1.

gemitu ac sic reptando et se trahendo pervenit ad beatum sepulchrum, nimio anhelante spiritu. Iactans vero ac se humiliter protendens in pavimento, lacrimis profusis rigans illud, poscebat magnis fletibus, suae subveniri angustiae, suo cruciatui auxiliari, et finem tormentorum poni, contemptum oblivisci, et quam in sanctum martyrem exercuerat audacter superbiam, pro sua clementi misericordia delens[a] dimitteret ac dolores cruciatusque misericorditer sedaret, foveret, mitigaret. Quid ulterius morer? Auditis clementer sanctus martir mulierculae clamoribus propicius indulsit, sanavit, medelam integram restituit, domumque incolumis rediit. O ammirabilis, fratres karissimi, Salvatoris nostri benignitas! O inestimabilis bonitas, quae tam velociter suos ulciscitur famulos et tam gloriose suos honorat et[b] hoc in seculo fideles ac in caelesti beatificat regno! Contempsit una muliercula sancti martiris festa, recepit e vestigio digna suae presumptionis praemia, et pro illius ultione multi sunt correcti[c] superna provisione, ne presumant similia agere, diabolo instigante. Unius enim peccatricis pęna multorum correxit nequiciam, atque per huius mulieris presumptionem plures venerunt ad emendationem. Fugato itaque ab illa omni incommodo, auxiliante sancto martire Dagoberto, omni populo tam in illo pago quam ubique venit emendatio ex tali facto.

(17). Cuncti ergo gloriosum Christi martyrem Dagobertum omni cordis virtute, preconio decenti laudantes, deprecemur, quatinus omnipotentis Dei clementiam nobis iugiter imploret, ac per ipsius gloriosa merita delictorum omnium mereamur optinere veniam et pervenire valeamus ad supernorum civium ineffabilia gaudia, quibus fruitur per omnia secula. Veneremur itaque cum magna reverentia egregii martyris Dagoberti regisque sanctissimas lypsanas[1], quia eius interventione potest nobis perhennis vitae provenire felicitas. Indefessis etiam precibus illius flagitemus almitatem, quo nostrarum miseriarum assiduus existat consolator ac pro nostris cottidianis excessibus Omnipotentis exoret ineffabilem pietatem. Possumus sane de isto martyre veraciter animadvertere, qui in vitae suae supremo meruit a Deo coronari martyrio, quod per omne suae preteritae vitae spacium iustis operibus studuerit, pro quibus finis est optimus prosecutus. Creditur plane, crucem Christi semper illum portasse, cui talis est datus finis vitae. Qui enim illum dignatus est sublimare super omnem suum populum, presciebat profecto, quis interius foret, licet homines omnino lateret. Amator nempe illius ex[a] asse Rex altissimus factus est, cui plebem suam regere[b] tam sublimiter concessit, et ad gloriosum finem feliciter perduxit et cum martyrii palma caelorum fastigia ascendere fecit, ubi modo triumphat coronatus in angelorum splendidissimo choro. Gaudeat ergo omnis iustorum ecclesia, tanti talisque martyris prodigiis[c] ac virtutibus illustrata, totaque mentis humilitate eius cottidie[d] postulet beneficia, quia valenter potest apud supernum Regem impetrare, quicquid pro hominum salute vult petere. Nec eius precibus quicquam a Domino negabitur, si rogantis illum preces sine hesitatione prolatae fuerint. Cum omni vero fiducia sancti martyris Dagoberti precetur solatium, nichil corde dubitans, et accipiet sine dubio, quodcumque petierit, omnis scilicet christianus fidelis. Infidelis enim non meretur exaudiri. Fidelibus autem inquit Deus: *Antequam me invocetis,* cf. Is. 58,9.
dicam vobis: Ecce adsum! Rogemus quidem sanctum martyrem pro nostris ingruentibus angustiis Regem caeli flagitare cum fide non ficta, et optinebit procul dubio salutem nostram, quam ab illo[e] poscimus sinceriter, et omnia nobis profutura fideliter impetrabit.

Capp. 16. 17. 1. 2.

Cap. 16. a) dolens 2; benigne *W.* b) etiam in hoc 2. c) correpti 1.
Cap. 17. a) ex a. *om.* 2. b) t. s. r. 2. c) i. p. ac v. 2. d) *om.* 1. e) ipso 2.

1) Λείψανα *sunt reliquiae sanctorum: cf. Ducange ed. Favre V, p.* 119.

Cum tota animi[a] contricione, sancte ac beatissime martyr Dagoberte, tuae supplicamus misericordiae, qualiter[b] tuis sanctis interventionibus protegatur tocius sanctae ecclesiae exercitus. Impetra nobis pacem, veram concordiam, caritatem firmam, tibique veneranter famulantes defende de cunctis inimicis et ad tua perduc gaudia sine fine mansura, quibus gaudens frueris per eum, qui te glorificavit presentialiter et glorificat aeternaliter, Iesus Christus dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Cap. 17. 1. 2.

Cap. 17. a) animę 1. b) quatinus *W.*

INDEX.

SCRIPSIT BRUNO KRUSCH.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

A.

D.

E *cf.* **Ae.**

Ermen-, Erme-, Erm-, Hermen-, Chermen-.

H.

K v. C.

L.

P.

S.

U.

V *cf.* W.

LEXICA.

SCRIPSIT BRUNO KRUSCH.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

abbas *(scil. aulae regiae)* Genesius 486, 15. *Cf. Waitz, 'VG.' II*, 2³, *p* 102.

abstollens *(= auferens)* 166, 10; abstulta 88, 10; abtultus fuerat 159, 15. *Cf.* talatus.

accepcio personarum 149, 20. *Cf.* 2. *Para.* 19, 7 *est.*

actio publica = munus publicum: diffidebant actiones (exactiones *B*) publicas, quae eis ex consuetudine ingerebantur, accipere 488, 20. *Cf. Waitz, 'VG.' II*, 2³, *p.* 266. *Locus corruptus est.* — actores regii 406, 30. *Cf. Waitz, 'VG.' II*, 2³, *p.* 119.

adarrhare = pro arrha dare: hos solidos adarrabo ad partem dominae mei Chlodovei 88, 15.

adminicula = *ministra* 370, 20.

adorare = προςκυνεῖν 126, 5.

adr. *v.* arr.

adtributare 96, 1. *Cf.* tributare.

aedecatae = *aedificatas* 59, 20.

aeltiarniti *Persici* 153, 1.

aeramen = *aes* 272, 5.

aeraria publica *(i. e. imperii orientalis)* 82, 1. 96, 20; erarium publicum *(scil. Francorum)* 407, 10; aeraria Francorum 144, 1, Saracinorum 162, 15.

agentes *S. Dionysii monast. Paris.* 419, 5; agentes *(Radegundis reginae):* Anderedus, Proculus.

agere = gubernare: gens —, que mihi agendum iussisti, 96, 1; dux Francio —, qui Cantabriam — egerat, 138, 10; (dux) cum agerit Tuscana provincia 146, 15.

aggregare = congregare: Francis adgregatis (congregant *Greg.*) in unam turrem 102, 20.

alba = vestis candida recens baptizatorum: cum — in albis euangelio lectio Clodoveo adnunciaretur 101, 25; minorem enim in albis — elisit 309, 15; puerum in albis — interfecit 310, 5.

amissus = *reprobatus a Deo* 439, 10.

ampulla: in specie columbe venit Spiritus sanctus, portans duas ampullas oleo et chrismate plenas *(in baptismate Chlodovechi I)* 344, 35.

anchora = *nota, signum* 472, 20.

angustians 87, 25.

antiquitus: ab antiquito 139, 20. 144, 15.

anuli inpressio 410, 10. 413, 5. 414, 5. 428, 20; anolus Chlodovechi inscriptionem vel imaginem inscriptus 257, 5; anolus Chlodovei 99. 255; anolus Chrothechildis 99, 30.

aptare = depromere: de hisdem libris breviatem — aptare 123, 20.

aquamanile *est vas, ubi manus lavantur,* 378, 10.

archiater, archyater *(Theuderici II. regis):* Petrus.

archicapellanus *(Dagoberti III):* S. Bonefacius.

archivum *monast. Calensis* 489, 25; archivum ecclesiae *Paris.* 417, 20. *Cf.* S. Dionysii eccl. Paris. *et infra* scrinia.

arma: Saxones — sacramentis, ut eorum mus erat, super arma placata pro universis Saxonebus firmant 158, 20. — *armatorius:* cum — iaculis armaturiis 178, 10; solertissimus in robore armatoria 199, 20.

armiger *(Dagoberti I. regis)* 311, 25. *Cf. Waitz, 'VG.' II*, 2³, *p.* 75.

aromatus 70, 15.

arrhas dedit mihi anolum in sponsaliae arras 86, 5.

arripere = maturare: arripere iter 87, 10; dum pacem — arripuisset sectari 142, 15; ut — adreperint suae se tradere dicionem 150, 10; iter gradiendum adrepuit 166, 20.

aspicere = pertinere: quod aspexerat ad regnum 147, 10; ad regnum — aspeceerant 155, 10; ut — ad regnum — aspecerit; Aoster — ad regnum — deberit aspecere 159, 10.

assiduitas integra: virtutes — integra adsiduaetate ostenduntur 129, 15; cum — Teudericum integra adsiduetate monerit 131, 20; virtutes — integra adsiduaetate ostendere dignatur 133, 1; integra adsiduetate consilium iniebat 138, 20.

assimilatio apud Fredegarium. Dum Gregorius veram assimilationem in verbis compositis app., arr., att., coll., corr. *haud raro admittit, Fredegarius rationi non assimilandi multo magis deditus,* adp., adt., conl., conr. *semper,* adr. *plerumque scripsit. Etiam* assiduus *apud Fredegarium praepositionem servat, non vero apud Gregorium: pendet enim ex aere dando, teste Gellio XVI,* 10, 15. *Uterque* imperator, imperium, implere *raro non assimilat,* aspicere *numquam.* Obtinere, *quod Gregorius etiam tum recte scripsit, apud Fredegarium plerumque assimilatum est; cf. Quintil.* I, 7, 7: cum dico obtinuit, secundam b litteram ratio poscit, aures magis audiunt p.

ad *praepositio plerumque non assimilata:*

ante c: adcivit 144, 15.

ante f: adfatim 77, 15. — adfecetur 116, 1; adfectus 126, 25; adfectam 142, 1; adfecti 85, 5. 115, 30. — adfirmat 101, 30. — adflictum 86, 25; adflictio 86, 25; adflictionibus 80, 20. 96, 10.

ante g: adgravatus 132, 10. — adgreditur 88, 1. 96, 20.

109, 25. 131, 5. 138, 10. 146, 10. 156, 25. 158, 15. 166, 15. 167, 5; adgrediebat 111, 1; adgredebat 140, 5; adgrediebant 144; adgrederetur 141, 5; adgrederit 131, 30. 166, 30; adgredi 75, 25. 104, 25; adgredere 94, 5. 138, 25. 154, 1. 158, 1; adgressus 92, 10. 95, 15. 118, 5. 149, 20; adgressa 93, 1; adgressum 119. 121; adgressi 144, 25. 165, 15; adgressis 90, 30. — adgregatis 102, 20.

ante m: admonetus 150, 15; admonicione 159, 5.

ante n: adnunciaretur 101, 25.
[*at assimilata:* annuere 112, 20; annuens 99, 25. 142, 15. 143, 5].

ante p: adparatum 110, 20. 126, 15. — adpareret 127, 10; adparebit 131, 1. — adpetunt 104. 105, 20. 141, 1; adpetivit 84, 15; adpetisset 95, 5; adpetens 84, 1. — adpraehendit 81, 15; adpraehendere 88, 10; adprehensus 139, 30; adpraehensa 81, 25; adpr(a)ehensum 82, 20. 100, 5. 152, 1.

ante q: adquiescentes 95, 25. 96, 1. — adquisiverat 164, 10; adquirere 84, 1.

ante r: adreperint 150, 10; adripuit 145, 15; adrepuit 166, 30; adriperat 131, 20; adrepere 74, 10. 94, 1. 118, 20; adreptus 152, 1. 154, 5. 165, 10.
[*at non assimilata:* arripemus 87, 10; arripuisset 142, 15; arepuisset 142, 15; arrepere 88, 5].

ante s: adscivit 150, 20. 161, 20. — adscriptione 78, 20. — adsiduos 151, 20; adsiduae 79, 10. 86, 15. 92, 15. 101, 15. 104, 5. 145, 20. 150, 20. 154. 155, 15. 156, 15; adseduae 166, 10; adsiduetate 131, 20. 138, 20; adsiduaetate 129, 15. 133, 1. — adsistens 131, 25. — adsumit 78, 1. 105, 25. 110, 5. 111, 5; adsumunt 127, 25; adsumeret 149, 1. 164, 20; adsumerit 85. 110, 10. 125, 15. 129, 1; adsumpsit 55, 15. 103, 5. 105, 15. 107, 15. 120, 10. 128, 10. 142, 5. 149, 15; adsumsit 118, 1. 119, 20. 127, 15. 129, 20; adsumserat 86, 1. 156, 20; adsumere 112, 1. 131, 20. 142, 25; adsumpta 34, 20.
[*at assimilata:* aspiciaebant 167, 10; aspecerit 159, 10; aspexerat 147, 10; aspeceerant 155, 10; aspecere 159, 10].

ante t: adtende 81, 10; adtendens 22, 25; adtendentes 21, 10. — adtraherint 140, 20; adtragens 165, 30; adtrahentem 101, 25; adtragente 156, 5; adtragentes 164, 5; adtra(h)i 57, 20. 96, 10; adtractum 108, 5; adtractae 141, 1. — adtritus 106, 30; adtritum 162, 10; adtrite 46, 15.

con *plerumque in compositis:*

ante b: conburetur 106, 1.

ante c: *constanter.*
[*at* cumcubito 85, 15].

ante l: conlate 161, 15. — conligatum 31, 15. — conlocare 154, 30; conlocantes 160, 5; conlocatur 167, 25; conlocati 164, 1; conlocatis 125, 25. — conlocutionibus 146, 20; conloquendum 134, 10.

ante m: conmendans 161, 10. — conmittentes 168, 1.
[*at* commendatur 141, 25. — committendum 138, 10].

ante p: conpeditum 28, 20. — conpellit 97, 15; conpellins 156, 5; conpulsus 112, 10. 138, 10. 162, 10. — conperimus 93, 10; conperisset 73, 15. 96, 30. 100, 15. 102, 1. 131, 1; conperissent 78, 5; conperire 96, 10. 101, 20; conperiens 130, 10; conperentes 99, 20; conperto 96, 20; conpertum 132, 20. 143, 1; conperti 110, 10. — conplacuit 156, 15. — conpleta 20, 1. — conplexus 150, 15. — conportans 134, 5. — conpositio 83, 5; conposiciones 75, 1; conposicionem 107, 5; conpositione 90, 30. 143, 10.
[*at* cumperto 87, 15].

ante r: conroborandam 19, 20. — conruerunt 56, 30.

dis *et* de *in compositis:*

ante r: disrumpitur 81, 20; disrumpetur 109, 15. 142, 5.
[*at* deruptus 81, 25. 118, 1; deruptum 140, 20].
Cf. infra discedere.

in *praepositio plerumque non assimilata:*

ante b: inbutus 109, 1. 147, 10. 161, 25.

ante l: inlesus 131, 15. 132, 5. 141, 20; inlesum 152, 15; inlese 166, 20. — inlibatam 88, 20. — inlecete 154, 20. 160, 20. 162, 1. — inlisum 98, 20.

ante m: inmenso 150, 10; inmensa 74, 20. — inmenente 161, 20. — inmuraverant 155, 5.

ante p: inpaciens 162, 20. — inpedimentum 132, 10. — inperatori 19, 1; inperium 119, 20. — inperfectum 93, 5. — inpingetur 117, 25. — inpleverunt 95, 25. — inpossebile 86, 25. — inposuit 88, 20. — inproperiae 154, 25.
[*at assimilata:* imperator, imperium *fere semper.* — implerint 143, 15; impleverat 133, 10; implere 102, 20. 131, 20. 140, 15. 151, 1; implisse 143, 20; impleturus 147, 25; impleturum 140, 5; impleretur 109, 15; impletus 80, 10; impletum 101, 1. 157, 10].

ante r: inrogaverat 149, 20. — inruit 80, 15. 114, 25; inruunt 112, 10. 131, 30. 148, 1. 158, 15. 156; inrunt 103, 25; inruerint 132, 30; inruere 112, 10. 148, 15. 160, 20. 165, 5. 167; inruens 98, 20. 128, 1. 165, 5; inruentes 132, 1. — inruptione 43, 35.

ob *praepositio non assimilata:*

ante m: obmittam 67, 5. 163, 25.

[*ante* p: *semper assimilata*].

ante t: obtenta 99, 20.
[*at assimilata:* optenuit 65, 10. 155; optenuerunt 155, 5; optenta 73, 1; optentam 76, 25].

sub *praepositio non assimilata:*

ante c: subcumberit 123, 15; subcumbere 86, 20.

ante f: subfecerit 63, 10. — subferentes 144, 25.

ante r: subripiunt 76, 25.

astralocus = *astrologus* 158, 5.

atficetur = *efficitur* 61, 1.

att. *v.* adt.

auctoritas: auctoritate praecepta 182, 10.

aurifex *(Eligius ep. Noviom.)* 407, 15.

aut — aut = utrum — an: inquirens, que — proficerit, aut venirit, aut — oportebat 81, 10; utrum — aut 82, 15.

auxiliare 72, 20. 101, 20.

avis nocturna, quae ab hominibus est ingrata, = *bubo* 390, 25.

baiulus *(Dagoberti I. Arnulfus ep. Mett.)* 401, 15; baiolus Sigyberti *(III. regis Franc.)*: Otto. *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 107.

bale *(= false)* iumente 313, 5.

bannire (iure proelii convocari *interpretatur auctor G. Dag. p.* 411, 20) exercitum 158, 1; leudis — in exercitum gradiendum banniti sunt 164, 25. *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 207.

barbam tangere 82, 10; (eum) barbae rasione, — ea enim tum praecipua erat iniuria, — deturpat 408, 10. *Cf.* 413, 20.

barbarus = *Francus* 436, 10. — more vestiebat de barbaro 368, 1; rito barbaro 127, 25. 188, 5; conposito sermone ut loquar barbaro, stapione 369, 5. — *barbaricus:* more barbarico 333, 10.

basterna 100.

befulcus = Ital. 'bifolco': Winidi befulci Chunis fuerant 144, 15; befulci vocabantur a Chunis, eo quod dublicem in congressione certamine vestila priliae facientes, ante Chunis precederint 144, 20.

beneficium: cui vellet clericorum eum *(scil. locum)* iure

beneficii tradebat 402, 1; Thassilo — eam *(Adelretiam villulam)* cupiebat habere in beneficio 518, 10. — benefitiarii 489, 20. *Cf. Waitz, 'VG.' IV², p.* 177, n. 1. 181, n.

benigniter 62, 10.

besenteria *v.* dysenteria.

blandiciis verbis 80, 30. 101, 15. *Cf.* linicius.

blasphemare 142, 15. 161, 25. — blasphemium 146, 5.

bracile: ad eius mansionem perrexit Chrodinus, ad menisterium bracile Gogone in collum tenens, 109, 10. *Bracile, Germ. 'pruahhah', pro balteo accipitur; cf. Graff, 'Althochd. Sprachschatz' III, p.* 278. *Est igitur cingulum militare, quod ab humero dextro sub sinistrum brachium descendit (cf. Forcellini ed. de Vit I, p.* 527*). Locum Fredegarianum nunc ita intellego. Chrodino adveniente, Gogo nutritus eiusdem, mox maior domus factus, ad ministerium ei reddendum se iam cinxerat. Certe bracile subiciendi signum (ita Zeumer, Form. I, p.* 238; *Waitz, 'VG.' II, 2³, p.* 89*) minime est, sed una cum tunicis (Zeumer l. l. p.* 5, 9*) et anulis (Zeumer l. l. p.* 28, 27*) inter res pretiosas enumeratur.*

bravium 442, 1.

breviatem *adv.* 128, 20.

bubo *v.* avis.

burgi 338; ubi castra posuerunt, quasi burgo vocitaverunt 68, 15.

caganus *v.* Avares, Chuni.

calcaneum 162, 25.

camara *(= cubiculum)* palacii 302, 20; camera *(= fiscus) Dagoberti I. regis* 413, 5. *Cf. Waitz, 'VG.' II, 2³, p.* 326. — camararius Wandalmarus 125, 1.

campania Arciacinsis 128, 10; campania territuriae Catalauninsis 141, 10; campania Divionensis 102, 5, Manriacensis 74, 1, Taragoninsis 75, 20, Tollensis 139, 5; campania (campo *Greg.*) Voglavensis 83, 20. 102, 25. — campus *v.* Maius, Martius.

canna = *cantharus, Germ. 'kanne'* 370, 20.

canonum instituta 147, 20. 488, 10.

canticum, cantica: recognovi, unam de meis canticis a saltantibus praedicari 375, 30; duas et tres hic modo meas canticas audivi quas tenui 375, 30; teste Deo, me nihil audisse modo saeculare de cantico 376, 1.

capetolaris = *tabula capitum* 42, 10. 89, 10. 118, 20. — capitulo *(scil. psalmorum)* dicto 441, 1.

captivare 43, 20. 46, 5. 60, 15.

capud *(= dux)* exercitus 126, 25. 159, 25. *Cf. Waitz, 'VG.' II, 2³, p.* 55. 216.

carcerentes (custodias *Greg.*) 117, 20.

caritas = *epulae sollemnes diebus anniversariis sanctorum celebratae* 470, 5. 471, 1.

cassare = abrogare, tollere: (ducatum) contra Theudeberto cassaverat 139, 1; civitates — ad parte Francorum cassaverant 143, 5; vallem — partebus idemque Gunthramni cassantis 143, 15; ut illa — debuissent cassare 144, 1; centenarium — partebus emperiae — cassarit 155, 20; centenarium — partebus Isaciae et emperiae cassavit 155, 30; (tributum) a Dagoberto cassatum est 158, 25.

castra = castrum: Nasio castra ceptum 139, 5.

cataboli (= *καταβολή, praestatio)* ordo 406, 20.

causa = res, Gall. 'chose': dicensque ei causam consimilem 74, 10; quantum cuiusquam ex his causa proficerit 85, 10; indica mihi huius causae eventum 86, 30; liberare potebas de blasphemeo causam hanc 146, 5.

cellararia *(monast. S. Crucis Pictav.)*: Felicitas.

censiti = *censi* 158, 25. — *census: (Dagobertus I)* elimosinarum copia de fisco palacii per ecclesias sanctorum primus distribuere censum iussit 314, 20.

centenarius cento libras auri capit 156, 1; centenarium auri 155. — cento = *centum* 53, 20. 60, 15. 61, 1. 68, 15. 155. 156, 1.

certeficatus = *certior factus* 123, 25. — certe ficeris = *certior fieres* 99, 20.

cervisa 369, 20.

charta: carta praeceptionis 414, 5; cartas testamenti — firmare 418, 20; carta, quam, ut ferebatur, beatus Audoenus episcopus scripserat, 419, 25, *cf.* 422, 5; per signaculum sui nominis istam cartam adfirmet *(Chlodoveus II)* 420, 25. — cartula 521, 1.

chrisma *v.* ampulla.

chronica, cronica 34, 15. 70, 20. 89, 10. 123. 124, 1. 151, 5; *gen.* cronece 42, 10. 118, 20, chronici 92, 20, chronecorum 37, 1; chronicis, verbo huius nomenis Grego, quod Latini interpretatur 'Gesta temporum', 123, 10.

cingulum auri ponderatum *(Radegundis reginae)* 369, 1; cingulum regale *(Balthildis reginae)* 492, 5.

circulus: post anni circulum 132, 25.

circumcisae gentes 153.

claves venerandi sepulchri cum vincula sancti Petri 178, 25.

clericatus 113, 15. 163, 1.

clipeus: veni sub clepeum meum; de hoc periculo te liberabo 167, 15.

clodi = *claudi* 440, 1.

clusae 185; usque ad clusas qui cognominatur valle Seusana veniens 184, 1.

conctatus = *coactus* 186, 20.

coaequans = aequalis: quod et de populo et de spacium terre esset quoaequans 159, 10.

cobrium *(al.* cubrum) = *Cyprium* 272, 5.

cofia = *capitis tegmen* 369, 5.

colonus terrae 191, 5; vocaveruntque eam Coloniam, quasi coloni inhabitarent in eam, 250, 10.

columpna *(scil. Maenia)* 97, 20.

combri (concides *Greg.*) 282, 20. *Cf. Ducange ed. Favre II, p.* 421.

comites (graffio 141, 25; grafionebus 158, 15) *erant inter proceres* 192, 25, *ducibus inferiores* 158, 15. 177, 15. 178, 15. 192, 25, *sed superiores leudibus* 191, 15. 192, 10, *scaritis* 192, 10, *iudicibus* 192, 20; *plurimi 'ducem super se non habebant'* 160, 1; comites *Pippini regis Franc.* 188, 1. 189, 5. 190, 30, *Waiofarii princ. Aquitan.* 187, 1. 188, 10; comites vel omnes maiores natu gentis Langobardorum 184, 10; comites: Abbelenus, Australdus, Beringarius, Childebrandus *(al.* dux), Childeradus, Galemanius, Gislarius, Gyso, Hermenaldus, Herpinus, Ingobodes, Iustinus, Mantio, Nibelungus. *Cf.* Arvernus, Bitorivus, Cabillonum, Pictavis, Suggentensis, Toartius, Ultraiuranus, Wasconia. — comex cartarum 85, 10. — comis palatiis *(Chlodovei II. regis)* Bertharius, Francus de pago Ultraiorano, 167, 10; comes palatii: Tacilo. — comex aestabolarius (Belisarius) 85, 10; comestaboli: Aeborinus, Erpo, Leudisclus.

commater = *ea quae filium vel filiam de fonte baptismatis suscipit* 293, 20.

commeatus = *licentia, facultas rei alicuius peragendae* 503, 1.

commendare: se suae dicione commendant (subdedirunt *Greg.*) 118, 10; reginam — et filium — eidem in mano conmendans 161, 10; filiumque et uxorem eis et ipsos eisdem cum fidelitatis sacramento, ut moris est, commendans *(Dagobertus I)* 419, 25.

comp. *v.* conp.

con = *cum:* secon 79, 20.

conbaiulare = *colere?* 374, 5.

concursitare 372, 15. 383, 1.

conculere = *incutere:* timore ponteficibus — adventus Dagoberti concusserat 149, 20; timorem — sua concusserat utelitas 150, 10.

condictum = *conventio* 486, 5.

condirigere 491, 10.

confugium *(= fugam)* facere 147, 15. 161, 1. 163, 20.

congrue *adv.* 147, 25.

coniungere *v.* sui.

conpater = *is qui filium vel filiam de fonte baptismatis suscipit* 169, 15.

comportare = *perferre* 134, 5.

conpositio 90, 30; urbiculum — conposiciones causa transmittetur 75, 1; ut — huius culpa conpositio suppleretur 83, 5; dimedia partem omnibus rebus eorum — in conposicionem offerrent 107, 5; in conposicione Agusta et Siusio civitates — tradiderunt 143, 10.

consiliarius = *maior domus* 419, 32. 422, 10. *Cf.* domesticus, rector palatii. — consiliose *adv.* 112, 10. 151, 10.

consodales 456, 25. 503, 5.

consolatrix 506, 25.

consubito: cumsubito 466, 15.

consulatus: consolatum dare = *missilia spargere, id quod consules faciebant, cum magistratum adibant,* 88, 5; ut — Romano consulto praefato principe Carlo sanciret 179, 1.

convenentia = *pactum, consensus:* cum pacem inire coepissent huius convenentiae, ut — tangerit 82, 10; speciale convenencia — fuit conventum 125, 15; hanc convenenciam — firmatam 139, 1; docatum Denteleno secundum convenentiam — suae dicione redegit 140, 1; huius convenentiae se egressurum — spondedit 152, 15; uius convenenciae ad instar — direxit 152, 20; cum Radulfo convenenciam — remeantur 165, 20; ex convenencia utriusque 440, 15.

convidentes = *videntes* 182, 20.

corona imperiae *Iustiniani* 88, 1, *cf.* stemma; capillos sanctae puellae ad instar coronae abscisit 456, 10. — cumque — super solium aureum coronatus resideret *(Dagobertus I)* 416, 15.

creditarius: credetarius *(= creditarios)* sibi puerum — et puella(m) 78, 5; misit puerum creditarium sibi 96, 15; creditarii *(Radegundis reginae)* 387, 25. *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2^{3}*, p.* 75.

creditur *sermoni interseritur:* ut, creditur, — fuisset — placebile 149, 20; regnum, creditur, meruisset aeternum 151, 5.

crinitus: elevaverunt eum *(Faramundum)* regem super se crinitum 244, 15; Chlodionem, filium eius crinitum, 245, 1.

crocius = *fulcrum subalare, Germ.* 'krücke' 445, 10.

cubicularius: inqueratur *(= inquirat)* rex a ministris et cubiculariis suis 256, 30; cubicularius: Bertharius.

culpabelis 146, 5.

cunclicis *(= conchiclis)* more fiscelle linitae inibi proiectis 200, 15.

cursus *(ecclesiasticus)* 366, 25. 368, 15. 370, 25. 372, 1. 375, 25. 384, 10. 390, 25. 392, 5. 394.

damnietas = *damnum* 195, 15.

dare: daras (= *dare habes, Gall.* 'donneras') 85, 30. *Cf. Schuchardt, 'Vokalismus des Vulgärlateins' II, p.* 511.

deambulationes stercorum = *latrinae* 496, 25.

debriatus = *inebriatus* 512, 15. 519, 30.

decesso *(= mortuo)* iam Warnachario 148, 5. *Cf.* discedere.

decima *v.* tributum.

defensor Romanae eccl. Iulianus 209, 25; defensor Pictavensis ecclesiae Ansoaldus 421, 15.

deferre: deferta (*B*, adlata *A*) 257, 10; deferti essent 271, 20.

degradare *(= deicere) aliquem* 74, 15. 86, 20. 121, 20. 142, 5. 163; *aliquem ab aliqua re:* ut Gunthramnum degradarint a regnum 117, 25; a Teudericum — a regno degradatur 182, 20; qualiter Sintilianem degradaret ad regnum *(= a regno)* 157, 20; *aliquem de aliqua re:* de — honorem degradatur 88, 5; senserat se de sui gradus honorem a Protadio degradandum 131, 10. — *degradari:* te ab honorem — degradati sunt 88, 15.

deinter moncium rupes aegressi 160, 5; exiens deinter citiris 167, 15.

del. *cf.* dil.

deliberare = *liberare, transire:* ad Cabillonno deliberare properabat 150, 1. *Fortasse scribere voluit Fredegarius 'deliberabat properare'.*

deligare se = *se illigare* 148, 5.

dementacio = *dementia* 155, 15.

denarius *v.* solidus.

denutritus 494, 15.

deprimere: lectum depraemere = *lecto teneri* 94, 20.

descr. *v.* discr.

desponsata: quem Childebertus habuerat disponsata 133, 15.

desupter = *subter* 114, 15.

devallare (debellare *Greg.*) 115, 10.

devotissime 87, 5.

diacona 368, 30.

diadema regale *Dagoberti III. regis* 514.

dialiqui *(= dialogi)* sancti Gregorii 83, 25.

dignabiliter = *dignanter* 376, 15.

dil., del.

delatabetur (delabitur *Greg.*) 116, 15.

delucedato *(= dilucido)* ordene 163, 30.

dinoscitur = *videtur:* similiter implisse denuscetur 143, 30; grave dispendio fecisse dinuscetur 154, 15; per pactiones vinculum — firmasse dinuscetur 159, 5. *Cf.* noscere.

dirigere 1) = *mittere:* episcopum ad Theudorum — dirigit 73, 15; Theuderico Romam direxit 79, 10; quos — Pannoniam in fugam dirigit 80, 15; viros ad ipsum capiendum direxit 80, 25; dirigens — puerum ad Tholomeum 81, 10; directus a Chlodoveo 82, 25; aureum — tibi — dirigo 95, 15; partem tibi direxero 95, 20; incongruos ad Eiegio direxit 96, 5, *cet.* — 2) = *ire, proficisci:* in Europam dirigens 46, 5; post tergum direxit Chunorum 74, 15; rex post Gundobadum dirigit (abiit *Greg.*) 102, 10; Airibertus et Guntramnus — contra Chramnum dirigunt 107, 10; exinde lapsus ad Narsidem dirigit (habiit *Greg.*) 117, 20; dirigensque per Andelaum, — Tollo — perrexit 139, 5.

discedere = *decedere, mori:* se iam discessurum senciens 161, 10. — *discessus* = *decessus, mors:* post discessum Aegane 163, 20, Aeganem 165, 30, beati Arnulfi 150, 15, Dagoberti 159, 10. 161, 20. 163, 25, beate Geretrudis 464, 35, Protadiae 132, 5; post eius discessum 148, 20.

discriptio 115, 5. 289, 35; descriptiones iniquae (tabulae debitorum *Hier.)* 63, 1.

discurrentibus legatis 134, 10. 152, 10. 164, 5; discurrentes legatus 158, 10; missos — discurrentes 141, 1; missus discurrentebus 166, 20. *Cf.* intercurrere.

discus argenti *(Arnulfi ep. Mett.)* 437, 25. 438, 1.

dissolatur = *desolatur* 77, 10.

doma = *domus:* in angulo domatis 484, 25.

placitum 1) = *pactum*: veniens autem Achillis ad placitum diem constitutum 198, 10; secundum placetum adgreditur 131, 5; secundum placetum — adpetivit 84, 15; accepto placito cum Alarico 82, 20; placitum custodire 82, 15; facto placito, ut, coniuracione facta, cum pacae discederint, 169, 15; inito placito 100, 15; placitum — instituant 99, 30; placitum ad presens petentes 100, 10; mendacia tua placita sunt 82, 20; 2) = *conventus iudicialis (cf. Waitz, 'VG.' II, 2², p. 197 sq.)*: placetus — fiaetur 134, 10; placetus inter his duos regis ut Francorum iudicio finiretur — instituunt 138, 5; nisi tantum placeta vellens instetuetere 154, 25; placitus instetuaetur 164, 5; 3) = *conventus publicus Francorum*: omnes iustitias, quos praefatus rex Pippinus per legatos suos ei mandaverat, in placito instituto facere deberet 186, 25; iubet omnes Francos, ut hostiliter, placito instituto, ad Ligerem venissent 187, 10; instituto placito initoque consilio cum proceribus eorum 193, 5; placitum generale instituit *(Dagobertus I. rex)* 416, 15, *cf.* Maius; 4) = *certamen*: cum denunciatum fuisset placitum, qua die ad preliandum — convenire deberent 305, 10; paratus ad placitum, ut ad pugnam procederet 312, 20.

plenitudo = *abundantia*: ut ad plinitudinem de ipso laudis canerent 124, 5; ad plenitudinem paupertatis — pervenit 127, 5; plenitudinem consiliae habundans 132, 5; plenitudinem pacienciae inbutus 161, 25.

plumbei *(scil. nummi)* 96, 20.

pluritas = *multitudo*: nemi pluritas captivorum — ducetur 128, 20; pluretate eorum — trucedant 138, 15; pluretas — auri et argenti 167, 25.

plus, *nom. plura*: manus plura 165; *abl. plure*: plure multetudine 154, 15; *et plura*: plura manu — trucidata 102, 25; plura secum habens multitudine 148, 15; *plus* = *maxime*: quantum plus potui 123, 20; quantum plus potuit 164, 30; *plus* = *primum*: ubi plus congruebat 143, 15. — plurima pars = *maxima ex parte* 148, 25.

poledrus = *pullus equinus* 202, 25.

polyptycha: poleptica (chartae *Hier.*) publica 62, 10; poleptici (libri discriptionum *Greg.*) 115, 5.

pontificium = *licentia*: iter gradiendum fit pontificius 138, 1.

poscuerit = *poposcerit* 83, 1.

posse: posso = *possum* 88, 10. 100, 20. 109, 5; potebas = *poteras* 146, 5; potebat 79, 25. 86. 99, 20. 133, 15. 142, 25. 145, 10; putebat 155, 15; poteretur = *posset* 248, 5. — *possibilis*: non est possebelem, ut — possint 154, 20.

post = *per*: regnum — post sedecem annis tenuit 142, 10; post permissum = *permissu* 143, 20; *post quod* = *postquam*: anno, post quod — acciperat, 127, 20; post anno tercio, quod regnare coepisset, 149, 15.

postitiaria *(posticio praeposita)* monasterii 383, 15.

praeceptio *(scil. regis)* 158, 20. 159, 1. — praeceptum *(scil. regis)* 406, 30. 407, 5. 408, 25. 413–415, 10. 419, 5. 420. 423. 424, 20. 425, 5. 489, 25. 516, 15; praeceptum regale 410, 10.

praecessor = *decessor* 84, 1.

praefecti eiusdem provinciae *(Burgund.)* 176, 15.

praefusus = *profusus*: amore praefuso 83, 5.

praesens: ad praesens 83, 15. 99, 30. 100, 10. 101, 5; de praesente = *in praesenti* 155, 20; de presenti 156, 25. 160, 20. — praesentaliter 408, 25. 410, 10. 418, 1. 420, 10. 424, 20.

praesertim = *abundanter*: rebus — bene praesertimque pauperibus erogatis 441, 10.

praevadere = *capere* 113, 15. 117, 1. *Cf.* pervadere.

praevalere 1) = *valere*: praevalebat resistere 73, 15; praevalebant — defendere 73, 20; cum sustenere non prevalebat 130, 15; quam longe ocolus — videre prevalet 139, 15; si prevaluerit 100, 25; si ad vincendum prevalebant 144, 15; 2) = *superare, resistere*: ego eum praevalere non potueram 81, 30; nihil ibidem praevaluit 113, 15; quod Radulfo nihil prevaluissint 165, 20.

praeventus = *captus*: sacramentis praeventum cervum 81, 20; hominem praeventum datis 50 auries 85, 1; ab Ermenrici promissionebus preventus 166, 30. — praeventio = *captio, fraus* 64, 15. 147, 25.

presbiteratus 488, 10.

primatis = *primas (cf. Forcellini ed. de Vit IV, p. 857)*: Hugus quidam primatis procerum 437, 25; primates 179, 10; primates regni *(Franc.)* 416, 15. 418, 30. 423, 1; primates Austri, primati 109, 5. 158, 25. 164; Austrasiorum omnes primati, pontevecis citirique leudis Sigyberti 159, 5; seniores, pontevecces, ducebus et primatis de regnum Burgundiae 165, 30; Aega vero inter citiris primatebus Neustreci 161, 25; primates Neustrasii 166, 25; primati Gotorum (primates 157, 20) 157, 20. 163; Langobardorum primati 145, 10. 146, 5. 156, 10. — primatus magnatorum Francorum 259, 5; sicque deinceps episcopales gestans infulas, ut eciam domesticatus sollicitudine adque primatum palacii hacsi nollens teneret *(Arnulfus)* 435, 1.

primores et proceres Francorum 495, 5; primores palatii 419, 35, regni 423, 20.

princeps 1) = *rex* 143, 10. 337, 10. 366. 367, 20. 368. 380, 1. 438, 15; princeps atque rex Dagobertus *(I)*

408, 25; ad gloriosissimum principem Theudebertum regem Francorum 339, 5; 2) = *maior domus (cf. Waitz, 'VG.' II, 2³, p. 400):* a principe Francorum viroque inlustri Echinoaldo quondam 483, 15, *cf.* Franci; 3) princeps militiae *(Rom.)*: Arestarcus. — principes 182, 10. 241, 20. 323, 25. 485, 30. 486, 5. 495, 15; precellentibus principibus Chrodoberhto episcopo Parisiaco et domno Audoeno seu et Ebroino maiore domus 487, 15; principes palatii nostri *(Chlodovei II)* 424, 1; principes regni *(Chlodovei II)* 425, 5; principes Sarracinorum 178, 1; principes *pro leudibus* 405, 35; principes: Aegidius *(Rom.)*, Waiofarius *(Aquitan.)*. — *principale regimen:* Pippinus *(II)* Theuderico rege coepit esse principale regimine maiorum domus 323, 5 *(cf. Waitz, 'VG'. II, 2³, p. 418).* — *principatus* 1) = *regnum:* principatum gentis suae rexit *(Frigio)* 199, 20; *(Chlodovechus I)* divisit monarchiam sui principatus 353, 5; cum prolem suum Dagobertum *(I)* in principatus culmine sublimasset 439, 5; acceptoque principatu super Galliarum incolis *(de Sigismundo rege Burgund. agitur)* 335, 10; 2) = *maiordomatus: (Carli)* principatus 177, 1. 178, 15; Ebroinus — principatum — recepit 319, 15; *(Pippinus II)* obtenuit principatum sub suprascriptos reges 325, 10; Ragamfredus in principatum est elevatus 240, 30; Ragamfredo in principatum maiorum palacii elegerunt 325, 20.

priores *(= primores)* sublimati in Auster 146, 15.

privilegium 493, 25.

procer: Gislaadi proceris 573, 15; proceres 143, 1. 147, 25. 157, 20. 183, 25. 186, 1. 189, 20. 190. 193. 368. 384, 30. 416, 15. 418, 20. 420, 25. 436, 20. 439, 20. 455, 1. 498, 5. 516, 10. 521, 15; *pontifices et proceres:* a pontificebus vel sapientissimis viris procerebus 147, 5; pontificis et universi proceres regni 148, 10; Neustrasiae pontefecis et proceres 148, 25; ponteficibus et procerebus in regnum Burgundiae consistentibus 149, 15; cum consilio pontevecum seo et procerum 158, 25; proceres regni *(Dagoberti I)* 413, 25; proceres Francorum 185, 25. 257, 10. 495, 5. 506, 5. 513, 30; proceres suos *(Pippini regis)*, ducibus vel comitibus Francorum 192, 25; proceres de regnum Burgundiae 141, 20; proceres et leudes Burgundiae 148, 5; quidam ex procerebus de gente nobile Aygloifingum 146, 15; nobilis antiqua procerum de stirpe creatus *(Hieronymus, fil. Karli princ. Franc.,)* 429, 5; Hugus quidam primatis procerum 437, 25.

procul, 1) *nec (= non) procul a:* super Legere fluvio nec procul ab Aurilianes 73, 20; Calcedona civitate nec procul a Constantinopoli 152, 5; super fluvium Aroanna nec procul a Doromello 128, 15; Calam villam nec procul a Parisius 118, 15; villa super Secona fluvio nec procul a Parisius 161, 5; eadem nocte nec procul ab ipso castro 165, 15; prope — territorium nec procul a domo 100, 1; Baccis villa nec procul ab ipso monasterio 111, 20; tenturia cum suis nec procul ab urbe posuit 166, 35; 2) *nec (= non) procul c. acc.:* Clippiaco nec procul Parisius venit 147, 1; 3) *nec (= non) procul inter:* cumque castra nec procul inter se — posuissit 158, 25; 4) *nec (= non) procul exinde:* Teudebertus nec procul exinde — resedebat 131, 25.

promovere = *progredi* 158, 15. 166, 35. 167.

promptuarium: prumtuarium regis *(Dagoberti I. Mettense)* 440, 20.

propria (scil. terra): ad propria festinans 112, 15; pergunt ad propriam 138, 20; perrexit ad propria 100, 5; redit ad propriam 100, 1. 131, 15; ad propriam remeavit 86, 25; ad propria revertur 125, 5; *propriae sedes:* redit ad propriis sedibus 140, 5. 141, 15. 160, 15; regressus — ad propries sedebus 154, 5; regressi — ad sidebus propriis 138, 10; ad sedebus remeant propries 152, 25; ad propries sedebus remeantur 165, 20; revertit ad propriis sedibus 132, 5. 141, 20; ad propries sedebus revertuntur 155, 10; revertunt ad propries sedibus 158, 5.

prorumpere = profundere: lacremas oculis prorumpens 165, 10.

proverbium: qui diligit rixas, meditatur discordias 159, 20.

provincia *v.* domesticus.

provitrix *(est ea quae providet)* obtima 389, 15.

proxemior cunctis 81, 25.

psallentes: psallentium ordo 425, 1. — psallentium 299, 5. 304, 5. 387, 10. 389, 1. 393; sallencium 161, 15.

publicana = *meretrix* 368, 25.

publicus 1) = *Romanus: v.* aerarium; manus publeca = *populus imperii orientalis* 133, 5. 150, 15. 155, 20; pars publeca = *imperium orientale* 154, 10; *res publica = imperium orientale* (*cf. Waitz, 'VG.' II, 2³, p.* 118): rei publicae dux et patricius Fogas 129, 20; provinciae rei publicae 152, 5; quod nequiter contra rem publicam et sedem Romanam apostolicam admiserat *(Aistulfus)* 184, 1; ulterius ad sedem apostolicam Romanam et rem publicam hostiliter numquam accederet *(Aistulfus)* 184, 25, *cf.* imperium; 2) = *regis Franc. proprius* (*cf. Waitz, 'VG.' II, 2³, p.* 323): *v.* aerarium *et* palatium; Theudone villa publica 183, 5; Bernaco villa publica 183, 25; Meltiaco villam publicam 187, 5; 3) = *principis Aquitan. proprius:* villas publicas, quae dictione Waiofario erant, totas igne cremare praecepit *(Pippinus rex)* 189, 20.

pueri proprii *(Belisarii)* = *milites* 86, 25. 87.

punto = *species dolii* 384, 25.

quadragesima 367. 370, 1. 371, 25—373, 5. 470, 1; quadragensimum 327, 5; quadragessimum tempus 470, 10.

quale = qualiter: quale maior domi efficetur 121, 25. — *qualem = qualiter:* adnunciaretur, qualem — Iesus — ad passionem venerat 101, 25. — *qualum = qualiter:* investigantis, qualum — interirit 79, 5. — *qualiter = ut:* gentes — adtraherint, qualiter — potuissent resistere 140, 20; ut ei — auxiliaretur, qualiter — degradaret 157, 20.

que abundat, 1) *praecedente coniunctione subiunctiva:* cum esset —, erantque — amplexi 85, 10; Cumque Aridius — venisset, dixitque — Gundobadus 100, 20; cumque uterque — iungentes, dixitque Chlodoveus 101, 20; cum — adnunciaretur —, dixitque Chlodoveus 101, 25; cum — pervenissent, eumque — concremaverunt 152, 10; si me iobaret —, eroque 101, 20; 2) *participio praecedente:* demicans — totasque — subdidit 46, 10; dividens — dixitque 95, 15; illa accipiens, — dixitque 99, 30; transcendens sacramentum, — ipsamque suggelare fecit 109, 20; inruens, eorumque exercito — trucidavit 128, 1; eam — adfectam, iobetque eam — perducere 142, 1; oblitus sacramenta —, eamque — retrudit 156, 10; soledus — accipiens, ipsumque pensavit 158, 10; cum — Otto — ducens, eumque dispecere conaretur 164, 15; 3) *coniungens enuntiatum participiale:* trucidavit, nihilque — reddere disponens 102, 25; cum — proiecerit, dicensque 152, 1; 4) *cunctique = cuncti:* venientis cunctique in eius occursum 81, 15; deinde cunctasque civitatis — vallans 84, 5; 5) *ibique = ibi:* per quem ibique vocati sunt 93, 10; ubi — erit —, ibique — adparebit 131, 1; veniensque Sigybertus —, ibique Chlotharius — venit 141, 10; cum — venisset, ibique — inruunt 147, 30; cum — coniunxissent, ibique homo — interficetur 148, 10; opes — per plurema loca ibique sunt conlate 161, 15; fertur, ibique — fuisse — trucidati 165, 10; anno quarto regni Chlo-

doviae, cumque — venissit, ibique — precepit 165, 30; 6) *immoque* = *immo:* Hysidori immoque et Gregorii 123, 5; 7) *ipseque* = *ipse:* a Pannonies ipsaque nocte — advenerant 74, 10; primum ipsamque civitatem — vastavit 84, 5; Protadius ipsoque consilio adsistens 131, 25; datis sacramentis, — ipsamque accipiunt 132, 20; ad limina sancti Martini ipsoque sacramento adhuc impleturus adiret 147, 25; citiri — ipsumque circumdantes 167, 15; 8) *isque* = *is:* cum leudis suae eiusque nequicie gemerint 151, 10; leudis — eumque — sublimant 161, 20; 9) *itemque* = *item:* acceptis idemque Agecius — soledus 74, 15; Tholomeus cum sociis itemque a Gothis vincti 80, 10; qui itemque ab Avare interfecti sunt 80, 25; patricium — itemque trucitare 83, 25; idemque anolis commutandis abierunt 85, 25; dans idemque consilio 96, 10; Gunthramnus idemque cum eis pacem — firmavit 112, 5; Gunthramnum idemque ducem persequendum — transmisit 113, 15; quod idemque — destribuit 114, 20; ad instar institucionis — idemque et huius senodi coniunctionem — institucionem firmandam curavit 124, 10; factione Hebracharii idemque ducis 127, 5; patricius, idemque — instigante consilio, — occidetur 132, 15; Campanensis — idemque amisisse visus est 138, 10; Rado idemque hoc gradum — adsumpsit 142, 5; partebus idemque Gunthramni cassantis 143, 15; Autharius idemque dux 143, 20; talem (= *tale*) idemque facere decrevit 153, 10; solucione Dagoberti idemque — perrixerunt 155, 1; Langobardi idemque — optenuerunt 155, 5; Aoster vero idemque ordine soledato 159, 10; ad regnum Sigyberti idemque — deberit aspecere 159, 10; Erchynoaldo idemque maiorem domus 166, 20; Erchynoaldus — idemque arma sumens 167, 5; 10) *pariterque* = *pariter:* inibi mater et soror et coniux — pariterque fuerunt 125, 15; 11) *suusque* = *suus:* Chilpericus suumque regnum recepit 112, 25; 12) *totusque* = *totus:* quoscumque — repperiret, totusque humiliare conabat 131, 20; citiris — totusque interfecit 167, 20.

qui = *quis:* qui cui successit 84, 20; conspecere, qui — venerit 152, 20. — *quod* 1) = *quid:* adtende, quod — loquer 81, 10; 2) = *qui:* libri quarti, quod est scarpsum, 89, 10; 3) = *cui:* Papiae, quod Ticinum cognomentum est, 82, 5; 4) = *quos:* honoribus, quod habui 88, 10. — *qua* = *quae:* qua coeperat perficienda 150, 5; sacramenta, qua — dederat, 156, 10.

quidam = *quendam:* a Buccelenum quidam Franco 88, 20; patricium quidam — direxit 152, 15; Chrothacharium quidam unum ex ducibus — ad se venire precepit 156, 1. — *quaedam* 1) = *quendam:* quaedam hominem praeventum 85, 1; electum quaedam 88, 5; 2) = *quandam:* in insula quedam — retrudetur 130, 1; 3) = *quodam:* a quaedam sacerdoti 83, 25; a Mario quaedam militae 84, 10; quedam pauperi mendico — socium habebat 100, 1; 4) = *quadam:* in quedam villola 147, 20.

quique (= *quisque*) armatus 146, 5.

quoadusque 109, 10. 163, 10.

quod abundat: quod Iustinianus — Ghyldemer cum aequites iussit confligi 87, 25; quod — Chlotharius ipsa tributa — cassavit 144, 5; *quod cum* = *cum:* quod cum coiugati — fuissent 78, 10; quod cum eos — obviasset 79, 20; quod cum consilius — fuisset impletus 80, 10; quod cum — repertus fuisset 80, 20; quod cum puer — obidiretur 81, 15; quod cum (*cervus*) — adorasset 81, 20; quod (*Iustinus*) cum — transisset 85, 25; quod cum Clodoveo utilitas — placuisset 100, 10; quod cum — Teudericus — castra metasset 131, 25; quod cum — Theudericus — circumdaretur 138, 10; quod cum iam vel duodecem — trucedasset 145, 10; quod cum ipsa reliquisset 147, 20; quod cum — venisset 147, 25; quod cum versum fuisset cor 151, 5; quod cum decem docis — perrixissent 160, 1.

quomodo = *cum:* quomodo (cum *Hier.*) — movisset, — occidetur 65, 5.

quondam ad defuncti nomen additum: filius Anseghiselo quondam 320, 1; Chlodoveo quondam antiquo rege 505, 15; Chlotharius quondam 487, 15; Chlotharii quondam anterioris regis 506, 20; Dagoberti quondam regis filium 485, 10; Danielem quondam clericum 326, 1; viroque inlustri Erchinoaldo quondam 488, 15; filio Eudone quondam 180, 5; filius Eudone quondam 191, 1; fidelissimo quondam domno Genesio 501, 10; Nordebertum quondam de suis cum rege relictum 323, 5; leudis Pippino quondam 173, 5; Theuderici quondam regis 159, 25; Waldeberto quondam abbate 491, 5.

rachina (*genus quoddam vestis*) cilicina 381, 10.

rasio barbae *v.* barba.

recentare = *renovare* 366, 20.

reclausus 92, 5.

rector palatii = *maior domus:* Gundulfo subregulo seu etiam rectori palatii vel consiliario regis 438, 5. *Cf. Waitz, 'VG.' II, 2*[a]*, p.* 108.

recuperare = *reparare:* baselica — — condigna recuberatur (reparata *Greg.*) 107, 20; octo milia soledos civebus Virdoninsis ad recuberandum dedit 106, 10.

refectorium (*Nivial.*) 466, 10.

referendarius: statuens eis capud exercitus nomeni Chadoindum referendarium 159, 25 (*cf. Waitz, 'VG.' II, 2*[a]*, p.* 55. 82); referendarius: Dado.

regalis: Clepiaco villa regale 322, 1; villae regales 419, 5. — regilis = *regalis* 156, 25. — *regius:* Adteias in villa regia 365, 10.

regnator fortis (*Pippinus II*) 429, 10.

regula Arelatensis 372, 20; conversari sub integra regula religionis 490, 5; quosdam vero cum religionis habitu sub regula in monasteria intromisit 494, 15; sub sanctae regulae normam sacris litteris inbutam 460, 1. — regularis vite disciplina 469, 10; ut sub sancto regulari ordine fratres — vivere deberent 493, 25.

relaxatius 372, 5.

remando = *respondeo* 81, 10.

rep(a)enitens = *paenitens* 300, 5.

repausare = *reponere* 393, 15.

repedare 1) = *reverti* 73, 25. 74, 10. 80, 15. 126, 10. 138, 1. 160, 30. 166, 30; 2) = *revocare:* ad patriam fuerunt repedati 160, 15.

repensio = *compensatio:* huius vecissitudinem repensionis episcopatum — adsumsit 118, 1; huius beneficiae repensionem missurium — dare promisit 157, 20.

repinctus = *repunctus, iterum punctus?* 87, 20.

repressio lacrimarum 501, 20.

reputare = *imputare:* repotans ei estobrum 148, 5.

res publica *v.* publicus.

resublimatur in regno 97, 1.

retransmittere 132, 25.

retro: a retro eum in cervice percussit 308, 25.

retrusio 156, 15.

revellicio = *rebellatio, rebellio* 121, 15.

revilitas = *vilitas:* ad revillitatem perductus est 132, 10.

revocare *v.* missa.

rex: regis creantur 94, 10.

rogationes populo indixit (*patriarcha Hierosolym.*) 386, 25.

Roleta *v. supra p.* 550.

rugitus = *fragor* 126, 10.

sacramentum v. arma. — sacramentales litterae 382, 5 *(cf. Ducange ed. Favre VII, p. 257: 'quae sacramentum seu iuramentum continent').*

sacrarium 368, 25.

salinae supra mare 414, 1.

salvare 80, 15. 157, 15.

sapiens quidam 123; Aridii cuiusdam sapientis 100, 1; sapientes Burgundionum 259, 20; sapientes Graecorum 198, 30; consilio pontificum atque sapientium virorum 409, 20.

sarcinans = *in sarcinam colligens* 372, 10.

savanum *(= linteum villosum)* lineum 368, 1; ipsa succincta de savano 370, 5; pedes — savano tergens et osculans 385, 5.

scandalizare 100, 30. — scandalum 121, 5. 154, 15.

scara de electis viris fortis de Neuster et Burgundia cum ducebus et grafionebus 158, 15 *(cf. Waitz, 'VG.' II, 2*[a]*, p. 222).* — cum escaritus utrumque decem milia 188, 5; in quattuor partes comites suos, scaritos et leudibus suis — transmissit *(Pippinus rex)* 192, 10.

scarpsum = *excerptum* 19, 1. 42, 10; quod est scarpsum de cronica 89, 10.

sceptrum: in ea urbe *(Paris.)* reges Francorum maxime sceptra tractare consueverant 401, 25; sceptra regalia gubernans *(Dagobertus I)* 408, 30.

scero = talpus 10, 25.

scholasticus: scolastici 482, 10; scolastica verba 482, 5; scolastica 482, 15.

scramsaxi 303, 25.

scrinia *(S. Dionysii monast. Paris.)* 423, 10. *Cf.* archivum.

secrete 166, 1. — secrecius 141, 25; sigricius 142, 20. — secretisseme 142, 25.

sedes apostolica 182, 10. 184. 185, 20.

senator: Christi satis intimus senator *(Martinus ep. Turon.)* 369, 15; senatores *Constantinopolitani* 80, 1. 152, 1, Gotorum 163, 1, *Treverenses* 94, 15. — sinatrices *Treverenses* 94, 20. — senatus *(Constantinop.)* 152, 1. 162, 5.

senex: abl. senece 114, 15. — senior = *dominus, Gall. 'seigneur'* 519, 20; *seniores* 1) = *nobiliores:* seniores *(= cathedrales)* basilicae 493, 15; seniores senatores 80, 1; 2) = *proceres:* Ebroino maiore domus cum reliquis senioribus vel ceteris quam pluribus 487, 15; ordinante domna Balthilde, per consilium quidem seniorum receperunt Childericum 487, 20; deductaque *(Balthildis regina)* ab aliquibus senioribus *(A)* 495, 20; deducta igitur ab aliquibus seniorum principibus *(B)* 495, 30; seniores, ponteveces, ducebus et primatis de regnum Burgundiae 165, 30; seniores Franci 100, 15. 309, 1; plures ex Francis seniores 506, 5; seniores et nobilissimi Langobardorum 145, 15; Wascones omnes seniores terre illius 161, 1; seniores et nobiliores exercitus 160, 15; seniores palatiae 83, 1 *(cf. Waitz, 'VG.' II, 2*[a]*, p. 112);* 3) = *presbyteri:* seniores templi *(Dianae Troi.)* 198, 5. *Cf.* maiores.

senodochium v. xenodochium.

septimana: ad coquinam concursitabat, suam faciens septimanam, 372, 15.

sequenter regem natantes 313, 10.

serare: serrare 153, 20.

servientes 368, 5.

seu = et: Romanis seo Gothis 79, 10; cuiusdam sapientis seo Hysidori 123, 5; oppressi seo perdomiti 160, 10; pontevecis seo nobilis et fortis 166, 25; seu *(plerumque* seo) et = *atque* 46, 10. 79, 10. 114, 20. 143, 5. 146, 15. 149. 158, 25. 160, 10. 165, 15. 166, 5.

sic = iam: sic forte 139, 20. 150, 10; sic fraudulenter 79, 30; sic validae aebullivit 128, 5.

sigilatius *(secalicius)* panis 369, 30. 371, 20.

signum: cum iam dies declinata esset ad signum *(scil. vespertinum)* 444, 1.

similare = similis esse: lupis — similabunt 97, 30.

singulus — obvians 80, 20; ego singulos 87, 35; puer singulus eum — exhibuit 112, 25; illum tantum singulum 87, 30; Iustinianum — singulum retenentes 88, 10.

sitibundus 371, 25. 386, 25.

solatium = *auxilium* 108. 124, 15. 138, 25. 141, 1. 166, 5. 383, 1.

solidus: legati offerentes solido et dinario, ut mos erat Francorum, 100, 10.

solium aureum *Dagoberti I. regis* 416, 15.

solvere = intermittere: scribere non solvi 123, 25.

sordicula = *parva sordes* 385, 10.

spata: (Chlotharius II) non ibi maiorem hominem viventem reliquit, nisi ut gladius suus, quod spata vocant, per longum habebat 314, 5. — spatarius Gunthramni Cariatto 118, 1. *Cf. Waitz, 'VG.' II, 2*[3]*, p.* 75.

specialius iobet 148, 15.

species = res vel quaevis supellex pretiosior (cf. Ducange ed. Favre VII, p. 547): ex auro et gemmis et multis preciosissemis espetebus 161, 15.

spondere: spondedit = *spopondit* 160, 20; spondederant 143, 20.

sponsalis: reliqua *(anulo excepto)* ornamenta sponsalia 255. — sponsare 100, 10.

spontanee: espontaniae 79, 10.

stabularius v. comes.

stapio = *gressus* 369, 5. *Cf. Graff, 'Althochd. Sprachschatz' VI, p.* 655.

stapplum *(= stabulum)* equitum 302, 20.

status formam (stata forma *Enn. apud Gell. V,* 11, 14) 153, 1.

stemmate *(= corona)* regio ex more comptus *(Chlodoveus II)* 428, 30.

stratura = Germ. 'sattelzeug': estratura regia 139, 30.

stremitas v. extremitas.

strenuosissimus = *strenuissimus* 74, 1.

stringere = constringere: quod et per pactiones vinculum estrinxit 149, 10.

sublimes Francorum 309, 1.

suboccultè 366, 20.

subregulus Wiomadus 95, 20. *Cf.* rector palatii.

subscriptus = supra scriptus: civitatebus supscriptis 157, 1; subscriptis ducibus 160, 10.

subsistere = consistere: cuncta reperiat subsistere viretatem 123, 20; promittentes —, promissionis huius veritatem subsistere 131, 1; ne veritatem subsisterit 142, 25; quasi viretatem subsisterint 146, 1.

subsudare = *aliquantum sudare* 375, 20.

succiduis *(= insequentibus)* diebus 175, 1.

succuba = lupanar: meretricum succubae et criptule lupanaria dicuntur 200, 20.

sui: sibi quintus = *Germ. 'selbfünft'* 80, 20. — *se abundat:* alioquin noverit se, exercitum — impleturum 140, 5; *se desideratur:* quo ordine deberint c o n i u n g e r e 82, 20; cum — proceres — coniuncxissent

quod Eiegius, qui tributa publecis aerariis solvi debebat, tributa imperatori solvendum quereret 96, 20; tributa, quas Langobardi de manu publeca recibebant, 166, 20; Constans *(imperator)* — tributa Saracines emplendum refutat 162, 15; concedam eis *(Alanis)* tributa donaria annis decim 242, 20; tributa vel munera, quod antecessores suos reges Francorum de Aquitania provintia exire consueverant, annis singulis praedicto rege Pippino solvere deberet 190, 10; ut tributa rei publice potuissent renuere *(Burgundiones)* 68, 15; dux *(Cantabriae)* Francio — tributa Francorum regibus — impleverat 133, 10; melius nobis *(Francis)* est ternos soledus tributa dissolvere 96, 1; tributa, quas solvetis 96, 5; tributa Francis concessa sunt 238, 15; ut tributa solverent Franci 238, 20; misit — exactores —, ut darent consueta tributa de populo Francorum 243, 10; quur solvimus tributa? 243, 15; non demus *(Franci)* Romanis tributa 243, 20; (Italiam) — sub tributo subiugavit 301, 20; tributa Langobardorum 143. 144; tributa ad parte Langobardorum cassavit 144, 5; tributa, quod Langobardi ad rege Francorum a longo tempore dederunt, annis singulis per missos suos desolvere deberent 185, 25; Langobardi sub tributo vixerunt 289, 20; tributa vel munera, quod contra legis ordine ad Romanos requirebant, facere desisterent *(Langobardi)* 183, 15; tributa, quas fisci dicionebus dissolvebant *(Saxones)*, 158, 15; tributo Saxones — habent indultum 158, 20; tributa, quae Chlothario quondam prestiterant *(Saxones)*, 181, 15; tributa multa maiora, quam antea promisserant *(Saxones)*, 182, 25; tributa — Sclavi Chunis solvebant 144, 20; Thoringii sub tributo servierunt 238, 30; Toringos — sub tributo servire fecit 253, 25; ipsos Toringos tributarios Francorum fecit 253, 25.

tristare = *tristis esse* 255, 20.

truncare c. abl.: capite truncetur 80, 5; capite truncatur 104, 15. 106, 1; capo truncatur 85, 5; quem — capo truncavit 146, 25; pedibus, nares et aurebus truncatus (abscisis *Greg.*) 114, 10; Uncelenus —, pede truncatum, — perductus est 132, 10.

turbido: cervisae turbidinem *(liquor turbidus factus)* 369, 20.

turris *monast. S. Crucis Pictav.* 393, 15.

tyrannitas: tirannitas 188, 10.

ubi = qui: ad loco, ubi (qui *Idac.*) Portugale appellatur, 75, 25.

ubicumque *(= quocumque)* adgressus fueris 95, 15.

ultra: que de ultra Renum vel undique potuerat adunare 139, 15.

unam = una: regnum Chariberti unam cum Wasconiam 154, 10.

unanemem conspiracionem 164, 1. — unianimiter 96, 5. 112, 10.

unde = quo: funiculum, unde alios legare soleo, 114, 25.

undique = ubique: que undique — potui repperire 123, 20.

unicornis 97, 10.

unitus = conveniens: qui cum Radulfo unitum habebat consilium 164, 25; nec unitum habentes consilio 165, 1.

unus — et alius = *alter — alter* 157, 5.

unusquisque *(= quisque)* in domum suam 157, 10.

urna lapidis 442, 15; ad ornam sancti viri *(Arnulfi ep. Mett.)* 445, 10.

usque tribuitur 1) locis, fluminibus cet.: ut — usque adgrederit Agustedunum 166, 30; usque Alpis Poenunas et Isera fluvio 82, 1; usque Ararem 141, 15; usque Cesaragustam 158, 1; usque Colonia 139, 25; villa Conpendio usque perveniunt 164, 10; usque Ocianum mare 83, 20. 102, 30. 128. 130, 10; usque Paereneos montes 133, 15; usque Toringia 74, 15; usque manum publicam 150, 15; 2) *tribuitur etiam personis:* ab Adam usque Noe, a Noae usque Abraham — et inperatori Romanorum usque Aeraglium 19, 1; ab Adam usque Aeraglio 42, 10; ab Adam usque Christi praedecationem 43, 15; ab Adam usque transitum Sigyberti 91, 20; usque decedentem regnum Gunthramni 123, 5; 3) *refertur ad tempus:* usque diem obetus 156, 25; usque die ovetus 79, 5; usque hodiernum diem 75, 1. 86, 30; usque media diae 127, 10; usque tempore 98, 10; usque eodem tempore 150, 5; usque hoc tempore 39, 30; 4) *adverbiis temporis iungitur:* usque hodie 393, 20; usque nunc 74; usque tunc 40, 10; 5) *usque ad, usque = a:* usque ad fundamento 157, 1; usque fundamentum 133, 10.

uterque 1) = utriusque: uterque exercitus multitudinem 152, 10; fertur desuper uterque *(fortasse pro utrique)* falangiae vox dixisse 110, 15; 2) = *utrumque:* et eorum perfedia — eos uterque interire fecissit 168, 1; 3) = *utraeque:* uterque falange in invicem proeliantes 74, 1; uterque phalangiae certamine iungentes 101, 15; uterque falange — iungunt ad prelium 138, 15; falangis uterque — iungent ad prilium 167, 5; 4) = *utrimque:* strages uterque facti 80, 15; *utrumque = omnino (?):* cum escaritus utrumque decem milia 138, 5; *utrasque = utriusque:* utrasque exercitus — trucidatus est 127, 15.

uxus = gladius brevis: uxos (sicas 207, 30) pro baculis in manum ferentis 82, 20; extrahens uxum 152, 25. *Vocabulum uxus cum Germ. 'akus' = securis comparavit Graff, 'Althochd. Sprachschatz' I, p.* 136.

Vassus *v. supra p.* 556.

vel = et: de Iuviniano et Constantino vel Honorio 89, 15; de Mummolo patricio et Langobardis vel Saxonebus 91, 15; patris matrisque vel germanis 104, 5; a Gundoaldo vel Austrasiis 112, 25; Parisius vel reliquas civitates 127, 25: Thoringus vel ceteras gentes 139, 15; de ultra Renum vel undique 139, 15; Pippino vel citeris procerebus 140, 10; quemadmodum — dissolvebant, referam; vel quo ordine — cassaverant, non abscondam 143, 5; a pontificebus vel sapientissimis viris 147, 5; quod citra Legere vel Provinciae partibus situm erat 147, 10; pagum Tholosanum, Cathorcinum —, vel quod ab his — excludetur 149, 10; citiri ducis vel Neustrasiae 167, 10.

velamen sacrum accepit 455, 20; ad accipiendum sacrum velamen 456, 25.

velle: volestis *(= vultis)* 96, 5. 100, 15; vellebam *(= volebam)* 96, 15; vellens 79, 15. 114, 25. 116, 5. 131. 138, 10. 149, 1. 154, 25; vellere *(= velle)* 147, 1.

velum (scil. sacri cubiculi imperatoris): tenentes velum 86, 1. *Cf. Procop. ed. Dindorf III, p.* 456.

vermiclae *(= vermiculae, i. e. rubrae)* vestes 180, 20.

versum: persecutionem versum (adversum *Hier.*) christianis incipiente 66, 1.

vexillum crucis 436, 1. 441, 1.

vicis: quadam vicem = *quodam tempore* 82, 10. 117, 10; quadam vicae 145, 20; vicibus = *alternis* 367, 20. 370, 5. 383, 20. 385, 10; suis vicibus 372, 10; multis post haec vecebus *(= crebro)* 165, 10; pluris vicibus 98, 15. 159, 20. — *invicem:* signum datari invicem 87, 15; diligentes invicem 78, 5; *ab invicem:* consencientes ab invicem 166, 5; designatum ab invicem 82, 15; promittentes ante Deum ab invicem 131, 1; perpetuam ab invicem pacem servarint 82, 10; cum — ab invicem vexarentur 134, 10; *in invicem:* in invicem cum aequis girantis 80, 25; uterque in invicem inpugnarint 157, 5; in invicem proeliantes 74, 1; exercitus — in invicem proeliantes 127, 20; cumque uterque

— in invicem propinquarint 152, 20; amiciciae cultum in invicem conlocati fuerant 164, 1; amiciciam — in invicem inientis 113, 25; dextras in invicem dantes 164, 30; iustitia redderetur in invicem 154, 25; datis in invicem — sacramentis 108, 5; multa in invicem — sacramenta dedirant 167, 30.

vicissitudo = *remuneratio:* huius vicissitudine meretum (= *meriti*) episcopatum — adsumpsit 128, 10; huius rei vicissitudinem probavit aeventus 149, 1; huius beneficiae vecessitudinem tributa — cassarit 155, 20.

videri abundat: Campanenses — amisisse visus est 138,10; regnum Dagoberti visi sunt expetisse 149, 1.

villa v. publicus, regalis, regius.

vincula v. claves.

visare = *videre* 78.

visibiliter 88, 25; visibiliter vidisti 97, 15.

xeniare = *munerare:* qui — exseniati fuerant 144, 5. — exenium 382, 10.

(xenodochium), senodochium 411, 35.

yleos = *Graec.* εἰλεός: viscerum incisione, pessimo infirmitatis vitio, quod medici yleos vocant, 497, 25.

zelans = *metuens:* zelans a Theudoberto 105, 15; Sigyberti pericolum zelantes 165, 1; illa de se zelans, blandiciam ipsam respuebat 391, 20. — *zelus* 1) = *amor:* omnia in zelo Dei — egit 390, 15; 2) = *invidia:* zelus (suasionem maliciae 120, 25) Neustrasiorum adversus eodem — surgebat 151, 15; adversus Bellesarium zelum ducens 86, 20; contra Grimoaldo — zelum ducens 164, 15; zelum adversus hos — retenens 83, 1; cum ipsum iam zelum (= *zelo*) tenerint 134, 5.

DE ANNIS REGUM FRANCORUM.

Iulianus Havet v. c. in disquisitionibus acutissimis, quae inscribuntur 'Questions Mérovingiennes', etiam de annis regum Francorum docte disputavit. In tertia earum parte annos, quos olim in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXII, p. 451 sqq., constitui, Chlotharii III, Childerici II, Theuderici III. omnino approbavit, sed menses circumscripsit, quos nuper in v. Sybel, 'Hist. Zeitschr.' 1889. accuratius distinxi. In quarta quaestionum parte a rationibus meis discrepat usque ad a. 613, inde vero iterum mecum convenit. Argumentis eius examinatis, calculum meum praeferendum esse duxi.

Gunthramni regis mortem, quam die 28. Martii a. 592. contigisse mihi visus eram demonstrasse, in annum 593. iterum transtulit Havet, 'Questions Mérovingiennes' IV, p. 40. Hac una ratione ducitur, quod defectus solis, qui teste Fredegario IV, 13. anno ante regem mortuum contigit, is est, qui in tabulis ad diem 19. Martii a. 592. adnotatur. Id, re iterum perpensa, verum esse concedo; minus vero probatum mihi videtur esse, ea quae Fredegarius in c. 13. 14. annis 32. et 33. Gunthramni facta esse scripsit, defectum scilicet solis et mortem regis, re vera duobus annis tribuenda esse. Certe ex iis, quae 'Forschungen' p. 456. collegi, exemplis luce clarius intellegitur, Fredegarium quae uno anno gesta erant compluribus annis adscripsisse, ita ut gesta a. 24. Gunthramni non minus quam quattuor annos 24—27. regis apud eundem occupent. Argumentum autem manifestum de Gunthramni anno emortuali Gregorius in libro quarto de virtutibus Martini exhibet. Ibi enim omnibus annis quas contigerant diebus festis praecipue S. Martini miracula adnotavit, ut subsequens conspectus edocet:

c. 4.	ad festivitatem vero, quae mense quinto celebratur	= 588, *Iul.* 4.
c. 5.	eo anno, id est Childeberthi regis 13, ad festivitatem, quae de beato eius transitu celebratur	= 588, *Nov.* 11.
c. 6.	anno quoque 14. regis supradicti, adveniente solemnitate sancti	= 589, *Iul.* 4.
c. 13.	ad festivitatem vero illam, cui Aunacharius — adfuit	= 589, *Nov.* 11.
c. 16.	advenientibus autem diebus sanctis dominicae resurrectionis	= 590, *Apr.* 2.
c. 17.	venit ad festivitatem	= 590, *Iul.* 4.
c. 19.	cum ad hanc iterum regressus fuisset solemnitatem	= 590, *Iul.* 4.
c. 22.	ad festivitatem sancti Martini veniens	= 590, *Nov.* 11.
c. 24.	in huius etiam solemnitatis virtute	= 590, *Nov.* 11.
c. 26.	ante quattuor festivitatis dies in anno memorati regis 16.	= 591, *Iun.* 30.
c. 27.	adveniente autem festa beati	= 591, *Iul.* 4.
c. 32.	hoc tempore, cum Plato episcopatum Pectavae urbis adeptus est,	= 591.
c. 37.	tempore autem, quo post obitum gloriosissimi regis Gunthramni Childebertus rex Aurilianensim urbem adivit,	= 592, *Mart.* 28.
c. 38.	non post multos dies, cum solemnitas sancti dies annuus retulisset,	= 592, *Iul.* 4.
c. 41.	alia vero festivitate adveniente, quae in hieme caelebratur,	= 592, *Nov.* 11.
c. 45.	ad festivitatem sancti antistitis	= 593, *Iul.* 4.

Fac Gunthramnum regem a. 593. *mortuum esse. Tunc, serie annorum interrupta, de uno anno* 592. *miracula nulla relata sunt. Itaque e Gregorio nostro optimo certo certius intellegitur, Gunthramni mortem recte anno* 592. *olim a me tributam esse. Is igitur, Chlothachario I. mortuo, a.* 561 *ex. regnum nactus, anno* 31. *regni obiit, id quod etiam Liber Hist. Fr. c.* 35. *confirmat:* Regnavit autem annis 31. *Paulo infra etiam Chilperici (a.* 561 *ex.* — 584 *ex.) regni anni* 23 *recte in hoc libro adnotati sunt.*

Theudericum II. a. 596. *inter menses Martium et Iulium regem creatum, Childebertum autem patrem anno demum* 597. *post Febr.* 28. *mortuum esse ex tribus documentis probasse sibi visus est Havet l. l. p.* 8. *Decretionem enim Childeberti II, inter Capitularia regum Francorum tom. I, p.* 15—17, *a Boretio editam, die* 28. *Febr. a.* 22. *regis, i. e. a.* 597. *a Chr. n., datam esse vult. In prologo praemisso Childebertus omnibus Kalendis Martiis se res cum optimatibus tractasse testatur. Enumerantur campi Martii hi:*

c. 1. Ita, Deo propitiante, Antonaco Kalendas Marcias anno vicesimo regni nostri convenit — —

c. 2. In sequenti hoc convenit — —

c. 3. Similiter Treiecto convenit — —

c. 4. Pari conditione convenit Kalendas Marcias omnibus nobis adunatis — —

c. 8. Similiter Kalendas Marcias Colonia convenit — —

Coloniae decretio ipsa data est secundum textum Boretianum a. 22. *Childeberti. Haec vero lectio stare non potest. Qui enim inter campum Antonacensem et Coloniensem commemorantur conventus Martii duo vel tres, ii inter a.* 20. *et* 22. *regis locum habere non possunt. Examinandus igitur est textus subscriptionis Boretianus:* Datum (Data 10. 15. 16. 18) secundum (*sic* 1. 13. 17; sub die 10; pridie 3. 6. 15. 16. 18) Kal. Marcias anno vicesimum secundum (*sic* 1; XXII. 3. 5. 6. 8. 14; XXV. 4; XXI. 13. 15—18; XX. 10) regni domni nostri, Colonia feliciter. *Verba* Datum secundum, *quae Boretius scripsit, comparatis aliis capitularibus (p.* 12. *Guntchramni regis edictum:* Data sub die quarto Idus Novembres; *p.* 23. *Chlotharii II. edictum:* Data sub die XV. Kalendas Novembris*), omnino falsa comprobantur. Scribendum enim est ex uno codice* 10: Data sub die. *Idem liber pro* anno vicesimum secundum *cum textu Baluziano praebet* anno XX, *ipsumque etiam hoc loco reliquis praestare vel verisimile est. Sit Coloniensis campus a.* 20. *Childeberti actus, ideoque Antonacensis a.* 16, *secundus a.* 17, *Treiectensis a.* 18, *quartus a.* 19, *tunc c.* 1. *pro* anno XX *legendum est* anno XϚ, *quare difficultates omnes removentur. Certe ex hoc documento affirmare nolim, anno demum* 597. *Childebertum obiisse.*

Cum vero Gunthramnum a. 592. *die* 28. *Martii decessisse probaverimus, Childebertus Fredegario IV,* 16. *teste quarto anno, postquam regnum Gunthramni accepit, mortuus, a.* 595. *regnum Theudeberto et Theuderico filiis reliquit. Ipse inde ab a.* 575 *ex. viginti annos regnavit, id quod etiam testatur auctor textus B Libri Hist. Fr. c.* 37*:* Eo tempore mortuus est Childebertus rex iunior regnavitque annis 20.

Anno 596, *mense Iulio Gregorius I. papa litteras ad Theudericum et Theudebertum reges (Jaffé, Reg. pont. nr.* 1432*) dedit, quae ita incipiunt:* Gregorius Theoderico et Theodeberto fratribus, regibus Francorum a paribus. Postquam Deus omnipotens regnum vestrum fidei rectitudine decoravit *e. q. s. Unde Havet v. c. coniecit, Theudericum a Childeberto vivo regem creatum esse, mihi autem inde efficitur, Childeberto mortuo, ante mensem Iulium a.* 596. *regnum ad filios transisse.*

Quod ad supputationem annorum codicis Wirziburgensis ('N. Archiv' X, p. 89*) pertinet, postquam eam ad calculum Dionysianum retractatam esse probavi, ex die paschali ibi allato nihil concludendum est.* *Krusch.*

CORRIGENDA.

Pag. 23, *l.* 37. *lege:* 'Extai. — *p.* 25, *l.* 23*: dele comma post* Ister. — *p.* 26, *l.* 3*: dele punctum post alterum* Ragau. — *p.* 30, *l.* 12*: dele comma post* Sale. — *p.* 31, *l.* 2*: dele comma post* Ioachim. — *p.* 41, *l.* 11. *lege:* Alius, *et adde notam: 'Intellegitur* Helvius'. — *p.* 41, *l.* 49. *lege:* Aurelius Numerianus. — *p.* 73, *n.* 1*: dele librum allegatum.* — *p.* 79, *l.* 30*: dele comma post* suis. — *p.* 80, *l.* 28*: dele comma post* Quem. — *p.* 87, *l.* 15*: adde comma post* erigemus. — *p.* 105, *l.* 21*: adde comma post* noto. — *p.* 109, *l.* 7*: dele comma post* Deus. — *p.* 127, *l.* 23. *scribe:* ipsis. — *p.* 132, *l.* 32*: dele commata ante* evicto *et post* navale. — *p.* 149, *l.* 9. *scribe:* cumvivendum. — *p.* 167, *l.* 33*: dele comma post* Willebadus. — *p.* 217, *l.* 46. *scribe:* VI. — *p.* 253, *l.* 51. *scribe:* 1[a]. — *p.* 282, *l.* 49. *lege:* II. — *p.* 423, *l.* 31. *lege:* 22. — *p.* 423, *l.* 48. *lege:* 'Iul.' — *p.* 444, *l.* 1*: dele comma post* esset.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 9, *n.* 3*: Scripturae specimina etiam in his libris exstant: 'Collection de fac-similés de l'École des chartes, série lithographiée'* n. 122*; Delisle, 'Cabinet des manuscrits, atlas' tab. XIII, n.* 1*; 'Album paléographique ou recueil de documents importants relatifs à l'histoire et à littérature nationale reproduits en héliogravures d'après les originaux des bibliothèques et des Archives de la France avec des notices explicatives par la société de l'école des chartes', Paris.* 1887, *tab. XIV, interpretante H. Omont.* — *p.* 9, *l.* 23*: Anno* 1771. *de Lauragais codicem regi dono dedit; cf. Omont l. l.* — *p.* 9, *l.* 40*:* sua quod *Omont.* — *p.* 9, *l.* 41*:* ut quid quod *Omont.* — *p.* 10, *l.* 1. ipso *Omont.* — *p.* 10, *l.* 2*:* .o. in indiccione exsiente sex . . . . *Omont.* — *p.* 10, *l.* 4*: Omont opinionem Delisle, 'Cabinet des manuscrits' III, p.* 218. *secutus, anno* 4. *Dagoberti II, indictione exeunte sexta, clausulam compositam esse voluit, i. e. a.* 678. *Haec quidem ratio ut cum annis regis fere convenit (cf. supra p.* 509*), ita cum annis ab orbe condito conciliari nequit, de quibus 'N. Archiv' VII, p.* 254. *disserui. Huc accedit, quod loco* sex *Ruinart, Waitz, Monod legerunt* te. — *p.* 10, *l.* 33*: Codicis Londiniensis Harlei. nr.* 5251. *specimen scripturae exstat in 'Catalogue of ancient mss.' tab.* 52, *p.* 84. — *p.* 12, *l.* 13*: Codex Londiniensis Harlei. nr.* 3671. *fusius descriptus est in 'Catalogue of ancient mss.' p.* 85. — *p.* 17, *l.* 51*: Chronici Fredegariani ab Ottone Abel in linguam Germanicam translati editionem tertiam W. Wattenbach paravit, Lipsiae* 1888. — *p.* 19, *n.* 1*: Alterum libri Generationis codicem in bibliotheca Cheltenhamensi repertum descripsit Mommsen, 'Zur lateinischen Stichometrie' (Hermes XXI, p.* 142 *sqq.). Est Philippsianus nr.* 12266, *saec. X, p.* 66 *sqq., deterior quidem vetustiore, sed ex exemplari execriptus, quod a.* 359. *compositum erat. Hiat iisdem locis quibus gemellus Fredegariusque.* — *p.* 21, *n.* 1*: Tabulam gentium ex ipso codice* 1. *Fredegarii edidit Riese inter Geographos Latinos minores.* — *p.* 74, *l.* 36*: De campo Mauriaco novissime disseruit Le Clert in 'Mémoires de la société académique de l'Aube' tom. XLIX* (1886). — *p.* 120, *l.* 28. *lege:* et[1], *et adde notam: 'Verba* et — Neustrasiorum *ad caput insequens referas'.* — *p.* 127, *n.* 9*: Potius de defectu solis a.* 592, *d.* 19. *Martii agitur; cf. supra p.* 576. — *p.* 149, *l.* 47*: Die* 4. *Kal. Oct. Chlotharium II. coli Havet negavit, regem cum Lothario imperatore die* 29. *Sept. a.* 855. *mortuo confusum esse ratus; cf. 'Questions Mérovingiennes' IV,* p. 41. — *p.* 150, *l.* 50*: Discessus est decessus, mors; cf. supra p.* 561. — *p.* 151, *l.* 39*:* Neustrasiorum *Pertzium recte coniecisse ex laterculo capitum praemisso intellegitur; cf. supra p.* 120, *l.* 28. — *p.* 159, *n.* 1*: Adal-*

gisili viri inlustris mentio fit in charta Sigiberti II (Pertz, Dipl. I, p. 22), item Ansigisili domestici in chartis eiusdem et Childerici II. regis (Pertz, Dipl. I, p. 23. 28). Bonnell igitur ex duabus personis temere fecit unam. — p. 235, l. 40. dele verba: 'c. 52' — l. 41. 'scripsit'. — p. 319, n. 11: Adde locum memorabilem ex calendario ecclesiae Viennensis (apud Chevalier, 'Hagiologium Vienn.' in 'Documents inédits relatifs au Dauphiné' 1868, II, p. 2): quo tempore Pipinus, Ansegelli filius, et Martinus, frater eius, Austrasiorum regnum sub rege disponebant. *Itaque Martinus frater esset Anseghiseli et patruus Pippini. Agitur de regno Dagoberti II. a. 676 ex. — 679, Dec. 23. Fortasse autem pro* sub *scribendum est* sine *ex L. H. Fr., quo scriptor etiam aliis locis usus est. — p. 339, n. 1: Postquam series chronologica abbatum Agaunensium in lucem prodiit, de annis Ambrosii († 520) et Venerandi († 539) abbatum certiores facti (cf. AA. SS. Nov. I, p. 557), textum B etiam hoc loco dubiae fidei esse intellegimus. — p. 397, l. 7: Gestis Dagoberti etiam Hucbaldus a. 907. in V. Rictrudis (Mabillon, Saec. II, p. 940 sqq.) usus est. — p. 428, l. 20: Vitam Arnulfi e codice quodam B ad verbum exscripsit discipulus S. Hugberti episcopi Leodiensis, qui eius Vitam composuit; cf. AA. SS. Nov. I, p. 761. — p. 432, l. 10, et 481, l. 38: De libro Ottonis Abel v. supra p. 17, l. 51.*